Migne, Jacques Paul.

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,
Bibliothecæ Cleri universæ,
SIVE
CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS VIII.

CLEMENS ALEXANDRINUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

CLI

SÆCULUM III

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

CLEMENTIS

ALEXANDRINI

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA

JUXTA EDIT. OXON. AN. 1715.

ACCEDUNT

D. NICOLAI LE NOURRY

COMMENTARIA IN OMNES CLEMENTIS ALEXANDRINI LIBROS.

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIOR

VENEUNT DUO VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO VIII CONTINENTUR.

CLEMENS ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

Monitum. — Meminerit Lector signo ✠ in textu posito paginas editt. Oxoniensis et Parisiensis repræsentari, quarum seriem in inferiori pagina continenter exprimendam curavimus, ut loca parallela quæ varii adnotatores juxta varias editiones innuunt, quærenti facile sint obvia; numeros autem quos typis grandioribus in textu expressimus, nonnisi ad Indices spectare.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

IN CLEMENTEM ALEXANDRINUM

(Fabricius, *Bibliotheca Græca*, editio nova, variorum curis emendatior atque auctior, curante Gottlieb Christophoro Harles. tom. VII [Hamburgi, in-4°, 1801], p. 119).

—

Titus Flavius (1) Clemens, patria Atheniensis (2), A vel, ut alii, Alexandrinus: ex ethnico philosopho Christianus (3), atque inde post peragratas Græciam, Calabriam, Italiam, Orientem, Palæstinam, et Ægyptum, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter (4), et post Pantænum (5), itidem Atheniensem, magistrum suum (6), quem Demetrius, episcopus Alex. circa A. C. 189, in Indiam misit (7), scholæ ibi catecheticæ præfectus, sive κατηχήσεων magister: vir sanctus (8) atque eruditissimus. Inter discipulos habuit Origenem (9), qui in catechetæ (10) munere etiam Clementi, circa A. C. 202, persecutione Se-

(1) Euseb., vi, 13, *Hist.*; Photius. cod. cxi.

(2) Epiphan. xxxii, 6, tom. I, pag. 213; Meursius, pag. 203, ad Palladii Lausiacam; Fabr. Ortu Atheniensis esse potuit; Alexandrinus autem appellabatur, quia Alexandriæ diu commoratus ibique munere docendi functus est. Atqui a veteribus quorum testimonia citavit Fabric. infra not. 19, plura vero collegit Potterus post præf. ad suam edit., semper vocatur Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter. Ab Epiphanio solummodo, l. c., sed incerto rumore, sic citatur: Κλήμης, ὅν φασί τινες Ἀλεξανδρέα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναῖον: in *Chronico* autem *Paschali*, pag. 251, dicitur quidem Clem. Alexandrinus; sed pag. 7, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, et bis a Theodoreto Clem. Stromateus. Add. Carei *Antiqq. Patrum et eccles.* I, pag. 385; vers. Germ. Stollii, *Nachrichten von den Kirchenvätern*, pag. 91 sq.; Walchii, *Historiæ ecclesiasticæ N. T.*, pag. 627, qui copiosius disseruerunt de Clemente Alexandrino, ut alios omittam ab illis jam laudatos. Harl.

(3) Euseb., ii, 2, *Præparat. evangel.*, pag. 61; Clemens ipse initio *Pædagogi*.

(4) Euseb., vi, 11; Hieron., cap. 38 *De script. eccles.*, et epist. 84, ad Magnum; Niceph., iv, 33, *Hist.*; Phot., cod. cxi.

(5) Euseb., vi, 6, *Hist.*

(6) Euseb., v, 11; vi, 13, et Hieron., c. 38, *De scriptor. eccles.*; Phot., cod. cix. Equidem ab horum C sententia recedit Philippus Sidetes, et Pantænum Clementis successorem fuisse scribit, Clementem vero Athenagoræ successorem ac discipulum. Pro Philippi Sidetæ sententia asserenda contendit etiam H. Dodwellus, qui Philippi fragmentum edidit, ad calcem Dissert. in Irenæum, pag. 501 sq. Sed malo utique Eusebio, Hieronymo et Photio accedere. De aliis Clementis præceptoribus, quos tecte innuit ipse lib. i *Strom.*, pag. 274, et quorum nomina ex mysteriorum disciplina, Hierophantas de nomine prodere vetantium, siluisse putat idem Dodwellus, Dissertat. iv ad Irenæum, pag. 293. Vide Baronium, ad A. C. 185, n. 4; Valesium, ad Euseb., pag. 95; Caveum, in *Vita Clementis Alex.*, § 2; Steph. le Moyne, ad *Varia sacra*, pag. 208; Jo. Clericum, in *Vita Clementis Alex.*, tom. X *Bibl. universal.*, pag. 181.

(7) Pantæno mortuo successisse scribit Hieronymus c. 38 *De script. eccl.* Sed vide Tillemont., D tom. III *Memor. hist. eccles.*, in Vita Pantæni, p. 290, et in Vita Clementis Alex., p. 308 et 522. Fabr. In disciplina Pantæni amorem philosophiæ Stoicæ imbibisse videtur Clemens Alex., neque tamen illi, neque alii sectæ unice adhæsit, sed fuit eclecticus, et Stoicos æque ac reliquos veteres philosophos refutavi. Imo vero *Strom.* i, c. 7, p. 338, ed. Potteri, cujus notam conferes, aperte profitetur se philosophiam non dicere Stoicam, nec Platonicam, aut Epicuream et Aristotelicam; sed quæcunque ab his sectis recte dicta sint, hoc totum selectum (τοῦτο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικόν) se dicere philosophiam. De Pantæno et reliquis Clementis magistris, ac de controversia inter Caveum, Clericum Baltumque orta, tum de philosophandi ratione, erroribus, etc., Clementis Alex. copiosus est Brucker, in *Hist. cit., philos.*, tom. III, pag. 414 sqq. — De Clemente, qua doctore Alexandrino conf. J. G. Michaelis *Progr. de scholæ catech. Alexandr. origine* Halæ Magd. 1739, 4, novisque accessionibus amplificatum in *Symbol. litter. Bremens.* fasc. iii, atque J. Augustin. Dietelmair *Progr.* quo veterum in schola Alexandrina doctorum seriem breviter exponit. Altdor. 1746. 4. Harl.

(8) Quanquam Baronius e Martyrologio Rom. Clementis nomen expunxit (confer *Acta Sanctor.*, tom. VI Maii, p. 777), et sancti elogium Clementi datum excusat Combefisius, tom. I *Bibl. concionatoriæ*, Natalisque Alexander ideo censuram incurrisse se testetur virorum religiosorum, quod sanctum Clementem appellasset; tamen constat apud veteres scriptores, ne de Usuardi et juniorum Martyrologiis dicam, passim hoc encomio mactari. Ita Epiphanius xxvi, 1: Ὡς καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης, etc.; ἱερὸν vocat etiam Alexander episcopus, apud Euseb., vi, 14 et vi, 11, μακάριον πρεσβύτερον ἄνδρα ἐνάρετον καὶ δόκιμον. Nicetæ, *Thesaur. orthodox. fidei*, iv, 10, ex Theodoriti lib. i *De hæretic. fab.*, c. 1, Clemens dicitur ἱερὸς ἀνὴρ, καὶ πολυπειρίᾳ ἅπαντας ἀπολιπών. Et eidem Theodorito ἱερὸς ἀνὴρ, et ob πολυμάθειαν διαβόητος. Auctori Chronici Alex. pag. 7, et qui idem est, anonymo scriptori de Paschate, quem Græce edidit Petavius pag. 214 *Uranolog.*: Κλήμης ὁ ὁσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γεγονὼς ἱερεὺς, ἀνὴρ ἀρχαιότατος, καὶ οὐ μακρὰν τῶν Ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων. Idem Clemens judicio Hieronymi, epist. 84, ad Magnum, omnium eruditissimus. Φιλόσοφον τῶν φιλοσόφων vocat S. Maximus, *Diss. cum Pyrrho*, pag. 774. Cyrillus vero Alex.: Ἄνδρα ἐλλόγιμον καὶ φιλομαθῆ, καὶ ἀναγνωσμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσαντα βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ, vii *in Julian.*, pag. 231. Idem alibi σοφώτατον vocat, et πολυΐστορα, et alio loco: Τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις ἑπόμενον πανταχῇ, πλείστης τε ὅσης Ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἐλθόντα. [Add. Walch., l. c., pag. 629 seq.]

(9) Euseb., vi, 6, *Hist.*

(10) Id., vi, 3, licet Philippus Sidetes, in Fragmento, quod edidit Dodwellus, Origenem Pantæno, non Clementi, scribat successisse.

veri Alexandria cedere coacto (11), successit, et Alexandrum (12) Flaviadis in Cappadocia ac postea Hierosolymitanum episcopum, atque, si Baronio (13), Combefisio et Bullo credimus, etiam Hippolytum, Origeni haud ignotum. Quo anno obierit (sub Antonino Caracalla et Alexandriæ, ut suspicio est), nemo veterum tradidit, licet quarta die Decembris memoriam ejus consignarit Usuardi Martyrologium.

Tria hujus Clementis scripta, *Protrepticum*, *Pædagogum* et *Stromateon* libros, Daniel Heinsius pulchre observavit referre veterum mystagogorum ac philosophorum tres gradus, *ἀποκάθαρσιν*, *μύησιν* ac denique *ἐποπτείαν*: in *Protreptico* enim Clementem primo veluti purgare futuros Christianos a sordibus adhærentium superstitionum atque ethnicismi, in *Pædagogo* factos jam initiare atque instituere, in *Stromateon* denique libris ad sacra maxima et supremam Dei contemplationem (adde Clementem, pag. 83 edit. Paris. et 443 d.) admittere. Confer, si placet, quæ in eamdem sententiam de *Pædagogo* ac *Stromatibus* Clementis observat D. Mich. Foertschius, theologus Ienensis, in decade *Diss. theologicarum selectarum*, diss. x, pag. 398, sqq.

1. *Προτρεπτικὸς λόγος*, ad gentes liber adhortatorius de Christianismo amplectendo, cujus meminit (ne de Eusebio, Hieronymo, Cyrillo, Theodoreto, Photio, aliisque dicam), Clemens ipse in limine *Pædagogi*, et disertius etiam VII *Strom.*, pag. 711, ubi ait se in illo de gentium superstitionibus abunde disputasse. Ex hoc Clementis *Protreptico* plura in suos ad gentes libros transtulit Arnobius, ut Theodoro Cantero pulchre observatum (14). Duos codices mss. Græcos, unum regium A. C. 914 exaratum, et alterum Collegii S. J. Paris. memorat Nourrius, pag. 634 *Apparatus ad bibl. Patrum*, variasque lectiones editurum se vel cum alio Clementis futuro editore communicaturum pollicetur, atque ipse deinceps loca quædam feliciter illustrat.

2. *Παιδαγωγὸς* libris tribus *ὑποθετικοῖς* ethicam quamdam Christianam perpulchram complexus. Hujus quoque operis sui mentionem facit ipse Clemens VI *Strom.*, pag. 616, ut Eusebium, Hieronymum ac Photium omittam. Videturque illud fuisse fructus quidam *κατηχήσεων* Alexandriæ ab ipso institutarum (15). Cæterum, ut divisionem operis in tres libros Clemens dicto loco agnoscit, sic divisionem in capita capitibusque præfixa lemmata, quamvis in mss. codicibus obvia, alium quam Clementem videntur habere auctorem. Vide Nourrii *Apparatum*, pag. 657. Clauditur *Pædagogus* Doxologia, de qua conferendus Georgius Bullus in *Defensione fidei Nicænæ*, pag. 145. Denique subjicitur *Hymnus ad Christum*, quem Antigeni (16) martyri, Clementis æquali (nescio qua fide) tribuit Cangius in Appendice ad *Glossarium Græcum*, pag. 123, voce Λυχνικόν. Hymnum istum separatis foliis cum Herveti versione et commentario suo atque Germanica metaphrasi edidit Hamburgi A. 1681 fol. Rudolphus Capellus. Exstat et Græce et Latine inter *Poetas Græcos Christianos*, Paris. 1609, 8, pag. 235, cum Fed. Morelli versione. Ibidem Græce et Latine occurrunt versus *ἀδήλου*, sive incerti, in Clementis *Pædagogum*, qui incipiunt *Σοὶ τόνδε κἀγὼ, Παιδαγωγὲ, προσφέρω*, qui in editione Clementis Græca Florentina Græce leguntur ad calcem *Pædagogi* pag. 92, sed in Græco-Latinis sunt prætermissi (17), atque ideo in supplemento Operum Clementis Ittigiano, p. 170, iterum recusi. Tres codices mss. *Pædagogi* Clementis evolvisse et varias lectiones ex iis notasse se refert Nourrius, p. 658 seq., ex quibus regii A. C. 814 exarati (quo præter *Protrepticum Pædagogo* præmissum etiam Justini *Epistola ad Zenam et Serenum*, atque *Admonitio ad Græcos*, Eusebii *De præparat.* et *adversus Hieroclem* atque Athenagoræ liber uterque continetur) specimen vide in Montfauconi *Palæographia Græca*, p. 274. *Pædagogum* in *Bibl. Patrum concionatoria* Græce et Latine editum scribit Nourrius, p. 904. Sed Latine quædam Clementis Combefisius a se recensita *Bibliothecæ concionatoriæ* inseruit; Græce nihil.

(11) Tillemont., pag. 392.

(12) Euseb., VI *Hist.*, ex quo loco constat, Alexandrum Clementi fuisse superstitem.

(13) Baron., ad A. C. 229, 4. Combefisius, t. I *Bibl. concionatoriæ*, ubi de S. Hippolyto, et Bullus *Defensione fidei Nicænæ*, sect. 3, cap. 8, p. 371.

(14) Add. Potteri. not. pag. 1, qui præter ea syllabum capitum 12 (tot enim capp. constat Cohortatio ad gentes), reddidit, quam, uti etiam tabellam eorum, quæ singulis *Stromatum* libris continentur, una cum observatt. atque emendationibus haud paucis in tria Clementis opera suisque locis insertis a W. Lowthio, ecclesiæ cathedralis Winton. præbendario communicatam accepit. HARL.

(15) Grave judicium de hoc opere, in quo lucidus ordo desideratur, et multa, haud probanda, leguntur, tulit Barbeyrac in : *Traité de la Morale des Pères de l'Eglise*, pag. 44, seqq., eique assentitur Stolle, l. c., pag. 94. HARL.

(16) An Athenogeni? Latine eumdem hymnum Possevinus excudi curavit in calce tom. I *Bibl. selectæ*. FABR. Hymnus in Christum legitur in cod. Regio et Bodl., nec non Veneto D. Marci (quem describit Villoison., in *Anecd. Græc.*, tom. II, p. 98, 1), sed abest cod. quo usus est Sylburgius, Palat. et Oxon., Coll. novi. — Clem. Alex. *Hymni in Christum*; Gr. ac Lat., per Fed. Morellum., Lutetiæ 1598, 8 (*Catal. bibl. Leidens.*, pag. 46), Gr. ac Lat. in *Collect. poet. Gr.*, Colonæ Allobr. 1614, fol. HARL.

(17) Sed recepti sunt in edit. Potter., p. 313. — Antea retulerat illum hymnum Jo. Fellus, Oxoniens. episcopus, inter Fragmenta Clementis in editione, inscripta : *Κλήμεντος*, — etc., Clementis Alexandrini liber, *Quis dives salutem consequi possit*. Acc. nonnulla in editt. Opp. Clementis hactenus desiderata. Oxoniæ e theatro Sheldon. 1683, 12. Fellus quoque admonuit, exstare illos sub *ἀδήλου* titulo in cod. quodam Collectaneorum miscellaneorum ex Græcis poetis, in bibl. Bodl. asservato. Præter ea subjiciunt hymnum illum præcedenti cod. Reg., Bodl. et Venet. teste Villoison, l. c., qui observat, hymni illius in *Pædagogum* initium manifesto expressum esse ex illo hymno, quem in Dianæ laudes erumpens apud Euripidem canit Hippolytus *στεφανηφόρος*, e venatione redux. HARL.

3. *Τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν Γνωστικῶν ὑπομνημάτων*, *Στρωματεῖς* Η' (libri VIII *Strom.*) (18), sive Miscellaneorum, Gnosticas secundum veram philosophiam commentationes complectentium : hic enim titulus operis apud Eusebium, VI, 13, *Hist.*; Photium, cod. CXI, et Clementem ipsum in extremo libri I et III, pag. 357, 473, et initio libri VI, pag. 616. Alexandro inscriptum esse hoc opus a Clemente, observat Meursius, ad *Palladii Lausiacam*, pag. 204, ex J. Damasceni lib. III *De adorand. imaginibus* : *Τοῦ ἀρχαιοτάτου Κλήμεντος πρὸς Ἀλέξανδρον ἐκ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου τῶν Στρωματέων*. Alexandrum intelligat aliquis illum ex Clementis auditore Cappadociæ atque deinde Hierosolymitanum episcopum, cui librum *De canonibus eccles.* inscripsit, teste Eusebio, VI, 13, et de quo videnda *Acta Sanctorum* ad diem XVIII Martii. Sed Reinesius, lib. I *Var. lect.*, c. 22, pag. 92, suspicatur Damascenum non scripsisse *πρὸς Ἀλέξ.*, sed *πρεσβ. Ἀλεξ.* Scriptum est hoc opus post Commodum (extremo A. C. 192) defunctum (lib. I *Strom.*, pag. 336), cum Clemens ætatis indeflexa adhuc maturitate gauderet ; quare I, pag. 274, ait, se *ὑπομνήματα ἑαυτῷ εἰς γῆρας θησαυρίζειν*. Codices illius mss. præter Mediceum, e quo Florentina editio initio libri primi mutila profluxit, vix usquam exstare, notat Montfauconus in *Diario Italico*, p. 64 [et in *Bibl. biblioth. mss.* t. I, pag. 480], ubi excerpta prolixa ex Clementis *Stromatis* in codice bombycino sæculi XIV, Venetiis apud Antonium Capellum, patricium Venetum, reperisse se refert, una cum nonnullis ex *Protreptico* et *Pædagogo*. Claromontanus recens codex, cujus Nourrius, pag. 896, meminit, e Mediceo descriptus videtur, neque alio, ac Florentino, usi sunt interpres uterque Strozza et Hervetus. Librum septimum claudit Clemens his verbis : *Καὶ δὴ μετὰ τὸν ἕβδομον τοῦτον ἡμῖν στρωματέα τῶν ἑξῆς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ποιησόμεθα τὸν λόγον.* At loco illius, qui hodie sequitur, *octavi libri*, in quibusdam codicibus Photio (19), cod. CXI, lectis, secutus est liber, de quo mox dicam, *Quis dives salvetur:* alii tamen, quos idem vidit Photius, hunc ipsum octavum librum habuerunt, atque in hoc pag. 785 exstant verba, quæ Clementem philosophum laudans profert Pseudo-Dionysius, c. 5 libri *De divinis nominibus*, ut Albertinus etiam, pag. 266 operis *De Eucharistia* observavit. Octo *Stromatum* Clementis libros legerunt etiam Eusebius atque Hieronymus. Porro liber iste octavus, qui exstat, cum prioribus septem nihil habet commune; sed totus de demonstratione, definitione, divisione et causis dialectico more disputat. Eumdem tamen nos habere, quam olim legit Photius, non dubito, licet aliud sentire videam Nourrium, pag. 1289, qui in eo etiam fallitur, quod, quæ de doctrina parum sana Photius notat, de octavo hoc libro accepit, cum de toto *Stromatum* opere istud ille scripserit. Non integrum vero, sed imperfectum ad nos librum huncce, qui octavus inscribitur, pervenisse, libentius assentior Tillemontio, tom. III *Memor. histor. eccles.*, p. 318, 524. Quod vero Nourrius, p. 1308, ex *Catena ms. in Genesin* notat, ab Acacio Cæsareæ in Palæstina episcopo citari verba ex octavo Clementis *Stromatum* libro deperdito, id ampliore consideratione dignum est. Verba hæc sunt : *Καὶ ἐν τῷ ὀγδόῳ δὲ Στρωματεῖ ἀθετεῖ τὴν περὶ τοῦ προεῖναι τὰς ψυχὰς δόξαν* (Cassiani puta, quam III *Strom.*, p. 466, confutaturum se promiserat,) *λέγων αὐταῖς ταῖς λέξεσιν· « Ὁ Θεὸς ἡμᾶς ἐποίησεν οὐ προόντας. Ἐχρῆν γὰρ καὶ εἰδέναι ἡμᾶς τὸ ποῦ ἦμεν καὶ προῆμεν, καὶ πῶς καὶ διὰ τί δεῦρο ἥκομεν. Εἰ δὲ οὐ προῆμεν, τῆς γενέσεως ἡμῶν μόνος αἴτιος ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ὄντας ἐποίησεν, οὕτως καὶ γενομένους σώζει. Ὁ δὲ τοὺς δερματίνας χιτῶνας τὰ αἰσθητὰ λέγων σώματα, πάντως που καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς αἰσθητὸν εἶναι ὁμολογήσει· μετὰ τοὺς χιτῶνας γὰρ εἴρηται, Μήποτε*

(18) Clemens, I *Strom.*, pag. 278 : Περιέξουσι δὲ οἱ *Στρωματεῖς* ἀναμεμιγμένην τὴν ἀλήθειαν (Christianam puta) τοῖς φιλοσοφίας δόγμασι. Et pag. 279 : Σιωπῶ γὰρ ὅτι οἱ *Στρωματεῖς* τῇ πολυμαθίᾳ σωματοποιούμενοι κρύπτειν ἐντέχνως τὰ τῆς γνώσεως βούλονται σπέρματα. Lib. VII, pag. 767 : Οὔτ' οὖν τῆς τάξεως, οὔτε τῆς φράσεως στοχάζονται οἱ *Στρωματεῖς*, *nec ordinem nec dictionem curant Stromata.* Vide et lib. IV, pag. 476, ubi opus suum confert ἀπηνθισμένῃ προσφορᾷ sive εἰρεσιώνῃ ex omni genere florum atque fructuum quondam Athenis soli aliisque diis dicari solitæ, de qua videndus Tho. Gatakerus, in *Adversariis*, pag. 473. *Stromata* veluti a stragularum vestium varie contextarum colore multiplici petito nomine (vide Casaubonum, p. 15, in *Athenæum*) Mich. Neander reddit *Varietates*, Jo. Vindetus *Centones*, Samuel Petitus, ad *Leges Atticas*, pag. 145, *Florida*. Mottanus Vayerus, t. I Opp. pag. 532, *Tapisseries*. Ab illo opere Clemens Theodoreto, Cassiodoro, et aliis dicitur ὁ Στρωματεύς : etsi Clementis exemplo etiam discipulum ipsius Origenem X libros *Stromatum* scripsisse constat ex Hieronymo, Rufino, etc. Atque Cæsellium Vindicem, grammaticum Latinum, in *Stromateo* laudat Priscianus, lib. VI, pag. 685 et 696. Plutarchi *Στρωματεῖς* Eusebius, I *Præparat.*, c. 4, 5, et Lamprias, in *Catalogo* ejus scriptorum. Videturque Plutarchum ac Cæsellium respicere Gellius, *Στρωματεῖς* memorans in præfat. *Noctium Atticarum.*

(19) Photius, postquam inscriptionem operis integram in vetere quodam exemplari repertam *Τίτου Φλαβίου Κλήμεντος, πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματέων α', β', γ', δ', ε', ς', ζ' καὶ η'*, indicarat, pergit, *primos* quidem *septem* libros eumdem præferre titulum, eosdemque prorsus esse in omnibus codd. sed *octavum cum inscriptione tum rei subjectæ variare* et in quibusdam inscribi : Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος; — In aliis vero, Στρωματεὺς ὄγδοος, uti reliqui septem libri inscribi solent. Add. Heinsii not. ad initium libri I *Stromat.*, et ad init. libri octavi, et Stolle, l. mem. Doctum hoc *Stromatum* opus in quo etiam permulta veterum auctorum, in primis poetarum, citantur, in quibus colligendis, aut comparandis emendandisque criticus ingenium ac diligentiam potest exercere, historicorum, chronologicorum et theologicorum esse plenum errorum, David Blondellus *De Sibyllis*, lib. I, cap. 6, aliique animadverterunt. Quæ singularia falsaque aut ex nimio allegoriarum studio

λοίδη τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσηται εἰς αἰῶνα.» Hæc (quæ Nourrium præteriit) excerpta sunt ex *Ἐκλογαῖς προφητικῶν*, § 17, edit. Combefisii [et Potteri]. At idem Nourrius recte observat, in mss. J. Damasceni *Parallelorum* codicibus laudari tanquam ex octavo *Stromatum* libro, quæ iisdem verbis exstant in *Ἐκλογαῖς προφητικῶν*, quæ Græce libro *Stromatum* subjiciuntur, § 20, edit. Græco-Lat. Combefisii : *Ἀγάπη ἑκουσίων ἄρχει, ἀκόντων δὲ ὁ φόβος οὗτος ὁ φαῦλος. Ὁ δὲ εἰς ἀγαθὸν παιδαγωγῶν, εἰς Χριστὸν ἄγει, καὶ ἔστι σωτήριος.* Laudantur a Damasceno etiam hæc, octavo *Stromatum* libro prænotato : *Φοβηθῶμεν οὐχὶ νόσον τὴν ἔξωθεν, ἀλλὰ ἁμαρτήματα, δι' ἃ νόσος· καὶ νόσον ψυχῆς, οὐχὶ σώματος* (quæ exstant in eisdem *Eclogis*, § 11). Et: *Νόμος ἐστὶ κατὰ τῶν σεμνὰ καὶ θεῖα σεμνῶς καὶ θεοπρεπῶς ὁρᾷν οὐκ ἀξιούντων, κόλασιν ἐπιφέρειν ἀορασίας.*

4. *Ἐκ τῶν Θεοδότου καὶ τῆς ἀνατολικῆς καλουμένης διδασκαλίας κατὰ τοὺς Οὐαλεντίνου χρόνους ἐπιτομαί.* Hæc excerpta, Græce sine versione ex Florentino exemplari Græco-Latinis Clementis editionibus subjecta, varias locorum S. Scripturæ explicationes Gnosticas et Valentinianas continent. In his Theodotus (20) plus simplici vice citatur; mentio et Basilidis et Valentini ac Valentinianorum, et pag. 799, afferuntur verba, quæ Christus dixerit ad Salomen, *μέχρι τότε εἶναι θάνατον, ἄχρις ἂν αἱ γυναῖκες τίκτωσιν*, quæ ex Evangelio secundum Ægyptios petita esse constat ex Clementis III *Strom.*, pag. 445, 452, 453. Combefisius Latine transtulit, sed veritus est edere (21) ob hæreses et errores Gnosticos, qui in illis con-

A tinentur. Quoniam vero eisdem vix quisquam hodie poterit moveri, nec tamen inutile ad alios scriptores ecclesiasticos illustrandos, neque injucundum est specimine tam insigni cognoscere, qualis fuerit et quam longe petitis S. Scripturæ expositionibus subnixa hæreticorum istorum doctrina, non dubitavi illam Combefisii versionem, cujus apographum beneficio doctissimi viri, Erici Benzelii, in manus meas incidit, infra cum lectore communicare (22). Germanice quidem reddita hæc excerpta edidit Godfridus Arnoldus, in *Apologia hæresium*, Lipsiæ 1700, fol., tom. IV, pag. 41 sq., a quo tempore melior et emendatior, itidem Germanica, interpretatio, auctore H. G. W. E. M. (23) lucem vidit Ulmæ 1701, 4, cum præfat. D. Eliæ Veielii.

B 5. *Ἐκ τῶν Προφητικῶν ἐκλογαί.* Hæc excerpta posteriora saniora sunt prioribus, sed in Græco-Latinis Clementis editionibus (24) itidem tantum Græce exstant, atque extrema parte mutila. Cæterum cum notis Francisci Combefisii leguntur Græce et Latine in auctario ipsius novissimo ad *Bibliothecam Patrum*, Paris. 1672, fol. In his subinde refellit Clemens (illum enim auctorem non dubito) errores Heracleonis, Tatiani, Hermogenis : plura etiam refert ex Apocryphis Henochi, et Apocalypsi atque *κηρύγματι* Petri ; ex Hermæ etiam *Pastoris* lib. II, mandato 5, verba desumpta et illustrata videre est § 45, licet de nomine eum non laudet. Dogmatum vero hæreticorum expositionem utilem esse disputat § 29 : *Φέρει δὲ καὶ ἄλλην* C *συγγυμνασίαν ψυχῆς ζητητικῆς ἡ τῆς ἑτεροδόξου διδασκαλίας ἔκθεσις, καὶ ἀνεξαπάτητον τῆς ἀληθοῦς τηρεῖ τὸν μαθητήν.* Has *Eclogas* esse partem *Hypotyposeon* Clementis Alexandrini, non ab-

enata in illis *Stromatum* reliquisque libris repe-riuntur, ea post Nourrium et Ittig. Fabricio post indic. edd. laudatos, diligenter collegit et dijudicavit, neque tamen, quæ bona in illis essent libris, reticuit Semler, in *Historia doctrinæ Christianæ*, præmissa tom. II *Theolog. polemicæ*, Baumgart., § 61, pag. 133 sqq. Epitomen librorum German. confecit Chr. Frid. Rössler in *Bibl. Patrum eccles.*, part. II, pag. 1-75. Harl.

(20) Theodotum intellige Byzantinum coriarium, a Victore, Rom. episcopo, excommunicatum, cujus hæresin perstringit etiam S. Hippolytus in homilia contra errores Noëti. Cætera veterum de illo loca diligenter excerpsit Ittigius, diss. *De hæresiarchis*, D pag. 259 seqq., qui pag. 243 alterum refert Theodotum, Montanistam, et pag. 261 tertium Theodotum, trapezitam, auctorem *Melchisedecianorum*. Videnda etiam de Theodoto coriario erudita dissertatio D. Mich. Waltheri, edita Witebergæ 1688, sub titulo : *Jesus ante Mariam*, § 10 sq. Fabr. Valesius ad Eusebium, *H. E.*, lib. v, c. 11 (quem locum repetiit Potterus ad Clem. *Strom.* I, pag. 322, ubi Clemens de suis præceptoribus loquitur), duorum illorum, quos in Orientis partibus abs se auditos esse narrat Clemens, alterum Assyrium genere, Tatianum esse suspicatur; alterum autem Hebræum, ex Palæstina oriundum, quem Theophilum esse, Cæsariensem episcopum, opinatus est Baron., ad a. Chr. 185, potius esse Theodotum crediderit, quod ex eo conjicit, quia epitome *Hypotyposeon* Clementis inscribatur : *Ἐκ τῶν Θεοδότου ἀνατολικῆς διδασκαλίας*, Clementem vero ea, quæ a magistris in Oriente didicisset, vocare *ἀνατολικὴν διδασκαλίαν*. Quæ conjectura num admittenda sit, necne, alii judicent. — De Theodoto, cujus meminit Ignatius, epist. interp. ad Trallianos, cap. 11, vide quæ ibi adnotavit Cotelerius. Harl.

(21) Vide Combefis., tom. I, *Auctar. noviss.*, pag. 194, et Rich. Simonis *Bibliothecam criticam*, Gallice editam, tom. I, pag. 66.

(22) Fuerunt quidem viri docti, quorum auctoritas apud me multum valet, qui suaderent, ut in nova hac edit. retinerem libellum illum cum versione notisque Combefisii. Enimvero quod in edit. Potteri, pag. 966 sqq., textui Græco adjuncta est versio Lat. Roberti Pearse, et subjunctæ sunt notæ Sylburgii, Combefisii et paucæ Potteri ; atque operis redemptor urget flagitatque, ut vela contraham ; aliorum consilio obsecutus ea omnia in nova hac edit. omittere statui. Si plures velint, ut saltem recudatur Combefisii versio Lat., hæc forsan in supplementis locum habebit. Harl.

(23) Georgio Wachtero, ecclesiaste Memmingensi. Fabr. Inscriptio haud urbana hæc est : *Augenscheinliche Erweisung, dass der vermessene Ketzer-Patron*, Gottfried Arnold, *das valentinianische Ketzer-Fragmentum Theodoti weder verständlich, noch treulich übersezet, und damit seine schlechte Wissenschaft in der griechischen Sraache selbst verrathen habe.* Id.

(24) In edit. tamen Potter., pag. 989 sqq., leguntur Gr. cum versione Lat. notisque Sylburgii atque Combefisii et paucis Potteri. Id.

surde conjiciunt viri doctissimi : haud omittendum tamen est, easdem ab Acacio et Damasceno, ut e locis pluribus, supra a me descriptis, patet, habitas fuisse pro octavo *Stromatum* libro.

Operum Clementis Alex. codd. et editiones.

Plures codd. jam passim laudavit Fabricius. De codice membr. Florent. Medic. Laurent. sæc. XI, qui continet *Stromata*, cujus Fabr. supra in § 3 meminit, plura scripsit Bandin. in *Cat. codd. Gr.* I, pag. 12, qui præter ea post Fabricium (supra § 3) observat, cod. Claromontan. rec. a Nourrio memoratum, videri e Mediceo descriptum. Codicem illum præstantissimum olim fuisse apud Basilianos Messanenses monachos, putabat Montf. in *Bibl. bibliothecar.*, I, pag. 234. — In eodem codice sunt *Excerpta ex libris Theodoti* et *Selecta prophetarum*. — *Pædagogi* libri III, *Κλήμεντος λόγοι* dicuntur in codice XXIV, plut. V, cum notis incerti auctoris margin. quem Bandin., l. c. I, pag. 49 seq., uberius describit. Libri in cod. dividuntur in capita, et singulis capitibus præmittuntur argumenta. Illos libros excipiunt *Hymnus Christi servatoris*, S. Clementis et Versus incerti in Clementis *Pædagogum*. Illo cod. usus est quoque Victorius ; sed omisit scholia quædam, charactere ligato et currenti ab eodem scriptore codicis in ora libri hinc inde adjecta, quorum quædam Bandinius descripsit et promulgavit. Idem calligraphus, ait Bandin., ut ostenderet consensum textus Clementis cum quadam Arethæ, archiepiscopi Cæsariensis, interpretatione, desumpta forsan ex ejus *Catena in Apocalypsin Joannis*, longum scholium in ora libri descripsit, cujus initium ac finem edidit Bandin. — In codd. VIII, n. 53. plut. IX (*a*), sunt inter breves definitiones SS. PP. de substantia et natura, etc., excerpta ex Clem. Alex. Sermone de Providentia. (Band., I, pag. 402.) — Cod. Alex. Clem. cui Stephan. multas adscripsit notas, Francofurti ad Moen, memorat Folard., in *Histoire d'un Voyage littéraire, fait en* 1733, etc. Hagæ Com. 1735, mai. 12, teste Stollio, in notitia illius bibl. (Kurze Nachricht von den Büchern — in *der Stollischen Bibl.*) tom. I, p. 563. — Loca Clem. occurrunt in *Catenis* in Psalmos, in Jobum et IV Evangelia, et citatur Clem. in *Florilegio sententiarum*, in Violario compos. et a J. Cantacuzeno contra Palamam. (Bandin. I, pag. 34, 52, 161, 253, 347 et 549.) — *Pædagogi* tres libri in cod. Veneto D. Marci, cum lemmatibus singulis capp. præfixis, et notis nonnullis ad oram conjectis, vid. Villoison, *Anecd. Græc.* II, pag. 98 et pag. 249. — In cod. biblioth. Mutinensis *Προτρεπτικὸν*, *Παιδαγωγικὸν* et Hymnus, ut in editis, teste Montf. in *Diario Ital.*, pag. 31.

Neapoli, in *bibl. Regia*, cod. CLXV continet : Clem. Alex. *Pædagogum ;* Hymnum ad Christum et anonymi Versus in Clem. *Pædagogum;* excerpta

A longiora ex VII libris *Stromatum*. Inc. *τέρατα προγινώσκει καὶ ἐκβάσεις καιρῶν καὶ χρόνων ὁ τῆς σοφίας μαθητής·* quæ in editis initio libri I mutilis desunt. — Teste Montfauc. in *Bibl. bibliothec. mss.* I, pag. 14, inter codd. Vatic. Romæ *Quis dives salvetur* opusc. et alia inter Clementis papæ opera nominantur : fragmenta Clem. Alex. in *Catenis* in Exodum, Job, Epp. ad Corinth. et Galat., in Matthæum et Lucam sunt in pluribus codd. Vatic. ibid. (uti in *Catenis* in codd. Coisl. Vindob. August. Vindel. aliisque). — Romæ, in bibl. Ottobon. *Stromatum* fragm. in II codd. recent., nec non *Stromata* bis, et *Pædagog.* (ibid., pag. 183 et 190), et ibidem, in *Bibl. Patrum S. Basilii* (ib., pag. 198, D.). — In Galliis inter codd. abbatiæ S. Petri de Selincurte,
B diœc. Ambianensis, *Admonitio ad gentes* et *Pædagogus* (ibid. II, pag. 1198). — *S. Clementis Vita*, etc., in cod. bibl. Mediolan. (Ibid., I, p. 495.)

Paris., in *Bibl. publ.* (sec. catal. cod. tom. II) in cod. CDLI, A. C. 914, manu Baanis, notarii Arethæ, Cæsareæ archiepiscopi, exarato, Clem. adhortatorius liber ad Græcos, cum scholiis marg. et *Pædagogus*, sed desunt libri I decem capita prima, et undecimi initium : in cod. CDLII et DLXXXVII (in quo ea quoque desunt, quæ in cod. CCCCLI, notavimus) *Pædagogi* libri III cum *Hymno in Christum*, et anonymi Versibus in *Pædagogum*. — In cod. CDXL. fragmentum, ubi de sancto Joanne, theologo et evangelista, agitur. — Cod. Paris., coll. S. J., qui integrum *Stromatum* opus complectitur, varias
C lect. Montfauc. enotavit et ad Potterum transmisit.

In bibl. Coislin., secundum Montf., in cod. LXXXVI, ex libro *Quis dives sit salvus*, historia quædam, quæ est quoque ap. Eusebium III *H. E.*, cap. 23 (pag. 140). — Loca Clem. occurrunt in cod. CXII et CXIII, in Collectionibus sententiarum, rerum moralium et interpretationum, e pluribus script. eccles. excerptarum (pag. 186, 187 ; sic quoque codd. Augus. Vind., teste Reisero, pag. 22 et 39 catal.) ; — in cod. CCLIX, in Anastasii responsionibus, etc. (pag. 305) ; — in cod. CCLXXVI, in Damasceni *Parallelis* (pag. 390) ; — in cod. CCLXXXXIV, in Damasceni *Eclogis* (pag. 412).

Codices seqq. qui in Anglia asservantur, et a
D Pottero sunt collati, ab eo nominantur in *Præfat.* Oxonii : In cod. bibl. novi Collegii, *Cohortatio ad Græcos*, una cum duobus *Pædagogi* libris posterioribus eorumdemque nonnullis fragmentis : — in cod. Bodlei. et alio, qui exstat in bibl. regis, *Pædagogi* III libri. — Ad Clementis periochas, quas Eusebius operi *De præpar. evang.* inseruit, emendandas, utilis fuit cod. Eusebii in biblioth. Collegii J. Baptistæ. — Præter ea, secundum catal. in codd. Angl. et Hibern., etc., in cod. Barocc. Bibl. Bodlei. nr. V, sunt ex Clem. Alex. aliisque excerptæ sententiæ, etc. ; — in codd. Bodl. MCCXXXXII et

(*a*) Hæc Scholia, quæ ex codice Parisino evulgavit Reinholdus Klotz in sua editione Operum Clementis (Lipsiæ, 1830-34, in-12), exstant tomo II nostræ recensionis. EDIT. PATR.

MMXCIV, Clementis aliorumque glossæ ad VII Epp. canon. et Epp. catholicas min. N. T. — In bibl. Jacobæa nr. MMMMMMMMDLXXV (tom. II *catal.*, p. 276), Clem. *Pædagogus.* — Dublini in cod. CCCCXXVIII Collegii S. Trinit. excerpta ex Clem. *Protreptico*, a Gent. Herveto verso, et ex *Pædagogo.*

Vindobonæ in bibl. Cæsar. in cod. XXXXIX, n. 5, et cod. L, est frag. ex Clem. oratione: *Quis salvetur dives?* (Lambec., *Comment.* III, pag. 190, seq., et 193.) — Monaci in bibl. Bavar., cod. chart. CLXX, orat. exhortatoria ad Græcos (catal. codd. pag. 66). — Augustæ Vindel. *Stromatum* epitomes fragment. in cod. ex quo quædam restituta fuisse in ed. Commel. observavit Hœschel ap. Reiser., pag. 27 cat., et Sylburg. in fine suarum not. ad Clement. Alex., ubi quoque memorat codd. Palat., in quorum uno recent. fuit *Pædagogus*, in aliis excerpta; atque cod. Guil. Xylandri. HARL.

Græce scripta Clementis, hactenus memorata, prodierunt e bibl. Medicea, collato ad *Protrepticum* et *Pædagogum* etiam Rodulfi Pii, antistitis Carpensis, codice, recensente Petro Victorio, cujus præfatio ad Marcellum Cervinum, cardinalem S. Crucis (postea per XXII dies pontificem Max. Marcellum II), præfigitur, Florentiæ 1550, fol. Hæc editio manu Josephi Scaligeri passim notata fuit in bibliotheca Grævii. FABRIC. Exemplar, in membranis impressum, exstat Florent., in bibl. Magliabech., vid. Bandini cat. codd. Gr. Medic. I, pag. 12, et in præf. præmissa edit. *Epistolarum claror. Italorum et German.*, etc., Florent., 1759, tom. I, p. XLII, atque Hamberger Z. N. II, p. 489. In bibl. Leidensi est exemplar, cui nonnulla ascripsit Hadr. Junius. (Catal. bibl., p. 35.) HARL.

Ex recensione et cum castigationibus Frid. Sylburgii. Heidelbergæ ap. Commelin. 1592, fol.

Latine *Protrepticus* et *Pædagogus* Gentiano Herveto, et libri VIII *Stromatum* Cyriaco Strozza (25) interprete, Florent. 1551, fol., apud Laurentium Torrentinum.

Protrepticus, *Pædagogus* et *Stromata* (26) Gentiano Herveto, Aureliano et Ecclesiæ Remensis postea canonico, interprete, cum ejus scholiis Basil. 1556, fol., ap. Froben. et 1566, fol., Paris. 1566, 8, 1572 et 1590, fol., et denique in *Bibliotheca Patrum Lugdunensi* tom. III, a. 1677, fol., ex Dan. Heinsii recognitione, et scholiis Herveti omissis.

Græce et Latine cum Herveti versione per Dan. Heinsium recensita, notisque et castigationibus Frid. Sylburgii et Danielis Heinsii, Lugd. Bat. 1616, fol. Hæc editio cum pluribus notis mss. Davidis Blondelli fuit in bibliotheca Samuelis Gruteri ecclesiastæ Harlemensis.

Clem. Alex. *Admonitio*, *Pædagog.*, *Stromat.* La-

A tine inter Franc. Rous *Mella Patrum*. Lond. 1650, 8, p. 149-292. HARL.

Recusa hæc editio additis Frontonis Ducæi notis, Paris. 1629, fol., et minus emendate 1641, ibid. et Coloniæ (sive Witebergæ potius), 1688, fol.

Clementem Alex. emendatissimum et auctum se habere, et in notis ad ipsum Clementem emendationes Heinsii diligenter examinaturum se olim testatus est J. Croius cap. 21 *Observatt. in Nov. Test.*, pag. 172. Sed illa Clementis editio nunquam prodiit.

In bibliotheca Jesuitica leges Clementem Alex. notis illustratum a Jacobo Deshans, S. J.; verum nec illæ notæ editæ sunt.

Plenior cæteris, cultior et ex codd. emendatior,
B ed. cum notis Sylburgii, Heinsii, Wilh. Lowthi aliorumque VV. DD. est a Pottero curata: qui *Protrepticum* de integro vertit, in cæteris castigavit, ad Græca interpretationem Herveti, aliaque adjecit utilia. Est autem inscripta:

Κλήμεντος — *Clementis Alex. Opera quæ exstant, recognita et illustrata per J. Potterum*, episcopum Oxoniensem. Oxonii, e theatro Sheldon. sumpt. Ge. Mortlock, bibliop. Londinens. 1715, fol. Addita sunt supplementa, a Fello Ittigioque edita, et fragmenta a Grabio collecta. Adjectus est Herveti *Comment. in Opp. Clementis. V. Acta erud.* a. 1717, pag. 97, sqq. — Recusa est illa editio Venetiis, ex typogr. Ant. Zatta, 1757, II voll. in fol. cum fra-
C gmentis novis ex Fabricio, ac *Vita* Clementis ex tomo III Adriani Baillet desumpta et Latine reddita. Fabricius autem fragmenta, quæ in exemplo Potteri partim solummodo Græce exstant, partim in eo desiderantur, ex codd. mss. aut libris editis collegerat, et Gr. ac Lat. publicarat ad calcem tom. II Opp. Hippolyti ab ipso ed. pag. 66, sqq. — Fragm. sunt quoque in Gallandii *Bibl. vett. Patrum* II, pag. 153. HARL.

De scriptis Clementis Alexandrini diligentissime egit Nicolaus Nourrius libro tertio integro *Apparatus ad Bibliothecam Patrum;* nam et analysin singulorum post Abrahamum Scultetum, Eliamque Dupinium dedit pleniorem, et de doctrina ipsius atque ad varia Clementis loca observationes magno nu-
D mero, et Chronographicam tabulam addidit qua Clementis supputatio cum Eusebiana et Syncelliana confertur, et de auctoribus, quos laudat Clemens, copiosius disseruit. Paris. 1703, fol. p. 622-1362. Vide etiam quæ de Clementis doctrina notavit Ittigius in selectis *Hist. eccles.* capitibus, sect. II, pag. 230, sq. FABR. Iis, quæ cum passim ad hoc caput, tum in Introd. in *Hist. Lat. Gr.* II, 2, pag. 209, indicavi scripta, addi possunt:

I. G. Walchii Exercitat. de Clemente Alex. ejusque erroribus, Ienæ 1757, 4, rec. in ejusdem *Mi-*

(25) Papirius Massonus *Strozzæ Vita* tom. II Elogior., p. 229: *Stromata item Clementis Alexandrini, adolescens cum esset, primus omnium Latinitate donavit.*

(26) In Gentiani versione et commentariis plura reprehendit Nourrius, quem vide *Apparatu ad Bibl. Patrum*, pag. 902 sq. [et Potterus in præf.].

scell. sacr. pag. 510, lib. III. — J. Fabric., in *Hist. biblioth. Fabricianæ*, I, pag. 78 sq.

Fabricius in *Delectu argumentorum . . . pro veritate relig. Christ.* pag. 58, sqq., ubi de Clemente Alex. agit, quædam addit, quæ hic repetam :

« Adversus Guil. Whistonum, qui Clementis scripta tanquam juvenilia contemnit, I. Ern. Grabius in libello posthumo *Some instances of the defects and omissions in Mr. Whistons collection of testimonies*, Londin. 1712, 8 (27), pag. 11, ostendit ex lib. I *Strom.* pag. 276, jam χρόνου μῆκος intercessisse, ex quo magistros suos audiverat Clemens, quos p. 274 testatur, sancte servasse beata dogmata, quæ a Petro, Jacobo, Joanne et Paulo acceperunt.

« Notas in Clementem affectas se habuisse testatus est Ægidius Menagius, in *Menagianis*, tom. I, pag. 385.

« Inter Joannis Mariæ Borzini Ord. Prædic. affecta opuscula Oldoinus in *Athenæo Ligustico* refert Logicam Clementis Alexandrini explanatam. »

J. Tribbechovii *Diss. de vita et scriptis Clementis Alexandrini*, Halæ Magdeb. 1706, 4. Hæc quidem disp. nihil novi continet; sub finem tamen (§ XXV-XXXI) bene colliguntur et recensentur nævi Clementis, primum ii qui ad philologiam, deinde ii qui ad theologiam pertinent. — Altera ejusdem J. Tribbechovii *Diss. in Clementem Alexandrinum*, eaque de philosophiæ definitione, præmissa pleniore analysi libri I *Stromatum* ex *Apparatu* Nourrii ad *Bibliothecam PP. maximam*, Halæ 1706, 4, est ad meliorem librorum atque indiciorum quorumdam Clem. intelligentiam interdum efficacior. Num Tribbechovius, quem in ultima paragrapho promisisse videtur, continuaverit laborem, equidem ignoro, et fere dubito.

J. Jortin scripsit obss. in Clement. Alex. in suis *Remarks on ecclesiastical History*, Lond. vol. II, 1751, 8, pag. 553; — vol. II, 1752, pag. 378, 401.

Jo. Custph. Dommerichi *Progr. de λόγῳ Patrum* (præcipue Justini martyris et Clementis Alexandr.), Helmstadt. 1760, 4. De λόγῳ Clem. acute docteque Semlerus quoque disputat l. supra cit., — atque J. Ge. Arn. Oelrichs in *Comment. de vera et certa eorum qui medio secundo atque ineunte tertio sæculo floruerunt Patrum, de ratione s. relatione Filii, seu Verbi cum Patre sententia*, Gottingæ 1787, 4, p. 34, sqq.

Darstellung der moralischen Ideen des Clemens von Alexandrien und des Tertullian. Ein Beitrag zur Geschichte der Christlichen Sittenlehre, von Wilh. Münscher (prof. theol. Marburg.) in D. Henke *Magazin, für Religionsphilosophie, Exegese und Kirchengeschichte*, etc., tom. VI. Helmstadt. 1796, 8, nr. 6.

D. D. (h. e. *Josephi Wassii*) *Obss. in auctorem Titanomachiæ*, ap. Clem. Alex. laudatæ, in *Miscell. observat.* vol. IV, tom. I, pag. 72, sqq., et K. *Obss. seu conjectanea quædam in Clem. Alex. Stromatum librum* I, ibid. pag. 103 sqq. HARL.

Tho. Holzclau *Diss. de Clemente et ejus morali doctrina*, Wirceb. 1779, 8. Add. Rosenmüller, *Hist. Interpr. LL. S.*, tom. I, p. 209. Flügge, *Gesch. d. theol. Wiss.* tom. I, p. 177 sq., 343 sq.

Supplementum Operum Clementis Alexandrini.

Hoc cum præfatione erudita et fasciculo Miscellanearum ad Hist. ecclesiasticam spectantium observationum editum Lipsiæ 1700, 8, ab eodem præclaro doctore meo, Thoma Ittigio, complectitur (28) :

1. Librum pium et lectione in primis dignum, qui inscribitur : Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος; *Quis dives salvetur?* Clementi hic diserte tribuitur ab Eusebio, III, 23, VI, 13, Hieronymo aliisque et Photio, qui codice CXI testatur in quibusdam exemplaribus hunc libellum fuisse loco octavi *Stromatum* libri. Unde non mirum, quod Anastasius Sinaita in psalmum VI (ap. Combefis. tom. I *Auctar. noviss.*, pag. 966), *Ex τινος τῶν στρωματικῶν Clementis λόγων* afferre se ait narrationem de Joanne apostolo, juvenem perditum persequente et ad frugem reducente, quæ capite ultimo hujus libri exstat, repetiturque inde ab Eusebio III, 23, *Hist.*, et aliis quos laudavi ad Abdiam V, 3, pag. 536. Codicis apocryphi Novi Test. meminit iterum Anastasius pag. 934, ubi Clementem τὸν ἱστορικὸν Ἀλεξανδρείας appellat. Igitur haud dubie Clementis est, non Origenis, licet in ms. Vaticano Origenis in Jeremiam homiliis adjunctus, atque inde sub falso Origenis nomine editus sit a Mich. Ghislerio tom. III *Commentar. in Jeremiam* (Lugd. 1633, fol.), p. 262, cum versione Jo. Matthæi Caryophili. Sed in præfat. c. 7, § 4, ipse errorem Ghislerius agnovit, et Clementi vindicandum illum librum statuit, sub cujus nomine cum nova versione et notis edidit Franciscus Combefisius, nullo alio ms. codice usus, in *Auctario noviss. Bibliothecæ Patrum*, tom. I, pag. 1672, fol. Ex Combefisii editione recusus Latine in *Bibliotheca Patrum*, Lugd. a. 1677, tomo III, ac Græce et Latine cum succinctis J. Felli, Oxoniensis episcopi, scholiis, Oxon. 1683, 12, e theatro Sheldoniano, sed notis Combefisii omissis, quas suæ tamen editioni præter Felli scholia, et varias e Ghisleriana et Combefisiana lectiones, Ittigius adjunxit. FABRIC. Rec. Oxon. in ed. Potteri Fellique notis subjectis textui quem excipiunt p. 961 sq. notæ Combefisii. HARL.

2. *Adumbrationes in aliquot epistolas canonicas*, ex veteri Latina versione, de qua Cassiodorus c. 8 *Institut. divinarum litterarum : In epistolis canonicis Clemens Alexandrinus presbyter, qui et Stromateus vocatur, id est, in Epistola S. Petri prima, S. Joannis prima et secunda, et Jacobi* (29) *quædam Attico* (30)

(27) Conf. Brüggemann. View., etc., pag. 373.

(28) Conf. de hoc Ittigii supplem., *Acta erud.*, Lips., a. 1700, pag. 451, sqq. HARL.

(29) In adumbrationibus quæ exstant, nullæ ad Epistolam Jacobi, sed in Epistolam Judæ leguntur. Et de Epistola Judæ meminit etiam Eusebius VI, 14, ubi Clementis Ὑποτυπώσεις refert.

(30) I. e. Græco.

A *sermone declaravit. Ubi multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute locutus est: quæ nos ita transferri fecimus in Latinum, ut exclusis quibusdam offendiculis purificata doctrina ejus securior potuisset hauriri.* Clementem in *Hypotyposeon* libris etiam Epistolas catholicas interpretatum testantur Eusebius IV, 14, *Hist.* et Photius cod. CIX. Verisimile igitur est, ex illo opere (31) Cassiodorum, *Adumbrationes* hasce, quo ipso forte vocabulo Græcum Ὑποτυπώσεων exprimere voluit, excerpendas curasse, quas Latine Ittigius dedit post editiones in *Bibliothecis Patrum*, Paris. 1575 (tom. VI Par. 1576, fol.), 1589, 1654, et Lugd. 1677, et post editionem Oxoniensem ad calcem libri *De divite salvando* 1683, 12 (in ed. Potteri pag. 1006, sqq.).

B 3. *Fragmenta* Clementis Alex. a Jo. Fello collecta ex Nicetæ in Jobum et Corderiana in Lucam Catena, quibus alia Ittigius addidit tum ex eadem in Jobum, tum ex Nicetæ in Matthæum Catena, ex Eusebio item atque Œcumenio. His cæterisque, quæ in præfatione etiam monet adjungenda esse, addi potest fragmentum Clementis, quod exhibet Catena in Pentateuchum, Latine edita a Francisco Zephyro, p. 146, licet consimilia quodammodo legantur v *Strom.*, pag. 564: *Nomen illud mysticum quod vocant tetragrammaton, quo tantum muniebantur illi, quibus adytum pervium erat, sonat Jehovah, quod interpretatur* qui est et qui erit; *candelabrum vero, quod australem plagam adstabat altaris, septem planetas referebat, qui per meridianam regionem circumagi nobis videntur, cui terni utrinque rami consurgunt, quoniam sol quasi candelabrum mundi medius inter alios planetas divina sapientia libratus sua luce superiores lustrat et inferiores. Ad alteram partem ipsius aræ posita erat mensa, in qua panes proponebantur, quod ex ea parte cœli flatus nobis vitales et almi adspirent.* Fabr. Hæc et plura alia, a Grabio collecta, etiam id, quod Fabr. h. l. produxerat, reperiuntur in Oxon. Potteri edit. p. 1011 sqq. Editioni Venetæ Potter. ea, quæ Fabric. calci edit. suæ Hippolyti adjecerat, esse addita, supra me jam monere memini. Harl.

Scripta Clementis deperdita.

1. *Hypotyposeon* (32) sive compendiosarum S. Scripturæ enarrationum *libri VIII*, ex quibus petita videntur, quæ hodieque exstant, excerpta Theodoti, et Adumbrationes in aliquot Epistolas catholicas, ut jam dixi. Meminit Euseb. I, 12, II, 1, 9 et 15, et VI, 13 et 14, *Hist.*, Hieron. in *Catalogo*, c. 38, Photius cod. CIX, CXI. Fragmenta ex illis præter Eusebium locis laudatis et Œcumenium in Epistolas Pauli, servavit *Chronicon Alex.* p. 224 edit. Cangii, S. Maximus ad Dionys. c. 1 *De mystica theol.*, pag. 17, et Jo. Moschus in *Prato spirituali*, cap. 176 (33), quem locum, cum laudasset Baronius ad A. C. 31, n. 40, ut probaret Petrum a Christo baptizatum esse, Richardus Montacutius lib. II *Originum eccles.* pag. 52: *En tibicinem*, inquit, *ruituro alioqui parieti! Clemens* ὁ πολυμαθής *adnotatur in partes ex* Hypotyposibus, *sed citatus a Sophronio in* Prato spirituali. *Neque enim Baronius Clementis, credo, vidit* Hypotyposes. *Certe magnus auctor Clemens, licet nimis interdum credulus apocrypticis narrationibus et rumoribus ab incerta traditione. Secundo criticorum quidam nominatissimi opus illud* Hypotyposeon *non lectum sibi visum (sed* περὶ παντὸς ὄντος καὶ μὴ ὄντος *judicant critici) devocant in quæstionem. Quod si exstaret, multiplici procul dubio doctrina, ut ille alter* λόγος στρωματεῖος *nos recrearet. Sed an ille antiquissimus et eruditissimus Pater tale aliquid retulerit in* Hypotyposibus, *tum tandem intelligemus, cum Patres Societatis qua summa pollent gratia et auctoritate apud hodiernum patriarcham Alexandrinum, illud opus tessellatum in usum publicum Ecclesiæ impetraverint. Scribebat enim aliquando doctissimus Fronto litteris ad clarissimum Savilium missis, apud illum patriarcham librum hunc exstare.*

2. *Σύγγραμμα Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως εἰς τὸν προφήτην* Ἀμώς memorat Palladius in *Historia Lausiaca*, pag. 147 edit. Meursii.

C 3. *Περὶ προνοίας*, ex quo fragmenta apud S. Maximum tom. II Opp., pag. 144, 152, itemque aliud ex mss. Reg. apud Nourrium, pag. 1336 sq. *Apparatus ad Bibl. Patrum.* Fragmentum insigne ex Clem. Alexandr. libro I *προνοίας* exstat apud Anastas. Sinaitam quæst. XCVI. Fabr. — Frag. in Pott. edit. pag. 1016, sq., — et in append. Fabr. in edit. Veneta. In cod. Laurent. Med. esse excerpta ex Clem. sermone *De providentia*, ex Bandin. I, pag. 402, supra jam adnotavimus. Harl.

4. *Περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα.* Euseb. IV, 26, VI, 13; Hier. *De script. eccles.*, c. 38; Phot. cod. III. Fragmenta in *Chronico Alex.*, pag. 7 edit. Cangii. Et in Petavii *Uranologio*, pag. 214. In hoc libro D testatus, Eusebio teste, fuit Clemens, se a fratribus adactum ad scripto consignandas *παραδόσεις*, quas ab antiquioribus presbyteris acceperat. Per has nolim Constitutionum apostolicarum opus intelligere cum doctissimo Beveregio; sed illud ipsum de Paschate opus, in quo traditiones antiquiorum de hoc argumento exposuerat. [Fragm. in Potter. edit. pag. 1017.]

5. *Διαλέξεις περὶ νηστείας.* Hieron. *De jejunio*

(31) Levia sunt, quæ conjecturæ huic opponit Nourrius, pag. 1320.

(32) De hoc vocabulo, quod brevem et succinctam (quæ compendio et ὡς ἐν τύπῳ fit) expositionem significat, dixi ad Sexti Empirici libros Hypotyposeon Pyrrhoniarum.

(33) Fragmenta v. in præf. Ittigii ad suum Supplement. et edit. Potter. Oxon., pag. 1014 sqq., et pag. 1023. — Jacturam *Hypotyposeon* valde dolet Semler. l. c., pag. 155. Conf. Jo. Franc. Buddei, *Isagoge ad universam theologiam*, pag. 345. Harl.

disceptatio, quasi legisset διάλεξις, non διαλέξεις. Apud Photium tantum est Περὶ νηστείας.

6. *Περὶ καταλαλιᾶς*. Hieron. *De obtrectatione, liber unus*. Phot. Περὶ κακολογίας. [Vid. fragm. in Pott. ed. pag. 1020, sq.]

7. *Προτρεπτικὸς εἰς ὑπομονὴν, ἢ πρὸς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους*. Euseb. VI, 13, *Histor.*

8. *Κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας*. Hieron. *De canonibus ecclesiasticis et adversus eos qui Judæorum sequuntur errorem, liber unus, quem proprie Alexandro, Hierosolymorum episcopo, προσεφώνησε*. Canonum apostolicorum collectionem, quæ hodie exstat, per hoc opus ab Eusebio et Hieronymo innui, non crediderim. Sane Photius, qui mox lectos a se canones apostolorum cod. CXII commemorat, Clementis, Romani, sub nomine, inter ea, quæ a Clemente Alex. scripta non ipse legit, sed memorari tantum ab aliis meminit cod. CXI, refert Περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ. Atque unius, non duorum scriptorum hunc esse titulum, Eusebius et Hieron. dubitare nos haud sinunt. Fragmentum Clementis Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαΐζόντων servatum in Nicephori *CPol. Antirrheticis* mss. Græce et Latine edidit Nourrius p. 1334, *Apparat.* [et in Fabr. append. in ed. Pott. Veneta, circ. fin.].

9. *Ὅροι διάφοροι*. Jo. Veccus de processione Spiritus S., apud Allatium in *Græcia orthodoxa*, tom. I, pag. 248 : *Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν οἷς συνέθετο διαφόροις ὅροις ὥστε παντὸς εὐσεβοῦς δόγματος προηγεῖσθαι αὐτοὺς τῷ βουλομένῳ θεολογίαν μετιέναι, ὁριζόμενος τί πνεῦμα, καὶ ὁσαχῶς λέγεται πνεῦμα, φησί· Πνεῦμα μέν ἐστι λεπτὴ καὶ ἄϋλος καὶ ἀσχημάτιστος ἐκπορευτικὴ ὕπαρξις*. [In append. Fabric. in edit. Veneta.]

10. Plura scripta sua sive memorat sive promittit Clemens ipse (34), ut *De principiis*, Strom. III, p. 431 : *Ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους* (*Μαρκιωνιστάς*) *ὁπότ' ἂν τὸν Περὶ ἀρχῶν διαλαμβάνωμεν λόγον, ἀκριβέστατα διαλεξώμεθα*. Libro, *Quis dives salvetur?* § 26, *ὅπερ ἐν τῇ ἀρχῶν καὶ θεολογίας ἐξηγήσει μυστήριον τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχει μαθεῖν*. Iterum meminit hujus tractationis, III *Strom.*, pag. 434 : *Ἐπειδὰν δὲ περὶ τῶν ἀρχῶν διαλαμβάνωμεν*, etc. Hic est ἀρχικὸς λόγος, de uno Deo, qui per legem et prophetas atque Evangelium prædicatur, quem promittit, *Strom.* IV, pag. 510, licet jam de hoc argumenta quædam dixisset III, pag. 457, seq.

De prophetia. Strom. V, pag. 531 : *Καὶ ὅ τι ποτέ ἐστι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἐν τοῖς Περὶ προφητείας κἀν τοῖς Περὶ ψυχῆς ἐπιδειχθήσεται ἡμῖν*. Adde IV, pag. 511.

De membris et affectibus, quando de Deo dicuntur,

A *allegorice interpretandis*, Strom. VI, pag. 580 : *Ἀλληγορεῖσθαι δέ τινα ἐκ τούτων τῶν ὀνομάτων, ὁσιώτερον, ἃ δὴ καὶ προϊόντος τοῦ λόγου κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν διασαφήσομεν*.

De angelis. Strom. VI, pag. 631 : *Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τῷ Περὶ ἀγγέλων λόγῳ προϊούσης τῆς γραφῆς κατὰ καιρὸν διαλεξώμεθα*.

De diabolo. Strom. IV, pag. 507 : *Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὰ δόγματα ἐκεῖνα εἰ μετενσωματοῦται ἡ ψυχὴ, καὶ περὶ τοῦ διαβόλου κατὰ τοὺς οἰκείους λεχθήσεται καιρούς*.

Περὶ γενέσεως κόσμου. Strom. VI, pag. 698 ; *Περὶ τῆς ἀνθρώπου γενέσεως*, Strom. III, p. 466. Hinc Eusebius *De Clemente*, VI, 13, *Hist.* : *Ὑπισχνεῖται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ εἰς τὴν γένεσιν ὑπομνηματιεῖσθαι*.

B *De Ecclesiæ unitate et excellentia*, Strom. VII, pag. 765 : *Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐξοχὴ τῆς Ἐκκλησίας καθάπερ ἡ ἀρχὴ τῆς συστάσεώς κατὰ τὴν μονάδα ἐστὶν, πάντα τὰ ἄλλα ὑπερβάλλουσα καὶ μηδὲν ἔχουσα ὅμοιον ἢ ἴσον ἑαυτῇ. Ταυτὶ μὲν οὖν ὕστερον*.

De officiis episcoporum, presbyterorum, diaconorum et viduarum videtur promittere se alio opere acturum III, ult. *Pædagogi*, pag. 265.

De anima ὁπηνίκα ἂν περὶ ψυχῆς διαλαμβάνωμεν, Strom. III, pag. 432. Adde IV, p. 591. [Fragm. Potter. pag. 1020.]

De resurrectione, Pædagog. II, 20, pag. 199 : *Ὡς ἐν τῷ Περὶ ἀναστάσεως διὰ πλειόνων δηλωθήσεται*, et lib. I, c. 6, p. 104 : *Ἀλλὰ γὰρ αὖθις ἡμῖν σαφέστερον τοῦτο ἐν τῷ Περὶ ἀναστάσεως δηλωθήσεται*.

C *De nuptiis, ἐν τῷ γαμικῷ διέξιμεν λόγῳ*. *Pædagog.* III, 8, p. 237. Nisi forte respicit, quæ II, 10, *Pædagogi* de illo argumento, aut tertio *Stromatum* disseruit. [Fragment. Potter. pag. 1022.]

De continentia, *καὶ τοῦτο ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν δεδήλωται*, *Pædagogi*, II, 10, p. 193. In eodem forte λόγῳ disputaverat de eo, quid vere sit turpe et obscenum, quod II, 6, *Pædagogi*, p. 169, testatur se fecisse : *Διειλήφαμεν δὲ βαθυτέρῳ λόγῳ ὡς ἄρα οὔτε ἐν ὀνόμασιν, οὐδὲ μὴν ἐν τοῖς συνουσιαστικοῖς μορίοις καὶ τῇ κατὰ γάμον συμπλοκῇ ἡ τοῦ ὄντως αἰσχροῦ προσηγορία τάττεται*. Videtur itidem librum tertium *Stromatum* innuere, in quo pag. 434, diserte : *Ὁ δὲ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν προβαινέτω λόγος*.

D *Adversus hæreses*, Strom. IV, pag. 510, ubi se unum Deum adversus illas demonstraturum promittit. Contra philosophorum sententias de summo bono, II *Strom.*, pag. 419. Contra hæreticorum γνῶσιν profanam, VII *Strom.*, pag. 722. Sed forte non peculiares hi libri fuerunt, verum ut in *Stromatis* passim facit, ita et in *Hypotyposibus* hæreticos illos et philosophos oppugnare potuit.

(34) Confer Nourrium, pag. 1337 seq. [et indicem scriptorum a Clem. Alex. citatorum].

LECTORI S.

(Ed. Oxon. 1715.)

Cum mihi semper in votis fuerit, primo ut Christianæ Ecclesiæ, deinde ut Reipublicæ litterariæ pro viribus inservirem; non posse videbar horas illas, quæ cum c Regii S. theologiæ professoris munere, tum a reliquis, quæ mihi incumbunt, curis ac negotiis vacabant, cuipiam alii studio vel jucundius vel utilius impendere, quam emendandis, explicandis, publicique juris faciendis Clementis Alexandrini, antiquissimi doctissimique Patris, operibus, quæ supersunt.

Prima igitur cura fuit ut auctorem ipsum, quam fieri potuit, integrum et emaculatum exhiberem. Quo fine non solum impressos codices universos evolvi, in quibus, si Victorianum et Sylburgianum excipiamus, nihil fere accurati est; sed etiam manuscripta, quæcunque reperire potui, exemplaria diligenter perlegi, et perlecta cum editis contuli. Porro Cohortationem ad Græcos *manuscriptam, una cum duobus* Pædagogi *libris posterioribus, eorumdemque nonnullis fragmentis, suppeditavit Novi apud Oxonienses Collegii bibliotheca. Trium* Pædagogi *librorum codicem unum Bodleii, et huic in omnibus fere concordem alterum præbuit augustissimi regis nostri Bibliotheca. Ad insignes illas Clementis nostri periochas pristinæ sanitati restituendas, quas operi* De præparatione evangelica *inseruit Eusebius, non leve adjumentum attulerunt libri ejus impressi, manuscriptumque exemplar, quod apud nos in Collegio D. Joannis Baptistæ asservatur. Veterum exemplarium inopiæ remedium non raro attulerunt antiquorum scriptorum libri, Platonis præsertim ac Philonis Judæi, e quorum posteriori non breves tantum sententias, sed integras etiam paginas, nonnullis omissis, aliis mutatis vel in epitomen redactis, prout instituto suo optime conveniebat, idque celato nonnunquam auctoris nomine, in Στρωματεῖς suos Clemens transtulit. Scriptum* Stromatum *exemplar nullum oculis meis perlustrare hactenus licuit. Verum hoc me, cum infortunio, tum onere levavit vir clarissimus Bernardus Montefalconius, qui pro acerrimo, quo semper ardet, humaniores litteras promovendi studio variantes lectiones non solum ex Ottoboniano, qui eorum prolixiora quædam fragmenta, sed ex Parisiensi etiam codice, qui integrum* Stromatum *opus complectitur, accurate descriptas ad me transmisit; quas, cum paulo serius advectæ non antea ad manus meas pervenerunt, quam priores quatuor libri, cum quinti principio, e prælo evasissent, ad calcem operis simul exhibendas curavi.*

S. Scripturæ, necnon aliorum veterum librorum vocibus a Clementis nostri verbis distinguendis, quod nemo hactenus satis accurate præstitit, non parvus quidem labor, verum ei, qui auctorem hunc explicandum susciperet, in primis necessarius, impendendus fuit. Latinam vero versionem, seu novam concinnare, seu veterem emendare, majoris adhuc operis res erat. Nam Herveti interpretatio, quæ in hominum manibus ut plurimum versatur et posteriorum Clementis Editionum comes est individua, licet a doctis antehac viris in melius sæpe mutata; adhuc tamen in multis ab auctoris mente adeo aliena, in aliis manca et imperfecta, in quamplurimis ambigua et obscura est, ut sæpe in ipso Clemente nihil magis quam Clementem desideres, nec raro Latina potius a Græcis, quam hæc ab illis lucem exspectent; et qui hanc denique, prout res exigit, corrigendam susciperet, Augeæ plane stabulum purgare videretur. Proinde Cohortationem ad Græcos *ex Græca Latinam iterum fecimus, ad* Pædagogi *forsan ac* Stromatum *etiam libros progressuri, nisi alia nos studia, quæ diutius intermittere haud licuit, eo tandem compulissent, ut de Herveto potius ad Græcum textum accommodando deinceps cogitaremus; qui, prout nunc apparet, etiamsi parum elegans et ornatus, in plerisque tamen, uti spes est, haud plane infidus habebitur Clementis interpres.*

Græco ac Latino textui Sylburgii, Heinsii, aliorumque doctorum virorum Notas adjunximus, quas libri antehac editi, cum a se invicem, tum ab ipso etiam auctore nimium remotas in calce totius operis exhibentes, ingratas studiosis lectoribus moras injiciunt. His alias immiscuimus e philologicis hujus ac proxime superioris sæculi scriptoribus a nobismetipsis undique excerptas. In margine codicis sui, quem mihi, cum ad quartum Stromatum *librum pervenissem, moriens legavit, nonnulla annotaverat Grabius ὁ μακαρίτης. Post nullum vero mihi memorandus est W. Lowthius, Ecclesiæ cathedralis Winton. præbendarius dignissimus; qui non solum perpetuas fere in Clementem notas ultro mihi obtulit, sed etiam* Cohortationem ad Græcos, *et octo* Stromatum *libros pro diversa materiæ, qua constant, ratione, quatenus fieri potuit, in capita redegit. Hæc autem infra, propriis auctorum nominibus distincta, et suis quæque locis disposita, reperientur. Alios præterea rogavi amicos doctosque viros, ut symbolas suas conferrent; omnibus, qui ad auctorem nostrum illustrandum emendandumve aliquid tribuissent, gratias, quas possem, maximas habiturus. Utrum his usibus quadantenus inservire poterint, quæ nos e tenui nostro penu deprompsimus, æquus lector facile judicabit. Hæc porro excipiunt quæ de Clemente ejusque scriptis collegit vir clarissimus Joannes*

Albertus Fabricius, una cum auctorum, quos laudavit Clemens, Indice locupletissimo; cui nos alterum adjecimus, qui S. Scripturæ sententias ab eo adductas monstraret. Sequitur Herveti Commentarius; *ne quid eorum, quæ reliquæ Clementis editiones exhibent, in hac nostra desideretur. Agmen claudunt Indices duo, rerum prior, verborum posterior; quos maxima quidem ex parte Sylburgio debemus. Postremo, cum editionem Sylburgianam ac Parisienses duas in manibus doctorum præcipue fuisse viderem, harum paginas in Græci textus, illius vero in Latini margine curavi perpetuo describendas.*

Hæc præcipue sunt, amice Lector, quæ de hac nostra Clementis Alexandrini editione admonitum te vellem. Quod si ea paulo quam exspectaveras serius prodeat, vel si publici nunc juris facta votis tuis minus respondeat, id aliqua saltem ex parte oculorum meorum imbecillitati imputes, rogo; quæ cum in Pædagogo *versantem primo invasisset, adeo tandem invaluit quinto* Stromatum *libro sub prælo sudante, ut alienis multo plus quam propriis deinceps fidere dura me, sed prorsus ineluctabilis, necessitas cogeret. Quod si quam tibi seu voluptatem seu utilitatem hi nostri labores attulerint, hanc vicem reddere ne dedigneris, ut Deo nos Opt. Max. precibus tuis commendes. Vale.*

Dabam Londini, XIII Kal. Septemb. A. D. MDCCXV.

Lipsiæ 1831-34 prodiit, sed Græce tantum, nova Clementis Operum editio, curante Reinholdo Klotz, phil. doct. (a). *Quid in hac recensione præstiterit editor, ipse in præfationibus suis sic explicat :*

PRÆFATIO TOMI I.

Carolus Ernestus Richterus vir clarissimus, is qui Bibliothecam hanc sacram ante paucos hos annos edere cœpit, cum qua mea est amicitia complexus, a me petisset, ut quemadmodum ipse Josephi et Philonis Judæorum opera edidisset, ita ego Clementis Alexandrini scripta edenda curarem; quanquam me non præteribat quam operosum hoc esset quamque difficile negotium, non tamen putavi operam meam quantulamcunque roganti amico ac pene postulanti recusandam esse ac deprecandam : quam ob causam si quid cui vires meæ haudquaquam pares esse videantur susceperim, id magis facilitate mea, qua amicorum voluntati semper putavi esse inserviendum, quam alia ulla culpa mea contigit.

Neque vero eæ mihi præscriptæ erant leges, ut aut novis libris anquirendis aut aliis adjumentis criticis undique conquirendis novam horum scriptorum recensionem instituerem, sed ut quæ optima haberetur editio, eam litteris mandarem, ac si quid aperte peccatum deprehendissem, id corrigerem atque emendarem : qua ego in re si quando plus quam receperam præstare conatus sum et quavis fere pagina ab iis, qui ante me orationem Clementis constituerant, discedendum esse duxi, id ut fieret et res ipsa flagitabat et a multis me spero hoc nomine, quod ultro exsolvi, bonam gratiam inivisse : ea enim huic scriptori cecidit sors, ut cum a Friderico Sylburgio discesserit, qui majorem et utiliorem in eo operam ponere aut posset aut vellet, editorem invenerit neminem. Namque Joannes Potterus, qui superiore sæculo ineunte scripta Clementis edidit, etsi ita optime est de eis meritus, quod libros scriptos diligenter accurateque contulit; non proinde tamen ac libri postulabant optimi locos corruptos emendare ausus est atque conformare. Itaque sæpe accidit, ut scriptura ea, quam et libri tuerentur et ipse duceret probandam, in adnotatione duntaxat locum obtineret : aperta librariorum menda non tollerentur. Sylburgius contra quanquam præter editionem P. Victori uno libro Palatino usus est, multa tamen ab eo sunt emendata vitia et omnis cura atque opera in singulis universisque expolendis posita.

Quod cum ita sit, non spero futurum, ut quisquam hac de re mecum dissentiat, quod Sylburgii editionem malui quam Potteri sequi, ita ut hanc cum illa diligenter conferrem et si quid a recen- A tioribus criticis sive ex libris sive de conjectura rectius constitutum vidissem asciscerem, qua in re quod quantumque unicuique debeatur : dicetur eo volumine, quod criticam adnotationem continebit.

Tum in emendandis his Clementis libris usus sum scholiis Parisinis nondum editis, quæ editioni nostræ adjicientur.

Deinde præter quam quod quæ viri docti hic illic de Clementis locis præceperant, studiose collegi et sicubi usus iis erat, in meam rem converti, etiam ea, quæ Villoisonius in *Epistolis Vinariensibus* inde a pag. 92-97, de locis quibusdam Clementis scripta e bibliotheca Vinariensi foras dedit, excussi. In his vero virorum doctorum adnotationibus etsi nonnulla ita erant declarata, ut et assensum meum tulerint nec ego dubitaverim quam proposuerunt scripturam recipere; multa tamen esse cognovi ita comparata, ut qui caute criticum agat, aut in dubitationem vocare ea debeat aut plane rejicere. B Itaque quos locos viri docti pro corruptissimis habuerunt multos, eos ego mihi videor aut mutata interpunctione aut faciliore quadam medicina quam quæ istorum fuit persanavisse. Cujus rei quamvis permulta possim exempla edere, id tamen tum declarabitur, cum id agemus.

Quod ad libros scriptos attinet, antistare cæteris videtur ille liber, qui asservatur in bibliotheca novi apud Oxonienses Collegii, qui tamen præter *Cohortationem ad Græcos* duo tantum posteriores *Pædagogi* libros continet. Eum potissimum his in libris sequendum existimavi. Præter enim quam quod plerumque meliores exhibuit scripturas, deteriores sprevit, interdum singula vel plura etiam supplevit verba, quæ librariorum negligentia in aliis libris videmus esse omissa, ut *Protrept.*, § 2, p. 3, ed. Pott., hæc verba : *Καὶ τῶν δραμάτων οἱ ὑποκριταὶ θυμηδίας θεάματα*, quæ quin ab ipso Clemente profecta sint non potest esse dubium. *Ibid.*, C § 11, p. 11, ed. Pott., hæc verba ex eo adjicienda duxi : *Καὶ πλάνης ἀκράτου κυβευτήρια.* Est enim boni critici non solum quæ merito sunt suspecta rejicere, verum etiam si quid librariorum incuria amissum sit, id quantum in se est reprehendere.

Versus quos multos laudat Clemens ita studui constituere, ut exceptis paucis quos aperte viderem esse depravatos, et metro et sententiæ poetæ satis facerem, præsertim cum in adnotatione critica quæ in libris esset scriptura essem indicaturus. Alii sic erant cum Clementis oratione conjuncti, ut separari

(a) *Bibliotheca sacra Patrum Ecclesiæ Græcorum. Titi Flavii Clementis Alexandrini Opera omnia. Recognovit Reinholdus* KLOTZ. Lipsiæ, 1830-34, sumptibus E. B. Schwickerti, in-12, vol. 1-4.

et disponi non possent. Ita *Pædagog.*, lib. II, § 109, p. 235, ed. Pott. τί γὰρ φρόνιμον γυναῖκες ἐργάσαιντο intacta reliqui, quoniam his Clemens pro suis usus est, quanquam paulo post *Pædagog.*, lib. III, § 7, p. 254, ed. Pott., versum eum, quem fecit Aristophanes, recte sic scriptum habet : A

Τί γὰρ γυναῖκες φρόνιμον ἐργασαίμεθα....

itemque *Pædag.*, lib. II, § 25, p. 181 sq., ed. Pott. hæc verba sicut vulgo legebantur edidi : Ὧν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἀλλ' ἢ κῶμος, κραιπάλη, βαλανεῖα, ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος, in quibus ut concedam Clementem ante oculos habuisse comici poetæ versum, non tamen queo neque Marklandi probare rationem, qui *Explicat. vet. auct.*, p. 247, sic hæc verba scribi voluit :

Ὧν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἀλλ' ἢ κραιπάλη,
Κῶμος, βαλανεῖ', ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία,
Πότος,

neque cum Porsono facere, qui *Adversar.*, p. 300 sq., hos voluit esse versus : B

Ὧν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἀλλ' ἢ κραιπάλη,
Βαλανεῖ', ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος.

Ac primum quidem verba ista ὧν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἀλλ' ἢ — aperte videntur esse Clementis, ut *Pædag.*, lib. II, § 1, p. 163, ed. Pott., ubi hæc verba leguntur : Οἷς οὐδὲν ἀλλ' ἢ γαστήρ ἐστιν ὁ βίος, quæ nihil habent cum versu commune : tum in Porsoni ratione, qui verbum κῶμος ab librariis illatum sit intelligi non potest, nisi forte ex eo exstitisse ais, quod ascriptum fuerit ὁ κωμικός φησιν.

Quemadmodum igitur his in locis malui librorum auctoritati morem gerere, quam cum incerta et verisimilia consectarer, a regula severæ critices declinare, ita alibi non dubitavi conjecturis tantum tribuere, ut libris posthabitis eas recipere auderem. Quod quanquam pluribus locis factum est, unum tamen satis habeo afferre, ubi certam quamdam conjecturam meam incertæ atque haud scio an absurdæ omnium librorum scripturæ anteferendam esse arbitratus sum. *Pædag.*, lib. III, § 49, p. 283, ed. Pott., ubi hæc verba sunt in libris : Ἔτι δὲ αὐτουργικῶς προκομίζειν χρὴ ἐκ τοῦ ταμιείου τὰς γυναῖκας ὧν δεοίμεθα, καὶ τῷ μύλῳ προσελθεῖν οὐκ αἰσχρὸν αὐτάς· οὐδὲ μὴν περὶ τὸ ὕψος ἀσχολεῖσθαι, ὅπως θυμῆρες ᾖ τἀνδρὶ, ὄνειδος οἰκουρῷ γαμετῇ καὶ βοηθῷ, ubi cum alius περὶ τὸ ὄψον conjecisset esse scribendum, alius περὶ τὸ ὕφος, utrumque Sylburgius recte reprobavit, quod alterum supra commemorari diceret, alterum post esse dictum, in eo tamen falsus, ut opinio mea fert, quod librorum scripturam quodam modo posse explicari ratus est : quod quam parum ei successerit tacendum arbitror. Illud dico qui diligenter Homerum lectitaverit cognitumque habeat Clementis studium hæc egregia carmina quotiescunque occasio data est in usum suum transferendi, eum non dubitaturum quin recte hæc verba a me sic sint scripta : Οὐδὲ μὴν περὶ τὸ ὕδωρ ἀσχολεῖσθαι, ὅπως θυμῆρες ᾖ τἀνδρὶ, ὄνειδος οἰκουρῷ γαμετῇ καὶ βοηθῷ· poeta enim præclare hoc mulieris officium *Odyss*, *K*, v. 358 sqq., his verbis descripsit : D

Ἡ δὲ τετάρτη ὕδωρ ἐφόρει, καὶ πῦρ ἀνέκαιεν
Πολλὸν ὑπὸ τρίποδι μεγάλῳ· ἰαίνετο δ' ὕδωρ.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ,
Ἔς ῥ' ἀσάμινθον ἕσασα, λόε ἐκ τρίποδος μεγάλοιο,
Θυμῆρες κεράσασα, κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων,
Ὄφρα μοὶ ἐκ κάματον θυμοφθόρον εἵλετο γυίων,

ubi quemadmodum hunc versum :

Θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων,

rectius quam Fr. A. Wolfius fecit interpunxi, ita *Iliad O*, v. 176 sq. videtur esse scribendum :

Παυσάμενόν σε κέλευσε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
Ἔρχεσθαι μετὰ φῦλα θεῶν, ἢ εἰς ἅλα δῖαν,

pro eo quod idem Wolfius edidit παυσάμενόν σ' ἐκέλευσε. Cf. *Iliad. B*, v. 28 et 65.

Θωρῆξαί σε κέλευσε καρηκομόωντας Ἀχαιούς,
Πανσυδίῃ.

et *Ω*, 175.

Λύσασθαί σε κέλευσεν Ὀλύμπιος Ἕκτορα δῖον.

In isto vero Clementis loco vel verbum θυμῆρες satis arguit esse scribenti Homeri versum ante oculos obversatum. Quapropter apud peritos judices nulla debebit esse de conjectura mea dubitatio.

PRÆFATIO TOMI II.

Etsi in præfatione quam ad primum Clementis volumen adjunxi satis est explicatum quid in hac editione adornanda secutus sim, tamen videtur de his quoque *Stromatorum* libris breviter dicendum, ne quæ ego tum de iis potissimum libris qui volumine primo continentur dixeram, ea de his quoque libris dicta esse videantur. Horum enim librorum longe alia est ratio atque illorum. Cum enim plures libri manu scripti iique auctoritate admodum diversa istos libros contineant, Stromata nobis videntur uno tantum codice, sed eo satis antiquo servata esse, ex quo primum fluxit editio Florentina quæ plerumque manifestis vitiis vix exceptis antiquissimi istius libri scripturam exhibet. Hinc Fr. Sylburgius prudenter editionem ita derivavit suam ut librariorum menda, quantum in se esset tolleret, cum non celaret quibus locis ab editione principe discedendum fuisset. Ex hujus editione cæteræ emanarunt, quarum alia est alia vitiosior. Una tamen paulo melior, eam dico quam J. Potterus edendam curavit, quanquam is quoque pleraque vitia in suam editionem recepit, id quod eo debet videri mirabilius, quod collationem libri Parisini habebat unde potera discere quid falso quid recte fecissent critici. C Nam ille liber sive est idem quo P. Victorius usus erat in editione Florentina curanda, sive alius, ex eodem tamen fonte est derivatus, habet easdem lacunas quam editio princeps, habet eamdem Clementis orationem, habet eadem librariorum vitia aperta pariter atque tectiora, ita ut ejus collatio quæ est ad editionem Potterianam adjuncta nullam fere aliam diversitatem contineat nisi ubi editores imperitissimi artis criticæ sine ullo judicio a Victori vel Sylburgii editione discesserant, paucis exceptis locis ubi aut ex aliorum scriptorum auctoritate aut ex doctorum hominum conjectura aliquid mutatum est : id recte a me dici satis superque ex adnotationibus quas ultimo volumini adjiciam criticis patebit. Quam ob causam nolo hic exempla quæ pene sunt innumerabilia turpissimorum errorum ascribere. Illud dico me editionem Sylburgii quam etiam olim dicebam esse sequendam ita litteris mandasse, ut cum libro Parisino cujus accuratam collationem Potterus exhibuit, conferrem et quæ alii critici præstitissent antiquiora ex editionis Potterianæ fide acciperem, recentiora ex hominum doctorum commentariis colligerem, in qua re quid ab aliis acceperim, quid ipse exantlaverim patebit ex adnotatione critica. Illud tamen hic quoque debeo profiteri me nec voluisse nec potuisse nunc novam horum librorum recensionem instituere, accuratam me recognitionem suscepisse peritus nemo negabit. Postremo hoc mihi videtur adnotandum, editionem Sylburgianam editam esse a. 1592. Video enim multos, in quibus etiam eos quos non putabam his in rebus posse falli, editiones eas quæ Sylburgio plane indignæ sunt, tanquam Sylburgii laudare, uti Parisiensem et Coloniensem, ita ut eum sæpe Sylburgianæ paginæ numerum citatum viderim ad quem nunquam accervit Sylburgii editio quæ edita est *ex typographeio Hieronymi Commelini CIƆIƆXCII*, et constat paginis 386.

VETERUM TESTIMONIA.

Eusebius, Ecclesiast. Histor. lib. IV, *cap.* 26.

Τούτου δὲ τοῦ λόγου μέμνηται Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἰδίῳ Περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ, ὃν ἐξ αἰτίας τῆς τοῦ Μελίτωνος γραφῆς φησὶν ἑαυτὸν συντάξαι.

A Hujus autem libri mentionem facit Clemens Alexandrinus in opere suo De Paschate; quod quidem ut conscriberet, Melitonis librum causam sibi præbuisse testatur.

Idem, ibid. lib. V, *cap.* 11.

Κατὰ τοῦτον (τὸν Πάνταινον) ταῖς θείαις γραφαῖς συνασκούμενος ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐγνωρίζετο Κλήμης, ὁμώνυμος τῷ πάλαι τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγησαμένῳ φοιτητῇ τῶν ἀποστόλων· ὃς δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἷς συνέταξεν *Ὑποτυπώσεσιν*, ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται. Τοῦτον δὲ αὐτὸν καὶ τῶν *Στρωματέων* ἐν πρώτῳ συγγράμματι αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ, ὅτε τοὺς ἐμφανεστέρους ἧς κατείληφεν ἀποστολικῆς διαδοχῆς ἐπισημαινόμενος, ταῦτά φησιν· Ἤδη δὲ οὐ γραφὴ εἰς ἐπίδειξιν τετεχνασμένη ἥδε ἡ πραγματεία· ἀλλά μοι ὑπομνήματα εἰς γῆρας θησαυρίζεται, λήθης φάρμακον, εἴδωλον ἀτεχνῶς καὶ σκιαγραφία τῶν ἐναργῶν καὶ ἐμψύχων ἐκείνων ὧν κατηξιώθην ἀκοῦσαι λόγων τε καὶ ἀνδρῶν μακαρίων καὶ τῷ ὄντι ἀξιολόγων. Τούτων ὁ μὲν, ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, ὁ Ἰωνικός· ὁ δὲ, ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος· τῆς κοίλης ἅτερος αὐτῶν Συρίας ἦν· ὁ δὲ, ἀπ' Αἰγύπτου· ἄλλοι δὲ, ἀνὰ τὴν Ἀνατολήν· καὶ ταύτης ὁ μέν τις, τῶν Ἀσσυρίων· ὁ δὲ, ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, Ἑβραῖος ἀνέκαθεν. Ὑστάτῳ δὲ περιτυχών· δυνάμει δὲ ἄρα πρῶτος ἦν· ἀνεπαυσάμην ἐν Αἰγύπτῳ θηράσας λεληθότα. Ἀλλ' οἱ μὲν, τὴν ἀληθῆ τῆς μακαρίας διδασκαλίας σώζοντες παράδοσιν, εὐθὺς ἀπὸ Πέτρου τε καὶ Ἰακώβου, Ἰωάννου τε καὶ Παύλου τῶν ἁγίων ἀποστόλων, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεξάμενος· ὀλίγοι δὲ οἱ πατράσιν ὅμοιοι· ἧκον δὴ σὺν Θεῷ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ προγονικὰ ἐκεῖνα καὶ ἀποστολικὰ καταθησόμενοι σπέρματα.

Clemens gentilis illius Clementis, qui apostolorum discipulus erat, ac Romanorum olim rexerat Ecclesiam, temporibus Pantæni, cujus opera in sacris litteris educatus, multumque exercitatus erat, Alexandriæ hominum fama et commemoratione multum nobilitatus est; qui quidem in libris *Ὑποτυπώσεων* ab ipso compositis, nominatim præceptoris sui Pantæni mentionem facit. Quem etiam in primo libro *Stromatum* videtur innuisse, ubi certos quosdam viros apostolica doctrina (quam ipse ab illis acceperat) cum primis eximios recenset, B his verbis : Istud a me jam institutum opus non est certe opus artificiose ad inanem ostentationem elaboratum, sed tanquam commentarius ad oblivionis morbum curandum in summam senectutem repositus, simulacrum plane et adumbratio non modo efficacis illius et plenæ spiritu ac vita doctrinæ quam mihi concessum est audire; verum etiam beatorum hominum, qui sunt omnium revera præconiis merito celebrandi. Quorum unus Ionicus genere, in Græcia vixit; alter magnam Græciam incoluit; alter in Cœlesyria natus, ibidem commoratus est; alter ex Ægypto oriundus fuit; alii Orientem doctrina evangelica imbuerunt : quorum unus ex Assyriis prognatus est, alius in Palæstina antiqua Hebræorum stirpe editus. Et cum demum C ipse hominem in Ægypto delitescentem vestigassem, inque eum postremum incidissem, qui virtute et doctrina erat re ipsa omnium primus, tandem cum illo conquievi. Atque isti veram sacrosanctæ doctrinæ traditionem, quam successionis serie ab ipsis usque sanctis apostolis, Petro, Jacobo, Joanne et Paulo deducta, velut filius a patre acceperant, licet pauci numero (pauci enim sunt patribus similes) assidue conservantes, ad nostram ætatem usque, divina favente clementia, vitam propagarunt, quo antiqua illa et apostolica doctrinæ prædictæ semina in animis nostris insererent.

Idem, ibid. lib. V, *cap.* 28.

Ἦν δ' ἂν τυχὸν πιθανὸν τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ πρῶτον μὲν ἀντέπιπτον αὐτοῖς αἱ θεῖαι Γραφαί· καὶ ἀδελφῶν δέ τινων ἐστὶ γράμματα πρεσβύτερα τῶν Βίκτορος χρόνων, ἃ ἐκεῖνοι πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὰς τότε αἱρέσεις ἔγραψαν. Λέγω δὲ Ἰουστίνου καὶ Μιλτιάδου καὶ Τατιανοῦ καὶ Κλήμεντος, καὶ ἑτέρων πλειόνων ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται ὁ Χριστός.

Ac fortasse id quod dicunt, credibile videretur, nisi eis refragarentur primum quidem divinæ Scripturæ; deinde fratrum quorumdam scripta, Victoris ætate antiquiora, quæ illi adversus gentes et contra sui temporis hæreticos pro veritatis defensione scripserunt. Justinum intelligo, et Miltiadem, et Tatianum, ac Clementem, aliosque quamplurimos; in quorum omnium libris Christi divinitas D astruitur.

Idem, ibid. lib. VI, *cap.* 13 *et* 14.

Τοῦ δὲ Κλήμεντος *Στρωματεῖς* οἱ πάντες ὀκτὼ παρ' ἡμῖν σώζονται· οὓς καὶ τοιαύτης ἠξίωσεν ἐπιγραφῆς·

Clementis omnes octo libri *Στρωματεῖς*, id est *varie contexti*, apud nos integri servantur, quos

taii inscriptione donavit : *Titi Flavii Clementis commentaria Στρωματεῖς*, hoc est *varia ratione contexti, qui multiplicem veræ ac divinæ philosophiæ cognitionem complectuntur.* Totidem etiam libri sunt ab eo editi, qui *Ὑποτυπώσεις*, id est *Informationes*, inscribuntur ; in quibus Pantænum doctorem et magistrum suum nominatim memorat, cum Commentarios ejus in sacras litteras recensendo, tum traditiones etiam explanando. Est ejus liber ad gentiles *Hortatorius*. Tres item, qui inscribuntur *Pædagogus*. Alius, cujus titulus sic habet : *Quisnam dives ille sit, qui salvetur. De Paschate* liber unus. *Disputationes de jejunio*. Liber *Obtrectationis*. Est præterea liber ejus *Hortatorius* ad patientiam. Alius, *Ad nuper baptizatos*. Alius qui nuncupatur *Canon ecclesiasticus*, sive contra eos qui Judæorum sequuntur errorem ; quem episcopo Alexandro, de quo supra verba fecimus, dedicavit. In libris *Στρωματέων*, non modo sententias ex sacra Scriptura collectas disperse intexit ; sed etiam ex gentilium scriptorum libris, si quid ab illis commode dictum videatur, sumit, cum Græcorum simul et barbarorum opiniones, quæ apud multos jactatæ sunt, aperiendo : tum falsos et commentitios errores eorum, qui inter hæreticos principem locum obtinebant, coarguendo ; denique explanationem multiplicis doctrinæ, et litterarum cujusque generis, unde copiosa materia nobis suppetit prudentiæ, ante oculos lectoris proponit. Atque his universis philosophorum dogmata admiscuit. Unde non sine causa inscriptionem operis argumento valde consentaneam fecit, *Στρωματεῖς*. In eisdem octo libris utitur testimoniis Scripturarum, quibus a multis solet contradici : nimirum *Sapientiæ*, quæ Salomonis dicitur, et *Ecclesiastici*, Jesu Sirach, et Epistolæ ad Hebræos, et Barnabæ, et Clementis, et Judæ. Tatiani item librum contra gentiles citat : et librum Cassiani, quem *De temporum ordine* conscripsit. Philonis porro, et Aristobuli, Josephi et Demetrii et Eupolemi, Judæorum scriptorum, memoriam non præterit : quippe qui suis scriptis Moysen, et Judæorum gentem, vetere illa prosapia quæ apud Græcos jactatur, longe antiquiorem fuisse perspicue commonstrant. Atque isti Clementis libri, quos jam persecuti sumus, maxima optimarum disciplinarum materia referti sunt. In primo libro ejusdem operis de seipso loquitur, quod prope ad apostolorum tempora successerit. In eisdem libris *Commentarios in Genesim* se editurum pollicetur. Item in libro illius quem *De Paschate* composuit, fatetur se a familiaribus suis compulsum, ut traditiones, quas a veteribus presbyteris accepisset, litteris proderet ad posteritatem. In eodem libro Melitonem, Irenæum et alios nonnullos commemorat, narrationesque aliquot ex eorum libris pias recenset. In libris *Ὑποτυπώσεων*, ut summatim comprehendam, sicut in universas Scripturas, quæ omnium consentiente auctoritate confirmantur, breves scripsit explicatio-

A *Τίτου Φλαυίου Κλήμεντος τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματεῖς*. Ἰσάριθμοί τε τούτοις εἰσὶν οἱ ἐπιγεγραμμένοι *Ὑποτυπώσεων* αὐτοῦ λόγοι· ἐν οἷς ὀνομαστὶ ὡς διδασκάλου, τοῦ Πανταίνου μνημονεύει, ἐκδοχάς τε αὐτοῦ γράφων, καὶ παραδόσεις ἐκτιθέμενος. Ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς Ἕλληνας λόγος ὁ Προτρεπτικὸς, τρεῖς τε οἱ τοῦ ἐπιγεγραμμένου *Παιδαγωγοῦ*· καὶ *Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος*; οὕτως ἐπιγραφεὶς ἕτερος αὐτοῦ λόγος· τό τε *Περὶ τοῦ Πάσχα* σύγγραμμα, καὶ *Διαλέξεις περὶ νηστείας*, καὶ *Περὶ καταλαλιᾶς*, καὶ ὁ *Προτρεπτικὸς* πρὸς ὑπομονὴν, καὶ *Εἰς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους*, καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος *Κάνων ἐκκλησιαστικὸς*, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας· ὃν Ἀλεξάνδρῳ τῷ δεδηλωμένῳ ἐπισκόπῳ ἀνατέθεικεν. Ἐν μὲν B οὖν τοῖς *Στρωματεῦσιν* οὐ μόνον τῆς θείας κατάστρωσιν πεποίηται Γραφῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν παρ' Ἕλλησιν, εἴ τι ἄρα ὠφέλιμον ἐδόκει αὐτοῖς εἰρῆσθαι, μνημονεύει, τῶν τε παρὰ τοῖς πολλοῖς δογμάτων, τὰ Ἑλλήνων ὁμοῦ καὶ τὰ βαρβάρων ἀναπτύσσων, καὶ ἔτι τὰς τῶν αἱρεσιαρχῶν ψευδοδοξίας εὐθύνων, ἱστορίαν τε πολλὴν ἐξαπλοῖ, ὑπόθεσιν ἡμῖν πολυμαθοῦς παρέχων παιδείας. Τούτοις ἅπασι καταμίγνυσι καὶ τὰ φιλοσόφων δόγματα. Ὅθεν εἰκότως κατάλληλον τῇ ὑποθέσει καὶ τὴν προγραφὴν τῶν *Στρωματέων* πεποίηται. Κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων Γραφῶν μαρτυρίαις, τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος *Σοφίας*, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιρὰχ, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα καὶ C Κλήμεντος καὶ Ἰούδα. Μνημονεύει τε τοῦ πρὸς Ἕλληνας Τατιανοῦ λόγου, καὶ Κασσιανοῦ, ὡς καὶ αὐτοῦ *Χρονογραφίαν* πεποιημένου. Ἔτι μὴν Φίλωνος καὶ Ἀριστοβούλου, Ἰωσήπου τε καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου, Ἰουδαίων συγγραφέων, ὡς ἂν τούτων ἁπάντων ἐγγράφως πρεσβύτερον τῆς παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιογονίας Μωϋσέα τε καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποδειξάντων. Καὶ ἄλλης δὲ πλείστης χρηστομαθείας ἔμπλεοι οἱ δηλούμενοι τυγχάνουσι τοῦ ἀνδρὸς λόγοι. Ὧν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἑαυτοῦ δηλοῖ ὡς ἔγγιστα τῆς τῶν ἀποστόλων γενομένου διαδοχῆς. Ὑπισχνεῖται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ *εἰς τὴν Γένεσιν* ὑπομνηματιεῖσθαι. Καὶ ἐν τῷ λόγῳ δὲ αὐτοῦ τῷ *ἰς Πάσχα* ἐκβιασθῆναι ὁμολογεῖ πρὸς τῶν ἑταίρων, ἃς ἔτυχε παρὰ τῶν ἀρχαίων πρεσβυτέρων ἀκηκοὼς παραδόσεις, γραφῇ τοῖς μετὰ D ταῦτα παραδοῦναι. Μέμνηται δ' ἐν αὐτῷ Μελίτωνος καὶ Εἰρηναίου, καί τινων ἑτέρων, ὧν καὶ τὰς διηγήσεις τέθειται. Ἐν δὲ ταῖς *Ὑποτυπώσεσι*, ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου Γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθών· τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς (λοιπὰς) καθολικὰς ἐπιστολὰς, τήν τε Βαρνάβα, καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην Ἀποκάλυψιν. Καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους δὲ Ἐπιστολὴν, Παύλου μὲν εἶναί φησι, γεγράφθαι δὲ Ἑβραίοις Ἑβραϊκῇ φωνῇ, Λουκᾶν δὲ φιλοτίμως αὐτὴν μεθερμηνεύσαντα, ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησιν· ὅθεν τὸν αὐτὸν χρῶτα εὑρίσκεσθαι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, ταύτης τε τῆς Ἐπιστολῆς, καὶ τῶν Πράξεων· μὴ προγεγράφθαι δὲ τὸ, *Παῦλος ἀπόστολος*, εἰκότως. « Ἑβραίοις γὰρ, φησὶν, ἐπιστέλλων, πρόληψιν εἰληφόσι κατ' αὐτοῦ

καὶ ὑποπτεύουσιν αὐτὸν, συνετῶς πάνυ οὐκ ἐν ἀρχῇ ἀπέτρεψεν αὐτοὺς, τὸ ὄνομα θείς. » Εἶτα ὑποβὰς ἐπιλέγει· « Ἤδη δὲ, ὡς ὁ μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος, ἐπεὶ ὁ Κύριος, Ἀπόστολος ὢν τοῦ Παντοκράτορος, ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος, ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεσταλμένος, οὐκ ἐγγράφει ἑαυτὸν Ἑβραίων ἀπόστολον, διά τε τὴν πρὸς τὸν Κύριον τιμὴν, διά τε τὸ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν, ἐθνῶν κήρυκα ὄντα καὶ ἀπόστολον. » Αὖθις δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁ Κλήμης βιβλίοις περὶ τῆς τάξεως τῶν Εὐαγγελίων παράδοσιν τῶν ἀνέκαθεν πρεσβυτέρων τέθειται, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον· « Προγεγράφθαι ἐλέγετο τῶν Εὐαγγελίων, τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας· τὸ δὲ κατὰ Μάρκον, ταύτην ἐσχηκέναι τὴν οἰκονομίαν. Τοῦ Πέτρου δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύξαντος τὸν λόγον, καὶ Πνεύματι τὸ Εὐαγγέλιον ἐξειπόντος, τοὺς παρόντας, πολλοὺς ὄντας, παρακαλέσαι τὸν Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα αὐτῷ πόῤῥωθεν, καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων, ἀναγράψαι τὰ εἰρημένα· ποιήσαντα δὲ τὸ Εὐαγγέλιον, μεταδοῦναι τοῖς δεομένοις αὐτοῦ. Ὅπερ ἐπιγνόντα τὸν Πέτρον, προτρεπτικῶς μή τε κωλῦσαι μή τε προτρέψασθαι· τὸν μέν τοι Ἰωάννην ἔσχατον, συνιδόντα ὅτι τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις δεδήλωται, προτραπέντα ὑπὸ τῶν γνωρίμων, Πνεύματι θεοφορηθέντα, πνευματικὸν ποιῆσαι Εὐαγγέλιον. » Τοσαῦτα ὁ Κλήμης.

A nes : ita neque eas quidem quæ a multis vocantur in controversiam, passus est interpretationum sua rum expertes esse : Judæ Epistolam dico, et catholicas, et epistolam Barnabæ, et Revelationem quæ Petri esse dicitur. Epistolam item ad Hebræos scriptam, Pauli esse affirmat, et Hebraico sermone ad Hebræos ab eo editam, Lucam autem eam accurate in Græcum, ut Græcis traderet, convertisse : illudque plane ex interpretatione ipsa facile intelligi posse, quod Epistola et Acta apostolorum idem orationis filum habeant; atque hanc inscriptionem, *Paulus apostolus*, non sine causa in Epistolæ principio fuisse prætermissam ; « nam cum Paulus ad Hebræos Epistolam scriberet, qui præjudicatam animis sententiam, et suspectam opinio-B nem, contra eum ejusque doctrinam combiberant, nomen consulto admodum non inscripsisse : ne in ipso exordio animos illorum prorsus ab Epistolæ lectione averteret. » Deinde longius aliquanto in oratione progressus, addit ista : « Jam vero sicut beatus quidam presbyter dicebat : quoniam Dominus, ipse Apostolus Patris sui omnipotentis, ad Hebræos missus fuit, Paulus quia erat ad gentes missus, modeste quidem, cum ad Hebræos scriberet, se apostolum Hebræorum non inscripsit, partim, ob suam erga Dominum reverentiam, partim, ne cum gentium præco et apostolus esset, præter officium ad Hebræos scribere videretur. » Rursus Clemens in iisdem libris, traditionem de ordine temporum quibus Evangelia scripta erant, a veteribus presbyteris acceptam ad hunc modum exponit : « Evangelia, quæ in se complectuntur genealogias, ante scripta dicuntur. Illud autem quod secundum Marcum inscribitur, talem causam habuisse fertur : Cum Petrus Romæ publice verbum Dei prædicaret et Spiritus sancti instinctu Evangelium Christi exponeret, multos qui præsto aderant, Marcum, utpote qui eum diutius comitatus fuisset, et ejus verba memoria teneret, magnopere obsecrasse ferunt, ut ea quæ fuissent ab illo prædicata, scriptis mandaret. Quod quidem Evangelium simul ac ediderat, illis qui illud ab eo rogavissent, impertiit; Petrum autem, ubi de eo certior factus erat, neque plane prohibuisse, neque adhortatum esse ; Joannem vero, utpote sacrosancti Spiritus impulsu commotum, postquam intellexit, ea quæ ad corpus et humanitatem Christi spectabant, in illis Evangeliis explicata, quorumdam familiarium ac necessariorum rogatu, Evangelium spirituale post reliquos evangelistas conscripsisse. » Hæc Clemens.

Alexander Hierosolymitanus episcopus ibidem de eodem.

Πατέρας γὰρ ἴσμεν τοὺς μακαρίους ἐκείνους τοὺς προοδεύσαντας, πρὸς οὓς μετ' ὀλίγον ἐσόμεθα, Πάνταινον τὸν μακάριον ἀληθῶς καὶ κύριον, καὶ τὸν ἱερὸν Κλήμεντα κύριόν μου γενόμενον, καὶ ὠφελήσαντά με.

C Nam illos beatos Patres, qui ante nos viam virtutis sedulo instituerunt, ad quos non multo post nos profecturi sumus, cognovimus : Pantænum dico vere beatum ac dominum meum, et sanctum Clementem etiam dominum meum, qui multum mihi sæpe commodavit.

Rursum Euseb. ibid. lib. II, *cap.* 9.

Περὶ δὲ τούτου ὁ Κλήμης τοῦ Ἰακώβου, καὶ ἱστορίαν μνήμης ἀξίαν ἐν τῇ τῶν *Ὑποτυπώσεων* ἑβδόμῃ παρατίθεται, ὡς ἐκ παραδόσεως τῶν πρὸ αὐτοῦ, φάσκων, ὅτι δὴ ὁ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον, μαρτυρήσαντα αὐτὸν ἰδὼν, κινηθεὶς, ὡμολόγησεν καὶ αὐτὸς εἶναι ἑαυτὸν Χριστιανόν. Συναπήχθησαν οὖν ἄμφω, φησίν· καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἠξίωσεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. Ὁ δὲ, ὀλίγον σκεψάμενος, Εἰρήνη σοι, εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν· καὶ οὕτως ἀμφότεροι ὁμοῦ ἐκαρατομήθησαν.

De isto Jacobo Clemens in septimo libro *Ὑποτυπώσεων* historiam plane memorabilem inserit, eamque narrat quasi ex traditione majorum acceptam ; nimirum, eum ipsum, qui Jacobum in judicium adduxisset, cum testimonium Christo illum tam libere perhibentem cerneret, ea re commotum, se etiam Christianum ingenue confessum esse. Igitur ambobus una ad supplicium adductis, hunc inter eundum a Jacobo postulasse, veniam sibi concedi. Jacobum autem, paululum rem animo

complexum dixisse, Pax tibi, illumque osculatum esse; et sic tandem utrumque securi percussum vitam deseruisse.

Idem, Chronic. Canon., pag. 216.

Clemens, *Stromatum* auctor, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, optimus Christianæ philosophiæ magister, libris conscribendis inclaruit; et Pantænus e Stoicorum secta philosophus, in divinis litteris excelluit.

A Κλήμης ὁ Στρωματεὺς πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, ἄριστος διδάσκαλος ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίᾳ, συντάττων διέλαμπεν, καὶ Πάνταινος φιλόσοφος ἀπὸ Στωϊκῶν ἐν τῷ θείῳ λόγῳ διέπρεπεν.

Idem, Præpar. evangel., lib. II, *cap.* 2.

Atque horum turpitudinem admirabilis ille Clemens, ea quam *ad Græcos* dirigit *Cohortatione*, nudam omniumque spectandam oculis proponit, quippe qui cum omnes illorum cæremonias sua ipsius experientia cognoverit, tum celerrime ab infami errore caput extulerit, verbi salutaris, et evangelicæ doctrinæ vi ex tot tantorumque malorum contagione liberatus, etc.

Ταῦτα δὲ Κλήμης ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ *πρὸς Ἕλληνας Προτρεπτικῷ* διαῤῥήδην ἐκκαλύπτει, πάντων μὲν διὰ πείρας ἐλθὼν ἀνὴρ, θᾶττόν γε μὴν τῆς πλάνης ἀνανεύσας, ὡς ἂν πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν κακῶν λελυτρωμένος. . . .

B

Idem, ibid. lib. II, *cap.* 3.

Itaque deorum ipsorum ædes, mortuorum sepulcra esse perhibentur, quemadmodum Clemens in ea quam *ad Græcos* scribit *Cohortatione* commemorat, Græcorum ipsorum testimonia proferens, etc.

Ἔνθεν αὐτοῖς καὶ οἱ τῶν θεῶν οἶκοι, νεκρῶν εἶναι τάφοι μνημονεύονται, ὡς ὁ Κλήμης ἐν τῷ *πρὸς Ἕλληνας Προτρεπτικῷ* ἱστορεῖ, τοῦ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς Ἕλληνας ἐπαγόμενος. . . .

Idem, ibid., lib. IV, *cap.* 16.

Jure sane et merito Clemens, vir plane singularis, in ea quam gentilibus inscripsit *Cohortatione*, eadem ista carpens, hominum illorum cæcitatem lamentatur, etc.

Εἰκότως ἄρα ὁ θαυμάσιος Κλήμης ἐν τῷ *πρὸς Ἕλληνας Προτρεπτικῷ*, αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιμεμφόμενος, τοιάδε καὶ αὐτὸς τὴν πλάνην τῶν ἀνθρώπων ἀπολοφύρεται. . . .

Idem, lib. IX, *cap.* 6.

Atque istius etiam (Clearchi scil.) Clemens noster libro primo *Stromatum* meminit, etc.

C Τούτου δὲ μνημονεύει καὶ ὁ ἡμέτερος Κλήμης ἐν τῷ πρώτῳ Στρωματεῖ...

Idem, lib. X, *cap.* 1.

Et quoniam Clemens ille noster fuse admodum Stromate sexto disputationem istam exsequitur, etc.

Ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος Κλήμης, ἐν ἕκτῳ Στρωματεῖ, τὴν περὶ τούτου σύστασιν εἰς πλάτος ἀπηύθυνε...

Idem, ibid. cap. 5.

Jam vero Clementem audi in eadem mecum disputatione versantem, etc.

Τῆς δ' αὐτῆς ἡμῖν ὑποθέσεως ἐφαψάμενος καὶ ὁ Κλήμης, ἐπάκουσον ἅ φησιν...

Idem, ibid. cap. 11.

Hactenus Tatianus. Jam ad Clementem transeamus, etc.

Τοσαῦτα καὶ ὁ Τατιανός. Μετίωμεν δὲ καὶ ἐπὶ Κλήμεντα...

Idem, lib. XI, *cap.* 24.

Atque hactenus Philo, cui affinia plane et gemina Clemens Stromate sexto hunc in modum persequitur, etc.

D Ταῦτα ὁ Φίλων· συνᾴδει δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Κλήμης, ἐν τῷ ἕκτῳ Στρωματεῖ λέγων ὧδε..

Idem, lib. XIII, *cap.* 12.

Quo eodem in genere, quæ Clementis nostri sententia fuerit, ex sequentibus intelliges, etc.

Ὁποῖα δὲ καὶ Κλήμεντι περὶ τῆς αὐτῆς εἴρηται ὑποθέσεως, γνοίης ἂν διὰ τούτων...

Cyrillus Alexandr. contra Julianum, lib. VI, *pag.* 205, *edit. Paris.*, 1638.

Clemens enim qui sanctos apostolos ubique sequitur, quique infinitas Græcorum historias audiendo acceperat, in *Stromatis* refert, etc.

Κλήμης μὲν γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἑπόμενος πανταχῆ, πλείστης τε ὅσης Ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἐλθὼν, ἐν τοῖς Στρωματεῦσί φησι...

Idem, ibid., lib. VII, *pag.* 231.

Hujus historiæ nominatim meminit Clemens in *Stromatis*, vir in primis doctus et eruditus, qui

Ταύτης ἰδίᾳ μέμνηται τῆς ἱστορίας ἐν τοῖς *Στρωματεῦσιν* ὁ Κλήμης, ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ φιλομαθής.

καὶ ἀναγνωσμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσας βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ.

A Græcarum litterarum altitudinem, quantum forsan ante illum pauci, perscrutatus est.

Idem, ibid., lib. x, *pag.* 342.

Ἔφη δὲ καὶ Κλήμης ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ μέντοι καὶ πολυΐστωρ περί τε θεῶν καὶ ναῶν ὡδί...

Clemens autem eruditus vir et multarum historiarum scientissimus de diis ac templis ita quoque scribit, etc.

Epiphanius Adversus hæreses, lib. I, *tom.* II, *in Secundianorum hæresi.*

Εἶτα οἱ καλῶς συγγραψάμενοι, καὶ ἀλήθειαν τούτων ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν συγγράμμασιν ἤλεγξαν, Κλήμης τε, ὅν φασί τινες Ἀλεξανδρέα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναῖον.

Verum quam hæc a veritate abhorreant omnia, egregii quidem scriptores editis adversus eos Commentariis demonstrarunt, præcipue vero Clemens Alexandrinus, quem Atheniensem alii faciunt.

Dionysius Areopagita, lib. De divinis nominibus, cap. 5.

Εἰ δὲ ὁ φιλόσοφος ἀξιοῖ Κλήμης, καὶ πρός τι παραδείγματα λέγεσθαι τὰ ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχηγικώτερα, πρόεισι μὲν οὐ διὰ κυρίων καὶ παντελῶν καὶ ἁπλῶν ὀνομάτων ὁ λόγος αὐτῷ.

B Si autem vult Clemens philosophus, ad aliquid dici exemplaria quæ sunt in rebus principaliora, progreditur quidem, cum sic loquitur, non per propria et perfecta, et simplicia nomina.

Hieronymus in Ecclesiasticis scriptoribus.

Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, Panteni, de quo supra retulimus, auditor, post ejus mortem Alexandriæ ecclesiasticam scholam tenuit, et *Κατηχήσεων* magister fuit. Feruntur ejus insignia volumina, plenaque eruditionis et eloquentiæ, tam de Scripturis divinis, quam de sæcularis litteraturæ instrumento. E quibus illa sunt: *Στρωματεῖς*, libri octo; *Ὑποτυπώσεων* libri octo; *Adversus gentes*, liber unus; *Pædagogi* libri tres; *De Pascha* liber unus; *De jejunio disceptatio;* et alius qui inscribitur, *Quisnam dives ille sit qui salvetur; De obtrectatione* liber unus; *De canonibus ecclesiasticis*, et *Adversum eos qui Judæorum sequuntur errorem*, liber unus; quem proprie Alexandro Hierosolymorum episcopo προσεφώνησεν. Meminit autem in *Stromatibus* suis voluminis Tatiani *Adversus gentes*, de quo supra diximus; et Cassiani cujusdam *Χρονογραφίας*, quod opusculum invenire non potui. Nec non et de Judæis Aristobulum quemdam, et Demetrium et Eupolemum scriptores adversus gentes refert, qui in similitudinem Josephi *Ἀρχαιογονίας* Moysi et Judaicæ genti asseruerint: exstat Alexandri Hierosolymitarum episcopi, qui cum Narcisso postea rexit Ecclesiam, epistola super ordinatione Asclepiadis confessoris ad Antiochenses, congratulantis eis; in qua ponit in fine: « Hæc vobis, domini ac fratres, scripta transmisi, per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem et probatum; quem vos quoque scitis, et nunc plenius recognoscetis: qui cum huc venisset juxta providentiam et visitationem C Dei, confirmavit et auxit Domini Ecclesiam » Constat Origenem hujus fuisse discipulum. Floruit autem Severi et Antonini filii ejus temporibus.

Idem, ad Magnum orator. Roman.

Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, meo judicio omnium eruditissimus, octo scripsit *Stromatum* libros, et totidem *Ὑποτυπώσεων*, et alium *Contra gentes*, *Pædagogi* quoque tria volumina. Quid in illis libris indoctum, imo quid non e media philosophia est?

Rufinus, De adulteratione librorum Origenis apud Hieronymum, tom. IV *Erasmi.*

Clemens quoque alius Alexandrinus presbyter, et magister Ecclesiæ illius in omnibus pene libris suis, Trinitatis gloriam atque æternitatem unam eamdemque designat, interdum invenimus aliqua in libris ejus capitula, in quibus Filium Dei creaturam dicit. Nunquid credibile est de tanto viro tam in omnibus catholico, tam erudito, ut vel sibi contraria senserit, vel ea quæ de Deo non dicam credere, sed vel audire quidem impium est, scripta reliquerit?

Socrates, Histor. ecclesiast., lib. II, *cap.* 35.

Οὕτω δὲ ἦν ὀλιγομαθὴς ὁ Ἀέτιος, καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀμύητος, τὸ ἐριστικὸν δὲ κατωρθώκει μόνον, ὅπερ ἂν καὶ ἀγροῖκός τις ποιήσειεν, ὡς μήτε τοὺς ἀρχαίους τοὺς τὰ Χριστιανικὰ λόγια ἑρμηνεύσαντας ἀσκηθῆναι, πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς περὶ Κλήμεντα, καὶ Ἀφρικανὸν, καὶ Ὠριγένην, ἄνδρας πάσης σοφίας ἐπιστήμονας.

D Cæterum adeo mediocri doctrina præditus, et sacrarum litterarum imperitus erat Aetius, et in uno contendendi studio exercitatus; quod quivis etiam agrestis facile consequi possit; ut ne veterum quidem scriptorum, qui sacros Christianæ religionis libros interpretati sunt, usum ullum aut peritiam haberet; sed Clementem, et Africanum, atque Origenem, viros omni genere doctrinæ excultos, prorsus aspernaretur.

Idem, ibid., lib. III, *cap.* 7.

Irenæus certe et Clemens, et Apollinaris Hierapolitanus, et Serapion Antiochenæ urbis episcopus, Christum, qui homo factus est, anima præditum fuisse, velut rem communi omnium consensu receptam, suis in libris asserunt.

A Καὶ γὰρ Εἰρηναῖός τε καὶ Κλήμης, Ἀπολινάριός τε ὁ Ἱεραπολίτης καὶ Σεραπίων ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστὼς Ἐκκλησίας, ἔμψυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα, ἐν τοῖς πονηθεῖσιν αὐτοῖς λόγοις ὡς ὁμολογούμενον αὐτοῖς φάσκουσιν.

Sozomenus, Histor. ecclesiast., lib. I, *cap.* 1.

Ac primo quidem historiam hanc ab initio repetere decreveram. Sed cum animadvertissem, alios jam scriptores ad sua usque tempora id præstitisse; Clementem scilicet et Hegesippum viros sapientissimos, qui apostolorum temporibus proxime successerunt, etc.

Ὡρμήθην δὲ τὰ μὲν πρῶτα, ἀπ' ἀρχῆς ταύτην συγγράψαι τὴν πραγματείαν· λογισάμενος δὲ ὡς καὶ ἄλλοι ταύτης ἐπειράθησαν μέχρι τῶν κατ' αὐτοὺς χρόνων, Κλήμης τε καὶ Ἡγήσιππος, ἄνδρες σοφώτατοι, τῇ τῶν ἀποστόλων διαδοχῇ παρακολουθήσαν- B τες...

Chronicon Paschale, pag. 7.

A mercedem, tanquam ex redundanti, regnum cœlorum pollicetur, non alium ex nobis fructum percipiens, quam quod salvi sumus. Vitium enim hominum interitu pascitur : veritas autem, quæ veluti apis innoxia rebus insidet, non nisi eorumdem salute lætatur. Habes, quid pollicetur ; habes, quanto affectu humanum genus amat. Tu igitur accede, et participa hanc gratiam. Meum porro canticum ne perinde novum existimes, ac vas aliquod sive domum ; nam *ante Luciferum erat* [9], et *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [10]. Sed error, inquis, vetus est; veritas autem recens. Proinde seu capræ Phrygas vetustissimos esse doceant; seu Arcadas poetæ, qui ante lunam eos fuisse prodiderunt; seu, denique, ✠

B Ægyptios, qui horum terram deorumque hominumque matrem esse somniant: tamen eorum nemo se ante mundum fuisse jactat. At nos ante mundi constitutionem fuimus, ratione futuræ nostræ productionis in ipso Deo quodammodo tum præexsistentes. Divini igitur Verbi, sive rationis, nos creaturæ rationales sumus: et per eum primi esse dicimur, quoniam *in principio erat Verbum*. Quod quidem, quatenus olim ante jacta mundi fundamenta exsistebat, divinum rerum omnium principium fuit, etiamque nunc est; quatenus vero novissimis temporibus venerando illo et olim sancto Christi nomine appellari voluit, novum a me Canticum vocatur. Hoc ✠ igitur Verbum Christus, non solum ut olim essemus

C causa fuit (nam ille tum erat in Deo), sed idem etiam bene esse nobis dedit, et jam nuper hominibus apparuit, qui solus uterque, Deus et homo, est, ut omnimodam nobis felicitatem daret. Etenim ab eo recte vivere edocti, ad æternam vitam transmittimur. Nam ut ait ille divinus Domini Apostolus : *Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri, Jesu Christi* [11]. Novum ergo canticum est Verbi, quod *in principio* et ante principium fuit, exortus, qui modo nobis effulsit ; modo enim apparuit, qui olim erat, Servator ; apparuit, qui ens est in ente; Verbum nempe, quod

D apud Deum erat, et a quo facta sunt omnia, *Præceptoris* habitu apparuit : et qui tanquam opifex

✠ P. 7 ED. POTTER, 6 ED. PARIS. [9] Psal. CIX, 3. [10] Joan. I, 1. [11] Tit. II, 11-13.

(80) *Πρὸ ἑωσφ*. Respicit psalm. CIX, 3: Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε.

(81) *Τοὺς Ἀρκάδας*. De προσελήνοις Arcadibus vide Plutarchi *Problemata Romana*. H. SYLBURG. Confer etiam Lycophronis *Cassandram* v. 482, ibique Tzetzæ, et Meursii *Commentarios*.

(82) *Ἀναφῦναι*. A. ἀναφῆναι. SYLB. Utriusque lectionis exempla infra *Pædag*., lib. III, cap. 1, et *Strom*. lib. I. Ἀναφῦναι tamen neutraliter plerumque accipitur, ut ἀναφῦσαι active.

(83) *Οὗτος γοῦν ὁ Λόγος ὁ Χριστὸς, καὶ τοῦ εἶναι πάλαι ἡμᾶς· ἦν γὰρ ἐν Θεῷ καὶ τοῦ εὖ εἶναι*. Scribe καὶ τοῦ εἶναι πάλαι ἡμᾶς (ἦν γὰρ ἐν Θεῷ)· καὶ τοῦ εὖ εἶναι αἴτιος. Quod repræsentat ipsa quoque interpretatio. HEINS.

(84) *Ἐπιφάνεια... ἐκλάμψασα*. Loculio Sophocleæ illi similis *Œdip. Tyr*., p. 172, edit. Steph.

Ἔλαμψε γὰρ τοῦ νιφόεντος
Ἀρτίως φανεῖσα
Φάμα Παρνασσοῦ.

(85) *Ἐν ἀρχῇ... τὸ εὖ ζῆν*. Hæc omittit Nov. Ea scilicet scriptor, a priori ζῆν in posterius oculum conjiciens, præteriit. Cæterum his similia quædam occurrunt sub finem *Pædag*. lib. I.

(86) *Οἱ νεκροῖς τοὺς αἰχμαλώτους συνδεῖν*. Mezentius idem facit Æn. VIII.

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis.

mundi vitam nobis in prima creatione dedit, præceptoris habitu sumpto bene vivendi rationem nos docuit, ut postea tanquam Deus æternam vitam largiatur. Is vero non est nunc primum erroris nostri misertus, sed olim a principio mundi; nunc vero tandem apparens, perituros ex faucibus exitii liberavit. Nam in hunc usque diem malignus ille serpens humanum genus præstigiis suis in contumeliosam et miseram servitutem abducit; sævitque in eos, ut ita dicam, barbarorum ritu, qui captivos suos mortuorum cadaveribus, donec una putrescant, alligare feruntur. Dum enim quoscunque a sui ortus principio ad proprias trahere partes valet, crudelis ille tyrannus et serpens ad lapides, ligna, statuas, reliquaque idola misero superstitionis vinculo constringit, non incommode dicitur, vivos communi tumulo inferre, donec una cum illis intereant. Quamobrem Evam olim (unus etenim idemque seductor est) et alios nunc homines in mortem ducit. Unus itidem nobis adjutor et vindex est Dominus, qui salutem a principio prophetice prænuntiavit, et nunc ad eam consequendam aperte ac palam invitat. Fugiamus igitur, Apostoli præcepto obsequentes, *principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ* [12]; et ad Dominum Servatorem confugiamus, qui per prodigia et signa cum in Ægypto, tum etiam in deserto, et per rubum, et nubem, ✠ quæ divina gratia Hebræos, velut ancilla quædam, sequebatur, ad salutem invitat. Cæterum contumaces quidem et duri cordis homines metu impellit; alios vero, qui auribus præditi sunt, per Moysen illum sapientiæ omnis magistrum, per Isaiam veritatis cultorem, et per totum propheticum chorum magis rationali methodo ad rationem seu Verbum convertit. Aliquando conviciis utitur; est ubi et minis; hos idem deflet, illos cantu demulcet: veluti sapiens medicus alios quidem ægros cataplasmatibus, alios purgationibus curat; alios fomentis emollit, alios ferro lancinat; sunt etiam quos adurit, et quibus resectionem adhibet, si qua ratione humani corporis alicui parti vel membro sanitas restitui possit; varias enim Salvator noster voces adhibet, et varias experitur vias, ut homines ad salutem perducat. Dum minatur, admonet; dum conviciatur, emendat; dum luget, miseretur; dum cantat, hortatur; in rubo etiam loquitur, quod illi signis et prodigiis indigerent. Idem eos igne perterrefacit, flammam e columna suspensam, terroris simul et gratiæ signum, exhibens; morigeris quidem lucem, sed immorigeris ignem. Postea quod corpus humanum columna et rubo nobilius esset, prophetis usus est; ipse Dominus in Isaia loquitur, ipse in Elia, ipse in ore propheta-

A καὶ συσσαπῶσιν. Ὁ γοῦν πονηρὸς οὑτοσὶ τύραννος καὶ δράκων, οὓς ἂν οἷός τε εἴη ἐκ γενετῆς σφετερίσασθαι, λίθοις, καὶ ξύλοις, καὶ ἀγάλμασι, καὶ τοιούτοις τισὶν εἰδώλοις προσφίγξας τῷ δεισιδαιμονίας ἀθλίῳ δεσμῷ, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ζῶντας ἐπιφέρων συνέθαψεν αὐτοῖς (87), ἔστ' ἂν καὶ συμφθαρῶσιν· οὗ δὴ χάριν (88) (εἷς γὰρ ὁ ἀπατεὼν) ἄνωθεν μὲν τὴν Εὔαν, νῦν δὲ ἤδη καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους εἰς θάνατον ὑποφέρων· εἷς καὶ αὐτὸς ἐπίκουρος καὶ βοηθὸς ἡμῖν ὁ Κύριος, προσμηνύων (89) ἀρχῆθεν προφητικῶς, νῦν δὲ ἤδη καὶ ἐναργῶς εἰς σωτηρίαν παρακαλῶν. Φύγωμεν οὖν, ἀποστολικῇ πειθόμενοι παραγγελίᾳ, *Τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας*· καὶ τῷ Σωτῆρι τῷ Κυρίῳ προσδράμωμεν, B ὃς καὶ νῦν καὶ ἀεὶ προὔτρεπεν εἰς σωτηρίαν, διὰ τεράτων καὶ σημείων ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν ἐρήμῳ· διά τε τῆς βάτου, καὶ τῆς ἀκολουθούσης χάριτι φιλανθρωπίας, θεραπαίνης δίκην Ἑβραίοις νεφέλης. Τούτῳ μὲν δὴ τῷ φόβῳ τοὺς σκληροκαρδίους προὔτρεπεν· ἤδη δὲ καὶ διὰ Μωϋσέως τοῦ πανσόφου, καὶ τοῦ φιλαλήθους Ἡσαΐου, καὶ παντὸς τοῦ προφητικοῦ χοροῦ, λογικώτερον ἐπὶ τὸν Λόγον ἐπιστρέφει τοὺς τὰ ὦτα κεκτημένους· καὶ ἔσθ' ὅπη μὲν λοιδορεῖται· ἔστιν δ' οὗ καὶ ἀπειλεῖ· τοὺς δὲ καὶ θρηνεῖ τῶν ἀνθρώπων· ᾄδει δὲ ἄλλοις, καθάπερ ἰατρὸς ἀγαθὸς, τῶν νοσούντων σωμάτων τὰ μὲν καταπλάττων, τὰ δὲ καταλεαίνων, τὰ δὲ καταντλῶν· τὰ δὲ καὶ σιδήρῳ διαιρῶν, ἐπικαίων δὲ ἄλλα, ἔστι δ' οὗ καὶ ἀποπρίων, εἴ πως οἷόν C τε κἂν παρὰ μέρος ἢ μέλος τὸν ἄνθρωπον ὑγιᾶναι. Πολύφωνός γε ὁ Σωτὴρ καὶ πολύτροπος εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν· ἀπειλῶν νουθετεῖ· λοιδορούμενος ἐπιστρέφει· θρηνῶν ἐλεεῖ· ψάλλων παρακαλεῖ· διὰ βάτου λαλεῖ· ὅτι σημείων ἐκεῖνοι καὶ τεράτων ἔχρῃζον. Καὶ τῷ πυρὶ δεδίττεται τοὺς ἀνθρώπους, ἀνάπτων ἐκ κίονος τὴν φλόγα, δεῖγμα ὁμοῦ χάριτος καὶ φόβου· ἐὰν ὑπακούσῃς, τὸ φῶς· ἐὰν παρακούσῃς, τὸ πῦρ. Ἐπειδὴ δὲ καὶ κίονος καὶ βάτου ἡ σὰρξ τιμιωτέρα, προφῆται μετ' ἐκεῖνα φθέγγονται. Αὐτὸς ἐν Ἡσαΐᾳ ὁ Κύριος λαλῶν· αὐτὸς ἐν Ἠλίᾳ· ἐν στόματι προφητῶν αὐτός. Σὺ δὲ ἀλλ' εἰ προφήταις μὴ πιστεύεις, μῦθον δὲ ὑπολαμβάνεις, καὶ τοὺς ἄνδρας, καὶ τὸ πῦρ· αὐτός σοι λαλήσει ὁ Κύριος, *ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα* D *Θεῷ· ἐκένωσε δὲ ἑαυτὸν* ὁ φιλοικτίρμων Θεὸς, σῶσαι τὸν ἄνθρωπον γλιχόμενος. Καὶ αὐτὸς ἤδη σοι ἐναργῶς ὁ Λόγος λαλεῖ, δυσωπῶν τὴν ἀπιστίαν· ναὶ, φημὶ, ὁ Λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ, ἄνθρωπος γενόμενος· ἵνα δὴ καὶ σὺ παρὰ ἀνθρώπου μάθῃς, πῇ ποτε ἄρα ἄνθρωπος γένηται Θεός. Εἶτ' οὐχ ἄτοπον, ὦ φίλοι, τὸν μὲν Θεὸν ἀεὶ προτρέπειν ἡμᾶς ἐπ' ἀρετὴν, ἡμᾶς δὲ ἀναδύεσθαι τὴν ὠφέλειαν, καὶ ἀναβάλλεσθαι τὴν σωτηρίαν; Ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ Ἰωάννης ἐπὶ σωτηρίαν πα-

✠ P. 8 ED. POTTER, 7 ED. PARIS. [12] Ephes. II, 2.

Qua de re et Livius lib. I, et Petrus Victorius, *Var. lect.*, lib. IV, cap. 18. SYLBURG.

(87) *Αὐτοῖς*. Αὐτοὺς Nov.

(88) *Οὗ δὴ χ.* Hæc sic distingue: οὗ δὴ χάριν (εἷς γὰρ ὁ ἀπατεὼν) ἄνωθεν, etc., quod in Latina versione expressimus.

(89) *Προσμηνύων*. Προμηνύων Nov.

ρακαλεῖ, καὶ τὸ πᾶν γίνεται *φωνὴ* (90) *προτρεπτική*; A Πυθώμεθα τοίνυν αὐτοῦ, *Τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν* (91); Ἠλίας μὲν οὐκ ἐρεῖ, Χριστὸς δὲ εἶναι ἀρνήσεται· *φωνὴ* δὲ ὁμολογήσει (92) *ἐν ἐρήμῳ βοῶσα*. Τίς οὖν ἐστιν Ἰωάννης; ὡς τύπῳ λαβεῖν, ἐξέστω εἰπεῖν, *φωνὴ τοῦ Λόγου προτρεπτικὴ, ἐν ἐρήμῳ βοῶσα*. Τί βοᾷς, ὦ φωνή; Εἰπὲ καὶ ἡμῖν. *Εὐθείας ποιεῖτε τὰς ὁδοὺς Κυρίου*. Πρόδρομος Ἰωάννης, καὶ ἡ φωνὴ πρόδρομος τοῦ Λόγου, φωνὴ παρακλητικὴ, προετοιμάζουσα εἰς σωτηρίαν, φωνὴ προτρέπουσα εἰς κληρονομίαν οὐρανῶν· δι' ἣν ἡ στεῖρα καὶ ἔρημος, ἄγονος οὐκέτι. Ταύτην μοι τὴν κυοφορίαν προεθέσπισεν ἀγγέλου φωνή· πρόδρομος ἦν κἀκείνη τοῦ Κυρίου, στεῖραν εὐαγγελιζομένη γυναῖκα, ὡς Ἰωάννης τὴν ἔρημον. Διὰ ταύτην τοίνυν τοῦ Λόγου τὴν φωνὴν ἡ στεῖρα εὐτεκνεῖ, καὶ ἡ ἔρημος καρποφορεῖ. B Αἱ πρόδρομοι τοῦ Κυρίου φωναὶ δύο, ἀγγέλου καὶ Ἰωάννου, αἰνίττονταί μοι τὴν ἐναποκειμένην σωτηρίαν, ὡς, ἐπιφανέντος τοῦ Λόγου τοῦδε, εὐτεκνίας ἡμᾶς καρπὸν ἀπενέγκασθαι, ζωὴν ἀΐδιον. Ἄμφω γοῦν ἐς ταὐτὸν ἀγαγοῦσα τὰ φωνὰ ἡ Γραφὴ, σαφηνίζει τὸ πᾶν· *Ἀκουσάτω ἡ οὐ τίκτουσα· ῥηξάτω φωνὴν ἡ οὐκ ὠδίνουσα· ὅτι πλείονα τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα*. Ἄνδρα ἡμῖν εὐηγγελίζετο ἄγγελος· ἡμᾶς προὔτρεπεν Ἰωάννης νοῆσαι τὸν γεωργὸν, ζητῆσαι τὸν ἄνδρα. Εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς οὗτος ὁ τῆς στείρας (93) ἀνὴρ, ὁ τῆς ἐρήμου γεωργὸς, ὁ τῆς θείας ἐμπλήσας δυνάμεως καὶ τὴν στεῖραν, καὶ τὴν ἔρημον. Ἐπεὶ γὰρ πολλὰ τὰ τέκνα τῆς εὐγενοῦς, ἄπαις δὲ ἦν δι' ἀπείθειαν, ἡ πολύπαις ἀνέκαθεν C Ἑβραία γυνή· ἡ στεῖρα τὸν ἄνδρα λαμβάνει, καὶ ἡ ἔρημος τὸν γεωργόν· εἶτα ἡ μὲν καρπῶν, ἡ δὲ πιστῶν· ἄμφω δὲ μητέρες, διὰ τὸν Λόγον. Ἀπίστοις δὲ εἰσέτι νῦν καὶ στεῖρα καὶ ἔρημος περιλείπεται. Ὁ μὲν Ἰωάννης, ὁ κήρυξ τοῦ Λόγου, ταύτῃ πῃ παρεκάλει, ἑτοίμους (94) γίνεσθαι εἰς Θεοῦ τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν· καὶ τοῦτο ἦν, ὃ ᾐνίττετο ἡ Ζαχαρίου σιωπὴ, ἀναμένουσα τὸν πρόδρομον τοῦ Χριστοῦ καρπὸν, ἵνα τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, ὁ Λόγος τῶν προφητικῶν αἰνιγμάτων τὴν μυστικὴν ἀπολύσηται σιωπὴν, Εὐαγγέλιον γενόμενος. Σὺ δὲ εἰ ποθεῖς ἰδεῖν ὡς ἀληθῶς τὸν Θεὸν, καθαρσίων μεταλάμβανε θεοπρεπῶν· οὐ δάφνης πετάλων (95), καὶ ταινιῶν τινων, ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένων (96)· δικαιοσύνην

A rum. Quod si nullam prophetis fidem deberi putas, sed viros, haud secus ac ignem, in numero fabularum habes; ipse Dominus tibi loquetur, *qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit* [13] misericors Deus, ut humanum genus servaret. Ipsum adeo Dei Verbum palam tibi loquitur, ut infidelitati pudorem incutiat. Verbum, inquam, Dei homo factum, ut tu quoque ab homine discas, qua arte homo fieri Deus possit. Quam autem absurdum istud fuerit, amici, ut, cum Deus ad virtutem hortari nunquam desinit, nos spreto ejus beneficio, oblatam salutem respuamus? Annon Joannes homines ad salutem impellit, et totus *vox hortatrix* fit? Ipsum ergo rogemus, *Quisnam, unde gentium* B *es?* Eliam se non dicet, Christum esse pernegabit; sed *vocem* se fatebitur *in deserto clamantem* [14]. Quis est ergo Joannes? summatim dicere liceat, *Vox Verbi hortatrix in deserto clamans*. Quid clamas, o vox? Dic etiam nobis. *Rectas facite semitas Domini* [15]. Præcursor est Joannes: et vox ea Verbum præcurrit, vox adhortativa, quæ ad salutem præparat; vox, quæ ad cœlorum hæreditatem invitat; qua sterilis et deserta ✠ fecundatur; quam quidem fertilitatem prædixit angeli vox, quæ, tanquam alius Domini præcursor, sterili mulieri evangelium prædicavit, non secus ac Joannes regioni desertæ. Hac igitur Domini voce sterilis fit mater, et deserta fructum fert. Cæterum duæ illæ Angeli et Joannis voces, quæ Do- C minum præcurrebant, innuere mihi videntur salutem nobis repositam, qui, cum apparuerit hoc Verbum, fertilitatis nostræ fructum percepturi sumus, æternam vitam. Utramque igitur vocem eodem ducens, rem totam explicat Scriptura: *Audiat, quæ non parit, erumpat vocem, quæ non parturit; quia multi filii desertæ, magis quam ejus, quæ habet virum* [16]. Virum nobis annuntiat Angelus; ut deprehendamus agricolam, ut quæramus virum, hortatur nos Joannes. Unus enim et idem est, ille sterilis vir, et desertæ agricola, qui cum sterilem, tum etiam desertam divina virtute implevit. Quia enim ingenuæ multi erant liberi, illa autem incredulitate sua meruit, ut filiis orba esset, quæ multos olim filios habuerat, uxor Hebræa; sterilis virum,

✠ P. 9 ED. POTTER, 8 ED. PARIS. [13] Philip. II, 6, 7. [14] Joan. I, 23. [15] Isai. XL, 3. [16] Isai. LIV, 1.

(90) *Τὸ πᾶν γίνεται φωνή*. Joannis dictum respicit, qui interrogatus quis esset, nil aliud respondit, quam se esse φωνὴν βοῶντος ἐν ἐρήμῳ. Joan. I, 23.

(91) *Τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν*. Interpungendum quemadmodum apud Homerum, cujus ex Odyss. T, v. 105, Clemens hoc hemistichium sumpsit:

Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;
Quis? undenam es virorum? ubi tibi civitas, et parentes?

(92) *Ὁμολογήσει*. Ὁμολογήσῃ Nov. Mox τί οὖν, pro τίς οὖν.

(93) *Τῆς στείρας*. Locus ille de *sterili* et *deserta* tractatur infra *Strom.* lib. II, pag. 372. Et a Justino M., *Apol.* I, pag. 101, 102, edit. Oxon.

(94) *Ἑτοίμους*. Respicit Joannis præconium, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, Matthæi III, 3.

(95) *Δάφνης πετάλων*. Mos erat sacra facturos, D antequam in templa deorum ingrederentur, lauri ramo sacra aqua intincto aspergere; qui erat lustrandi ritus. Juvenalis, Sat. II, v. 157:

. . . Cuperent lustrari, si qua darentur
Sulphura cum tædis, et si foret humida laurus.

Sozomenus, *Eccles. hist.*, lib. VI, cap. 6, de Valentiniano Julianum sequente agens, Ἐπεὶ δὲ ἔμελλον, inquit, ὑπεραμείβειν τοῦ ναοῦ τὸν οὐδὸν, θαλλούς τινας διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς νόμῳ Ἑλληνικῷ, περιέῤῥαινε τοὺς εἰσιόντας. *Cumque limen templi transgressurus esset, sacerdos ramos quosdam aqua tinctos manu gestans Græcorum more, ingredientes conspersit.*

(96) *Ταινιῶν τινων, ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ πεπ.* Qui diis supplicabant, vittas gestabant. Virgil. *Æneid.* VII, 237:

Præferimus manibus vittas, et verba precantum.

deserta agricolam accipit. Inde hæc quidem fructuum, illa fidelium, utraque Verbi virtute mater facta est : iis vero, qui in sua infidelitate permanent, sterilis et deserta etiamnum relinquitur. Joannes, Verbi præco, hac utique ratione hortabatur, ut ad Dei Christi adventum parati fierent; et hoc erat, quod innuebat Zachariæ silentium, exspectans fructum Christi præcursorem ; ut Verbum veritatis lux, mysticum propheticorum ænigmatum silentium solveret, Evangelium factum. Quamobrem, si vere Deum videre cupis, piaculorum, quæ Deo conveniunt, particeps fias; non foliorum lauri aut sertorum, quæ ex lana et purpura concinnari solent; sed justitia redimitus, et temperantiæ foliis cinctus, toto animo enitere, ut Christum invenias. Nam *ego sum ostium* [17], inquit quodam in loco; quod quidem discendum iis est, qui ad Dei notitiam pervenire cupiunt, ut simul universas cœlorum portas nobis aperiat. Sunt enim rationales Rationis seu Verbi portæ, et ✠ fidei clave panduntur. *Deum nemo novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare* [18]. Nec mihi dubium est, quin is, qui portam antehac clausam aperuit, posthac ea, quæ intus latent, revelabit, eaque nobis ostendet, quæ a nemine unquam cognosci potuerunt, nisi qui per Christum ingressus fuerit, per quem solum Deus cernitur.

A δὲ ἀναδησάμενος, καὶ τῆς ἐγκρατείας τὰ πέταλα περιθέμενος, πολυπραγμόνει Χριστόν. Ἐγώ γάρ εἰμι ἡ θύρα, φησί που· ἣν ἐκμαθεῖν δεῖ νοῆσαι θελήμασι (97) τὸν Θεὸν, ὅπως ἡμῖν ἀθρόας τῶν οὐρανῶν ἀναπετάσῃ πύλας· λογικαὶ γὰρ αἱ τοῦ Λόγου πύλαι πίστεως ἀνοιγνύμεναι κλειδί. *Θεὸν οὐδεὶς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ*. Θύραν δὲ εὖ οἶδ' ὅτι τὴν ἀποκεκλεισμένην τέως ὁ ἀνοιγνὺς, ὕστερον ἀποκαλύπτει τἄνδον, καὶ δείκνυσιν ἃ μήτε γνῶναι οἷόν τε ἦν πρότερον, εἰ μὴ διὰ Χριστοῦ πεπορευμένοις, δι' οὗ μόνου Θεὸς ἐποπτεύεται.

CAPUT II.

Absurditatem simul ac impietatem mysteriorum ethnicorum et fabularum de deorum suorum ortu et interitu ostendit.

Nolite igitur scelerata impiaque adyta curiosius explorare, nec profundorum antrorum hiatus, præstigiis monstrisque plenos, aut Thesprotæum lebetem, aut tripodem Cirrhæum, aut æneum Do-

B Ἄδυτα τοίνυν (98) ἄθεα μὴ πολυπραγμονεῖτε, οὐδὲ (99) βαράθρων στόματα (1), τερατείας ἔμπλεα, ἢ λέβητα Θεσπρωταῖον (2), ἢ τρίποδα Κιῤῥαῖον (3), ἢ Δωδωναῖον χαλκεῖον· γεράνδρυον (4) δὲ ψάμμοις

✠ P. 10, ED. POTTER, 9 ED. PARIS. [17] Joan. x, 9. [18] Matth. xi, 27.

Homerus *Iliad*. A, v. 14 :
Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.
Vittas habens in manibus eminus ferientis Apollinis.

Erat autem στέμμα *lana* plerumque obvolutum. Sophoclis scholiastes *Œdip. Tyr.* v. 3 : Στέμμα δέ ἐστίν τι προσειλημμένον ἔριον τῷ θαλλῷ. *Est autem* στέμμα, *lana quædam viridi ramo circumvoluta*. Addebant nonnunquam *purpuram*. Tertullianus *Apol.* c. 13 : *Sub iisdem vittis, et apicibus, et purpuris*. Similem Judæis morem fuisse testatur Scriptor ad Hebræos ix, 19 : Λαβὼν τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων μετὰ ὕδατος, καὶ ἐρίου κοκκίνου, καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον, καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐῤῥάντισε. Conf. *Archæologia* nostra Græc., l. ii, c. 4 et 5.

(97) *Θελήμασι*. Θελήσασι C; at A, θελήσουσι. In qua lectione si quem offendit δεῖ cum dativo personæ, sciat ille infra quoque in *Strom.* i similiter legi Οὐδὲ ἀντιμισθίας ἐφίεσθαι χρὴ τῷ εἰς ἄνδρας ἐγγραφομένῳ. A., SYLBURG. Θελήσασι habet Nov. quod a Clemente positum fuisse, est proinde verisimile.

(98) *Ἄδυτα τοίνυν*. Locus hic de non consulendis oraculis recitatur ab Eusebio *De præp. evang.* lib. ii, p. 61, ed. Par., ubi hæc ei præfatio est præmissa : Ταῦτα δὲ Κλήμης ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας *Προτρεπτικῷ* διαῤῥήδην ἐκκαλύπτει, πάντων μὲν διὰ πείρας ἐλθὼν ἀνὴρ, θᾶττόν γε μὴν τῆς πλάνης ἀνανεύσας, ὡς ἂν πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν κακῶν λελυτρωμένος. *Atque horum turpitudinem admirabilis ille Clemens, ea, quam ad Græcos dirigit*, Cohortatione, *nudam omniumque spectandam oculis proponit : quippe qui cum omnes illorum cæremonias sua ipsius experientia cognoverit, tum celerrime ab infami errore caput extulerit, verbi salutaris et evangelicæ doctrinæ vi ex tot tantorumque malorum contagione liberatus*. Dein Clementis verbis, quasi tituli loco, præponit ea quæ sequuntur :

Ἐπιτομὴ τῶν ἀποῤῥήτων τελετῶν, καὶ κρυφίων μυστηρίων τῆς πολυθέου πλάνης.

(99) *Οὐδέ*. Μηδέ Nov. Euseb. et ms. Eusebii codex in Collegio D. Joannis Baptistæ Oxon. asservatus.

(1) *Βαράθρων στόματα*. Sic vocat oracula quæ ex antris et speluncis proferebantur. De specu oraculi Delphici vid. *Archæologiæ* nostræ lib. ii, quæ de cæteris etiam oraculis et vaticinandi artibus paulo infra memoratis a Clemente consuli potest.

(2) *Λέβητα Θεσπρωταῖον*. Θεσπρώτειον Euseb., Joan, ubi tamen Mont. leg. Θεσπρώτιον· quod etiam in Nov. occurrit. Quæ omnia probari posse observavit Vigerus, qui notas in illum Eusebii librum scripsit.

(3) *Τρίποδα Κιῤῥαῖον*. Modo a Græcis Κύῤῥαν scriptum reperias, modo Κίῤῥαν. Cirrham sæpius Latini dixere. Plinius lib. iv, cap. 3 : *Ultra*, inquit, *Cirrhæi Phocidis campi, oppidum Cirrha*. VIGERUS.

(4) *Γεράνδρυον*. Perperam ante apud Eusebium legebatur γεράνδρειον. Nos reposuimus γεράνδρυον ex Clemente. Nec dubium videtur, quin Libycum illud, ac Dodonæ prope Ammonis oraculum intelligat. Sed mirum est, apud scriptores omnes de quercu illa, vel alia quavis arbore pervetusta, quod γεράνδρυον hic nominat, silentium. Arrianus quidem, et Curtius lib. iv, qui omnium uberrime oraculi situmque, solumque describunt, opacissimum ei nemus circumfundunt, nullam tamen alias inter arborem signant, aut vetustate aut cultu eximiam. Plinius autem lib. xii, cap. xlix, 23, ubi de Hammoniaci sive Ammoniaci lacryma loquitur, D ita scribit : *Æthiopiæ subjecta Africa*, inquit, *Hammoniaci lacrymam stillat in arenis suis (unde nomen etiam Hammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor; quam* Metopion *vocant), resinæ modo, aut gummi*. Verum, opinor, genus arboris innuit, non singularem aliquam indicat, nec ullam aut vetustatis aut cultus notam adjungit. Theodoretus lib. x *De Græc. affect.* qui totus de oraculis est, inter cætera, καὶ τὴν ἱερὰν δρῦν commemorat, continuoque subdit, καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον. An ἱερὰ δρῦς nostrum hoc γεράνδρυον est? VIGER. Ita esse inde probabile videtur, quia Clemens paulo post simul memorat Ammonis et Dodonæi Jovis oracula. Verum integrum hunc Theodoreti locum, quia Clementi lucem aliquam allaturus videtur, et ex eo for-

ἐρήμαις τετιμημένον, καὶ τὸ αὐτόθι μαντεῖον, αὐτῇ δρυῒ μεμαρασμένον, μύθοις γεγηρακόσι καταλείψατε. Σεσίγηται γοῦν ἡ Κασταλίας πηγὴ, καὶ ἡ (5) Κολοφῶνος ἄλλη πηγὴ, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τέθνηκε νάματα μαντικὰ (6)· καὶ δὴ τοῦ τύφου κενὰ ὀψὲ μὲν, ὅμως δ' οὖν διελήλεγκται τοῖς ἰδίοις συνεκρεύσαντα μύθοις. Διήγησαι ἡμῖν καὶ τῆς ἄλλης μαντικῆς, μᾶλλον δὲ μανικῆς, τὰ ἄχρηστα χρηστήρια (7)· τὸν Κλάριον, τὸν Πύθιον, τὸν Διδυμέα (8), τὸν Ἀμφιάρεω (9), τὸν Ἀπόλλω (10), τὸν Ἀμφίλοχον· εἰ δὲ βούλει, καὶ τερατοσκόπους (11), καὶ οἰωνοσκόπους, καὶ τοὺς ὀνείρων κριτὰς ἀνιέρου (12) σὺν αὐτοῖς· στῆσον δὲ ὁμοῦ παρὰ τὸν Πύθιον τοὺς ἀλευρομάντεις ἄγων καὶ κριθομάντεις, καὶ τοὺς εἰσέτι παρὰ τοῖς πολλοῖς τετιμημένους ἐγγαστριμύθους· καὶ μὴν ἄδυτα Αἰγυπτίων, καὶ Τυῤῥηνῶν νεκυομαντεῖαι (13) σκότῳ παραδιδόσθων (14). Μανικὰ ταῦτα, ὡς ἀληθῶς, ἀνθρώπων ἀπίστων σοφιστήρια (15)· συνέμποροι τῆσδε τῆς γοητείας αἶγες, αἱ (16) ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι, καὶ κόρακες, ἀνθρώποις χρᾷν ὑπὸ ἀνθρώπων διδασκόμενοι. Τί δ' εἴ σοι καταλέγοιμι τὰ μυστήρια; οὐκ ἐξορχήσομαι (17) μὲν, ὥσπερ Ἀλκιβιάδην λέγουσιν, ἀπογυμνώσω δὲ εὖ μάλα ἀνὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, τὴν γοητείαν τὴν ἐγκεκρυμμένην αὐτοῖς, καὶ αὐ-

donæ tintinnabulum; Gerandryon autem illud desertis olim in arenis cultum, quodque ibidem celebrabatur oraculum, jam vero cum ipsa quercu prorsus emarcuit, rancidis ac vetustate contritis fabulis relinquite. Enimvero siluit utique fons ille Castalius, siluit Colophonius alter, ac reliquæ simul omnes fatidicæ undæ aruerunt, quas ventoso fastu, sero licet, palam tamen aliquando spoliatas viderunt, posteaquam illæ suis cum fabellis omnino diffluxissent. Decanta tu nobis, per me licet, reliliqua vaticinationis aut furiosæ potius vanitatis oracula, Clarium, Pythium, Didymea, Amphiaraum, Apollinem, Amphilochum; adde, si lubet, prodigiorum interpretes, adde augures, et somniorum conjectores. Quin age sis, ac simul eos coram Pythio statue, qui divinationes ✠ suas farina hordeove perficiunt, quique a plurimis etiamnum observantur ventriloquos. Jam vero et Ægyptiorum penetralia, et manium apud Hetruscos vaticinationes in tenebris jaceant. Vesanæ profecto illæ sunt infidelium hominum fallendi artes; ejusdemque fascinationis veluti negotiationis sociæ habeantur capræ ad divinandum informatæ: necnon corvi illi, quos ad responsa ho-

✠ P. 11 ED POTTER.

desumptus est, solet enim Theodoretus Clementem compilare, apposuisse haud abs re fuerit ex operum ejus vol. 4, pag. 623: Διά τοι τοῦτο πανταχοῦ τῆς γῆς τὰ τῆς ἀπάτης κατεσκεύασαν ἐργαστήρια, καὶ τὰς μαντικὰς ἐπενόησαν μαγγανείας, τοὺς ἀλευρομάντεις, καὶ στερνομάντεις, καὶ νεκυομάντεις, καὶ τὴν Κασταλίας πηγὴν, καὶ τὸ Κολοφώνιον ῥεῖθρον, καὶ τὴν ἱερὰν δρῦν, καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον, καὶ τὸν Κιῤῥαῖον τρίποδα, καὶ τὸν Θεσπρώτιον λέβητα· καὶ ἐν Λιβύῃ μὲν τὸ μαντεῖον Ἄμμωνος, ἐν δέ γε Δωδώνῃ τὸ τοῦ Διός· ἐν δὲ Βραγχίδαις, καὶ Δήλῳ, καὶ Δελφοῖς, καὶ Κολοφῶνι, τοῦ Κλαρίου, καὶ Πυθίου, καὶ Δηλίου, καὶ Διδυμαίου· καὶ ἐν Λεβαδίᾳ μὲν Τροφωνίου, ἐν Ὠρωπῷ δὲ Ἀμφιάρεως, ἐν δὲ τῇ Τυῤῥηνῶν καὶ Χαλδαίων τῆς νεκυομαντείας τὰ ζοφώτατα ἄντρα· καὶ ἀλλαχοῦ δὲ Ἀμφιλόχου, ἀλλαχοῦ δὲ Γλαύκου, καὶ ἑτέρωθι Μοψοῦ, καὶ ἄλλων τινῶν δυσωνύμων ἀνθρώπων.

(5) *Καὶ ἡ Κ.* EUSEB., JOAN.

(6) *Νάμ. μαντικά.* Τὰ μαντ. νάματα, EUS., JOAN.

(7) *Χρηστήρια.* Μυστήρια, JOAN. Porro cum ea Clemens enumerasset oracula, quæ per res inanimas, velut instrumenta, sc. tripodem, lebetem, fontem, etc., futura prædicebant; jam pergit ad ἄλλην, ut vocat, μαντικὴν, qua dæmones ipsis hominibus futurorum scientiam afflatu suo indebant; mox ad tertiam μαντικῆς speciem transiturus, qua ipsi homines ex avium volatu, prodigiis, aliisve rebus futura conjectabant.

(8) *Διδυμέα.* Fed. Morello, professori regio, doctissimo viro legendum videtur Δωδωνέα, ex Cicerone lib. I *De divinat.*, Arnob., lib. VI et aliis. COLLECT. Verum nulla est causa, ob quam recepta lectio mutari debeat. Non enim de oraculo Dodonæo loquitur, quod supra memoravit; sed de Apollinis oraculis. Is autem non solum dicitur Διδυμαῖος, ut in Theodoreti verbis ante citatis, sed etiam Διδυμεύς. Vid. Stephanus *De urb.*

(9) *Ἀμφιάρεω.* Ἀμφιάρεων. EUSEB.

(10) *Τὸν Ἀπόλλω.* Forte glossema est. Quorsum enim post Clarium, Pythium, Didymea, quæ omnia sunt Apollinis cognomenta, ejusdem Apollinis nominatim meminisse? VIGER.

(11) *Καὶ τερατοσκόπους.* Καὶ omittit Joan., τερασκόπους Nov.

(12) *Κριτὰς ἀνιέρου.* Κριτὰς τοὺς ἀνιέρους legunt Euseb., Joan. Verum recepta Clementis lectio significantior et gravior est. VIGER.

(13) *Τυῤῥηνῶν νεκυομαντεῖαι.* Hæc in *Odyssea* late describuntur, quo loco Ulysses ad inferos descendit. Vid. *Archæologiæ* nostræ lib. II.

(14) *Σκότῳ παραδιδόσθων.* Σκότει παραδεδόσθων Euseb., Joan.

(15) *Σοφιστήρια.* Subjungitur in ms. Nov. Euseb. et Joan. hæc sententiola, καὶ πλάνης ἀκράτου κυβευτήρια, *et comparatæ ad puram putamque fraudem quasi aleæ officinæ.* Quæ quidem, ut Vigero non immerito videtur, plane est Clementis ex genio, et fortasse propter ὁμοιοτέλευτον excidit. Quamvis nec impressæ Clementis editiones, nec Eusebii Montac. codex agnoscant.

(16) *Al.* Omittunt Euseb., Joan.

(17) *Ἐξορχήσομαι.* Ea voce Clemens alias usus est; ut *Pædag.* lib. III, cap. 3, pag. 225: Τῆς φύσεως τὰ ἀπόῤῥητα εἰς τὸ συμφανὲς ἀπογυμνοῦντας, ἐξορχουμένους, *naturæ arcana palam denudantes, prodentes*; et *Strom.* I, pag. 279: Μέγας ὁ κίνδυνος τὸν ἀπόῤῥητον ὡς ἀληθῶς τῆς ὄντως φιλοσοφίας λόγον ἐξορχήσασθαι. *Magnum est periculum vere arcanam veræ philosophiæ rationem propalare.* Tatianus, perinde ac Clemens, ait quemdam ἐξορχήσασθαι μυστήρια, *mysteria propalasse*, pag. 95, edit. Oxon. Est itaque ἐξορχήσασθαι, temere, quæ tacenda fuerant, enuntiare, atque sic ea ridenda proponere; sumpta ab illis metaphora, qui extra templi vestibulum sacras choreas celebrabant. Hesychius, Ἐξορχήσομαι, χλευάζω, ὑβρίζω: ubi scribendum, mutato tempore, χλευάσω, ὑβρίσω. Suidas, Ἐξωρχησάμην· Πρὸς ὃν ἐξωρχησάμην τὰ τέως ἀνέκπυστα, ἐξεφαύλισα, κατέπαιξα. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ μεθυσθεὶς ἐν τῇ οἰκίᾳ Πουλτίωνος τοῦ παρασίτου τὰ μυστήρια ἐξωρχήσατο· ἀντὶ τοῦ ἐξεμυκτήρισεν, ἔκπυστα ἐποίησεν. Ad quem locum adnotavit Kusterus, fragmentum id intelligendum esse de Alcibiade, qui in domo Pultionis, vel potius Polytionis, mysteria Cereris enuntiasse et derisisse legitur. Vide Andociden *De mysteriis*, pag. 2, et Plutarchum in *Alcibiade*, pag. 200. Mox pro ἀνὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, Lowthius legere maluit κατὰ τόν, etc.

minibus reddenda homines erudiere. Quid si ipsa quoque mysteria tibi enucleem? Non ea quidem temere vulgabo, ut Alcibiadem fecisse tradunt; sed tamen belle admodum quidquid sub iis præstigiarum latet, nudabo per verbum veritatis, quosque deos nuncupatis, atque mysticis ritibus colitis, illos sic tanquam in aliqua hujus vitæ scena inclusos veritatis spectatorum oculis objiciam. Ac primum ecce tibi homines furoris œstro perciti Bacchum Mænolen solemnibus Orgiis celebrant, crudarumque carnium belluatione sacram insaniam peragentes, cæsarum victimarum partes dividunt, serpentibus coronati, Evamque vastis ululatibus inclamantes, Evam scilicet illam, per quam janua est errori primum patefacta. Et tunc cum orgiorum Bacchicorum sit quasi quoddam insigne serpens B arcano ritu consecratus, tum vero si accurate vo-

A τούς γε τοὺς καλουμένους ὑμῶν θεοὺς, ὧν αἱ τελεταὶ μυστικαὶ, οἷον ἐπὶ σκηνῆς τοῦ βίου τοῖς τῆς ἀληθείας ἐγκυκλήσω (18) θεαταῖς. Διόνυσον μαινόλην (19) ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ (20) τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες (21) καὶ τελίσκουσι τὰς κρεωνομίας τῶν φόνων (22) ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν (23), ἐπολολύζοντες Εὐαν (24) ἐκείνην, δι' ἣν ἡ πλάνη παρηκολούθησε (25). Καὶ σημεῖον ὀργίων βακχικῶν ὄφις ἐστὶ τετελεσμένος. Αὐτίκα γοῦν κατὰ τὴν ἀκριβῆ τῶν Ἑβραίων φωνὴν, τὸ ὄνομα τὸ Εὔια δασυνόμενον (26), ἑρμηνεύεται ὄφις ἡ θήλεια. Δηὼ δὲ καὶ Κόρη, δρᾶμα ἤδη (27) ἐγενέσθην μυστικόν· καὶ τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἁρπαγὴν, καὶ τὸ πένθος αὐταῖν Ἐλευσὶς δᾳδουχεῖ. Καί μοι δοκεῖ τὰ ὄργια καὶ τὰ μυστήρια δεῖν ἐτυμολογεῖν, τὰ μὲν ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς Δηοῦς, τῆς πρὸς Δία γεγενημένης, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ μύσους (28) τοῦ συμβεβηκότος περὶ τὸν Διόνυσον· εἰ δὲ καὶ ἀπὸ

(18) *Ἐγκυκλήσω*. Ἐγκεκλήσθω. Euseb., Joan. Scribendum videtur ἐκκυκλήσω, id est *evolvam, explicabo*. Qua voce Clemens usus est *Strom.* VII, p. 752: Οὐ γὰρ ἐκκυκλεῖν χρὴ τὸ μυστήριον, *non enim evolvendum est mysterium*. Solet etiam apud alios auctores ἐγκυκλεῖν pro ἐκκυκλεῖν poni, scriptorum, ut videtur, negligentia, Hesychius et Suidas ἐκκυκλεῖν expl. ἐκκαλύπτειν. Est autem vox scenica, significans *in medium proferre*, translatione ducta a machina theatrali, cujus versatione res oculis spectatorum exhibebantur. Inde ἐκκύκλημα, vel ἐγκύκλημα, ut a nonnullis scribitur, μηχάνημα ξύλινον τροχοὺς ἔχον, ὅπερ περιστρεφόμενον τὰ δοκοῦντα ἔνδον ὡς οἰκίᾳ πράττεσθαι, καὶ τοῖς θεαταῖς ἐδείκνυεν· *machina lignea rotas habens, quæ conversa ea, quæ intus ut in ædibus geri videbantur, spectatoribus ostendebat*; ut ait Scholiastes in Aristopha- C nis Acharn. p. 392, et ex eo Suidas v. Ἐγκυκληθῆναι. Quo loco καί delendum post πράττεσθαι. Conf. etiam Pollux lib. IV, et Casaubonus in Athenæi lib. VIII, cap. 15.

(19) *Μαινόλην*. Μανώμην Nov. mendose. Mox Βάκχοις pro Βάκχοι. Euseb., Joan.

(20) *Ὠμοφαγίᾳ*. In festis Bacchi insanientium more crudas carnes devorabant. Hinc Bacchus Ὠμοφάγος et Ὠμηστής, de quibus nominibus vid. *Archæologia* nostra lib. II, ubi de Bacchi festis agitur. Julius Firmicus de Bacchi festis agens: *Cretenses*, inquit, *ut furentis tyranni sævitiam mitigarent, festos funeris* (*sc.* Bacchi a Titanibus discerpti) *dies statuunt, et annum sacrum trieterica consecratione componunt, omnia per ordinem facientes, quæ puer* (Bacchus) *moriens aut fecit, aut passus est: vivum laniant dentibus taurum, crudeles epulas annuis commemorationibus excitantes*, etc.

(21) *Ἄγοντες*. Ἀγόντων scripsit aliquis in mar- D gine Joan. Mox κρεανομίας, pro κρεωνομίας, habent Euseb., Joan.

(22) *Τῶν φόνων*. Τῶν φόρων Eusebius. At Clementis lectionem sequitur codex Montac., φωνῶν etiam habet Joan. Arnobius tamen lib. V, legisse visus est τῶν ἐρίφων· *hædos* enim reddidit: quod etiam, ait Vigerus, magis placet; nam et illud: κρεανομία φόνων, admodum insolens; et hædis optime cum illis Bacchi sacris convenit.

(23) *Ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν*. Arnobius lib. V: *Bacchanalia etiam prætermittemus inania, quibus nomen Omophagiis Græcum est, in quibus furore mentito, et sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus, atque ut vos plenos Dei numine ac majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis*. Sic apud Nonnium citatur e Lycurgo Nævii versus h.c, qui forte huc pertinet: *Alte jugulos angues in se gerunt*. Plutarchus in *Alexandro* de Olympiade verba faciens, quæ Bacchi sacris addicta erat, et Mænadum more dracones alebat: Οἱ πολλοὶ περιελιττόμενοι θύρσοις τῶν γυναικῶν καὶ τοῖς στεφάνοις, ἐξέπληττον τοὺς ἄνδρας. COLLECT.

(24) *Ἐπολολύζοντες Εὔ*. Ἐπολολύζοντες Εὐαν· Εὐαν· ἐκείνην δὲ ἦν, etc. Nov. Non male.

(25) *Παρηκολούθησε*. Addit Eusebius, καὶ ὁ θάνατος ἐπηκολούθησε· *et mors insecuta est*; quod propter ὁμοιοτέλευτον excidisse videtur ex Clemente: unde factum etiam est, ut posterius illud Εὐαν ex Eusebii codicibus eliminaretur. Utroque loco ms. Joan. cum impressis Eusebii codd. consentit.

(26) *Τὸ Εὔια δασυνόμενον*. Gen. III, v. 1, serpens Hebraice dicitur נחש, at in Chaldaica paraphrasi חויא. Item Exod. IV, 3, ut quidem vult A. Mazius a verbo חוה, *nuntiavit, judicavit*: q. d. *Nun-* C *tium*; quod nuntiavit ipsi חוה, *Chavæ*, Evæ, fructum vetitum. Unde Bar-Cepha Syrus eam dictam putat ab *indicatione*, Hebræi a *vita*. Est ergo Syro-Chaldaica vox *Chevia*; sed et alibi sæpe Hebræa lingua dicitur Syriaca, ut in Actis apost. Epiphanius in *Epitome librorum contra hæreses*: Καὶ τὴν κρεωνομίαν μυοῦντες τοὺς ὄφεις ἀνεστεμμένοι, εὐάζοντες τὸ Οὐά, Οὐά, ἐκείνην τὴν Εὐαν ἔτι, τὴν διὰ τοῦ ὄφεως ἀπατηθεῖσαν, ἐπικαλούμενοι, ἢ διὰ τῆς δασείας φωνῆς τὸν ὄφιν ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος εἰς ἑαυτῶν πλάνην κικλήσκοντες. Εὔα γὰρ κατὰ τὴν ψιλὴν ἀπόδοσιν τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὴν δασεῖαν Εὔια τὸν ὄφιν παῖδες Ἑβραίων ὀνομάζουσι. Hoc Epiphanius atque Eusebius a Clemente acceperunt. Cæterum quod Evæ nomen scribi dicitur cum spiritu leni, non, opinor, viris doctis probabitur; multo minus J. Drusii opinio, qui *Evantes* inde putat appellatas, et Græcæ vocis etymologiam quærit in Syria, lib. I *Animadvers.*, cap. 53. COLLECT. Theophilus Antio- D chenus, lib. II *ad Autolycum*, pag. 104: Ταύτην τὴν Εὐαν, διὰ τὸ ἀρχῆθεν πλανηθῆναι ὑπὸ τοῦ ὄφεως, καὶ ἀρχηγὸν ἁμαρτίας γεγονέναι, ὁ κακοποιὸς δαίμων, ὁ καὶ Σατὰν καλούμενος, ὁ τότε διὰ τοῦ ὄφεως λαλήσας αὐτῇ, ἕως γὰρ τοῦ δεῦρο ἐνεργῶν ἐν τοῖς ἐνθουσιαζομένοις ὑπ' αὐτοῦ ἀνθρώποις, Εὐαν ἐκκαλεῖται. *Hanc Evam principem et caput peccati* (*quia seducta est a serpente, per quem maleficus Diabolus locutus est, qui diabolus et Satan vocatur, et usque adhuc operatur in iis, qui ipsius spiritu aguntur*) *diabolus non cessat vocare*. At Hesychius Εὐάν, inquit, ὁ κισσὸς ὑπὸ Ἰνδῶν. Quo facit, quod Bacchus in expeditione Indica hedera coronatus fuerit, ut in fabulis est.

(27) *Δρᾶμα ἤδη*. Δρᾶμα ἤδη ἐγενέσθην· μυστικὴν καὶ τὴν, etc. Joan.

(28) *Μύσους*. Μίσους Nov. Mox pro Μυοῦντος Eusebius habet Μυσοῦντος. Item κυνηγίῳ, pro κυνηγί- Nov.

Μυοῦντός τινος Ἀττικοῦ, ὃν ἐν κυνηγίᾳ διαφθαρῆναι A Ἀπολλόδωρος λέγει, οὐ φθόνος (29) ὑμῶν δεδοξάσθαι τὰ μυστήρια ἐπιτυμβίῳ τιμῇ. Πάρεστι δὲ καὶ ἄλλως μυθήριά (30) σοι νοεῖν, ἀντιστοιχούντων τῶν γραμμάτων, τὰ μυστήρια· θηρεύουσι γάρ, εἰ καὶ ἄλλοι τινὲς, ἀτὰρ δὴ (31) καὶ οἱ μῦθοι οἱ τοιοίδε, Θρακῶν τοὺς βαρβαρικωτάτους, Φρυγῶν τοὺς ἀνοητοτάτους, Ἑλλήνων τοὺς δεισιδαίμονας (32). Ὄλλοιτο οὖν (33) ὁ τῆσδε ἄρξας τῆς ἀπάτης (34) ἀνθρώποις! εἴτε ὁ Δάρδανος, ὁ μητρὸς (35) θεῶν καταδείξας τὰ μυστήρια· εἴτε Ἠετίων, ὁ τὰ Σαμοθρᾳκῶν ὄργια καὶ τελετὰς ὑποστησάμενος· εἴτε ὁ Φρὺξ ἐκεῖνος ὁ Μίδας, ὁ παρὰ τοῦ Ὀδρύσου μαθὼν, ἔπειτα διαδοὺς τοῖς ὑποτεταγμένοις ἔντεχνον ἀπάτην. Οὐ γάρ με ὁ Κύπριος ὁ νησιώτης Κινύρας (36) παραπείσαι ποτ' ἂν, τὰ περὶ τὴν Ἀφροδίτην μαχλῶντα ὄργια, ἐκ νυκτὸς ἡμέρᾳ παραδοῦναι B τολμήσας, φιλοτιμούμενος θειάσαι πόρνην πολίτιδα. Μελάμποδα (37) δὲ τὸν Ἀμυθάονος ἄλλοι φασὶν ἐξ Αἰγύπτου μετακομίσαι τῇ Ἑλλάδι τὰς Δηοῦς ἑορτὰς, πένθος ὑμνούμενον. Τούτους ἐγώγ' (38) ἂν ἀρχεκάκους φήσαιμι μύθων ἀθέων καὶ δεισιδαιμονίας ὀλεθρίου πατέρας, σπέρμα κακίας καὶ φθορᾶς ἐγκαταφυτεύσαντας τῷ βίῳ τὰ μυστήρια. Ἤδη δὲ, καὶ γὰρ καιρὸς, αὐτὰ ὑμῶν τὰ ὄργια (39) ἐξελέγξω, ἀπάτης καὶ τερατείας ἔμπλεα· καὶ εἰ μεμύησθε, ἐπιγελάσεσθε μᾶλλον τοῖς μύθοις ὑμῶν τούτοις, τοῖς τιμωμένοις (40). Ἀγορεύω δὲ ἀναφανδὸν τὰ κεκρυμμένα, οὐκ αἰδούμενος λέγειν, ἃ προσκυνεῖν οὐκ αἰσχύνεσθε. Ἡ μὲν οὖν ἀφρογενής τε (41), καὶ κυπρογενής, ἡ Κινύρᾳ φίλη, τὴν Ἀφροδίτην λέγω, τὴν *φιλομηδέα*, C ὅτι *μηδέων ἐξεφαάνθη*, μηδέων ἐκείνων τῶν ἀποκεκομμένων Οὐρανοῦ, τῶν λάγνων, τῶν μετὰ τὴν

✠ P. 12 ED. POTTER, 10 ED. PARIS.

A cem Hebraicam interpretari velis, Heva cum aspiratione graviori serpentem ✠ femininam significat. Deinde Ceres et Proserpina in mysticum etiam fabulæ genus transiere, quarum errores, et raptum, et luctum nocturnis facibus Eleusis illustrat. Ac mihi quidem tanti est propriam orgiorum et mysteriorum notationem excutere. Orgia sane ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc est *ab iracundia*, nomen accepere, qua Ceres adversus Jovem exarserat; mysteria vero ἀπὸ τοῦ μύσους, hoc est *ab exsecrando scelere*, quod circa Bacchum ipsum contigerat. Quod si vocem istam a Myunte quodam Attico derivare placet, quem Apollodorus in venatione periisse testatur, equidem nihil hoc vobis invideam, ut mysteria vestra sepulcrali honore decorentur. Quinimo li- B ceat tibi mysteria quasi μυθήρια, hoc est *fabulas venatices*, mutua duorum elementorum permutatione, accipere; venantur enim, si quæ aliæ, hujusmodi fabulæ quotquot sive apud Thraces immanitate, sive apud Phrygas **5** insania, sive apud Græcos superstitione principes memorantur. At male pereat, quisquis tantæ vecordiæ hominum generi auctor fuit, seu Dardanus, qui Matris deum mysteria docuit; seu Eetion, qui Thracum orgia, cum eorum mysteriis, protulit; seu Phryx ille Midas, qui cum ab Odryso callidam et plenam artificii fraudem accepisset, eam postmodum in subditos suæ ditioni sparsit universos. Nec enim mihi Cinyras ille Cyprius insularis unquam imposuerit, qui C cum famosam insulæ suæ meretricem deam efficere vehementer optaret, flagitiosa Veneris orgia ex tenebris in lucem ausus est diemque produ-

(29) *Λέγει, οὐ φθ.* Λέγει, οὐ φθόνος· ὑμῶν δεδόξασται τὰ μ. Nov. Mox ἐπιτυμβίῳ φωνῇ καὶ τιμῇ. Joan., Euseb. Non male.

(30) *Μυθήρια.* Gulielmus Canterus, lib. VIII, cap. 18, *Nov. lect.* hæc habet, quæ huc pertinent: Hic, inquit, locus male a scriptoribus habitus pristinæ restituetur integritati, si pro μυθήρια reponatur μαστήρια, quasi a venatione velit dicta *Mysteria*. Nam hoc eum velle, satis quæ mox sequuntur indicant: Θηρεύουσι γάρ, εἰ καὶ ἄλλοι τινὲς, ἀτὰρ δὴ καὶ οἱ μῦθοι οἱ τοιοίδε Θρακῶν τοὺς βαρβαρικωτάτους. COLLECT. Verum μυθήρια ficta vox est, ἀπὸ τοῦ μυεῖν καὶ θηρεύειν· quasi etiam *initiando venentur*. Nihil ergo est, quamobrem μαστήρια reponatur; præsertim cum subjungat, θηρεύουσι γάρ. Dicendum enim D potius fuisset, μαστεύουσι γάρ. Nunc τὸ μυθήρια cum τῷ θηρεύουσιν optime convenit. VIGER., SYLBURG. — Cæterum ne quis, ut nonnulli existimarunt, veram etymologiam mysteriorum hic tradi putet, advertendum est non tam grammaticum veriloquium, quam rhetoricam regulam a conjugatis argumentandi, aut a notatione nominis, ridendis his vocibus observari; in qua plerumque joco, aut non ita exacta statera res proferuntur; non enim magis hæc sunt certa, quam illa apud Athenæum lib. III Dionysium quemdam nomina nova finxisse: ut columnam, μενεκράτη, quod *valida perduret*; jaculum, βαλλάντιον, quod *jaciatur in adversum*: murium latebras, μυστήρια, quia μῦς τηροῦσι, *mures servant*. COLLECT.

(31) *Δή.* Δέ, Euseb. Neutrum habet Joan.

(32) *Ἑλλήνων τοὺς δεισιδαίμονας.* G. Canterus, loco jam modo citato, putat aptius esse, τοὺς δεισιδαιμονεστάτους· eo nempe comparationis gradu, quo præcedit ἀνοητοτάτους· idemque sentiunt A. et SYLBURG. E contra pro ἀνοητοτάτους, aliquis adnotavit ἀνοήτους in margine Joan.

(33) *Ὄλλοιτο οὖν.* Ὄλοιτ' οὖν. JOAN.

(34) *Ἀπάτης.* Τῆς ἀπάτης. Nov. Recte. Nam τῆς sequi solet τῆσδε ut paulo ante, τῆσδε τῆς γοητείας. Τῆς ἀτοπίας ἀνὴρ ἀνθρώποις habent Euseb., Joan.

(35) *Μητρός.* Μύθους. Nov., Euseb., Joan. Deinde καταδιδάξας, pro καταδείξας, JOAN. Sed in margine καταδείξας positum est.

(36) *Κινύρας.* Κιννύρας, Joan. Conf. Julius Firmicus *De errore prof. relig.*, pag. 22, edit. Lugd. Bat.; Arnobius, lib. V; Lucianus, *De dea Syria*. Mox, pro παραπείσαι, παραποιεῖσαι, et in margine D παραπεῖσαι habet Joan.

(37) *Μελάμποδα.* Diodorus Sic., lib. I, p. 87: Μελάμποδά φασιν ἐξ Αἰγύπτου μετενεγκεῖν τὰ Διονύσια νομιζόμενα τελεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ τὰ περὶ Κρόνου μυθολογούμενα, καὶ τὰ περὶ Τιτανομαχίας, καὶ τὸ σύνολον τὴν περὶ τὰ πάθη τῶν θεῶν ἱστορίαν. *Melampoda porro sancita Baccho sacra apud Græcos, et fabulosam de Saturno et Titanum pugna narrationem, adeoque totam de affectibus deorum historiam ex Ægypto traduxisse, perhibent.* Mox, Ἀμυθάωνος pro Ἀμυθάονος, Euseb., Joan.

(38) *Τούτους ἐγώγ' ἄν.* Ἐγώγε τούτους ἄν, Joan.

(39) *Ὄργια.* Ἔργα in marg. Joan.

(40) *Τοῖς τιμ.* Τοῖς omittunt Nov., Euseb., Joan. Mox ἀγορεύσω, pro ἀγορεύω, Euseb., Joan.

(41) *Ἀφρογενής τε.* Τε omittunt Euseb., Joan. Conf. Homeri *Iliad.* Γ, ibique vetus Scholiastes, et Hesiodi *Theogonia* a v. 188 ad v. 201. Mox καὶ Κινύρᾳ pro ἡ Κινύρᾳ, Euseb., Joan.

cere. Jam alii Melampodem Amythaonis filium, Cereris festa, luctum, inquam, illum carminibus hymnisque decantari solitum, in Græciam ex ✠ Ægypto traduxisse volunt. Istos equidem profanarum fabularum ac pestiferæ superstitionis parentes, malorum principes fuisse omnium merito dixerim, cum illa mysteria scelerum ac mortis semina in hominum vitam intulerunt. At enim jam tempus est, ut orgia vestra fraudis ac præstigiarum plena esse demonstremus; vos, si modo initiati estis, risu ac sibilis vestras illas fabulas, quibus tantum venerationis tribuitur, præ cæteris excipietis. Ego vero abdita penitusque recondita palam in omnium luce collocabo, nec me pudor ab iis proferendis revocabit, quæ vos divinis honoribus colere non pudeat. Vestra igitur illa spumæ marinæ proles, Cyprique fetus, ac Cinyræ delicium, Venerem intelligo, quam φιλομηδέα, hoc est *veretri amantem*, nominatis, quippe *membris ex genitalibus ortam*; utique abscissis illis Cœli genitalibus, usque adeo salacibus, ut secta quoque unam ipsam constuprarint; quare fetus effusis in libidinem corporis partibus longe dignissimus Venus isu procreatur. Itaque in arcanis voluptatis hujus marinæ sacris, tanquam feturæ symbolum, grumus salis, effigiesque veretri, iis tradi solet, qui flagitiosi concubitus artibus initiantur; hi vero nummum ipsi, tanquam amicæ amatores, offerunt. Jam mysteria Cereris aliud nihil sunt, quam incestuosi Jovis cum Cerere matre congressus; ejusdem, matrisne ultra

A τομὴν τὸ κῦμα βεβιασμένων· ὡς ἀσελγῶν (42) ὑμῖν μορίων ἄξιος Ἀφροδίτη γίνεται καρπὸς ἐν ταῖς τελεταῖς· ταύτης τῆς πελαγίας ἡδονῆς, τεκμήριον τῆς γονῆς, ἁλῶν χόνδρος, καὶ φαλλὸς τοῖς μυουμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχικὴν ἐπιδίδοται. Νόμισμα (43) δὲ εἰσφέρουσιν αὐτῇ οἱ μυούμενοι, ὡς ἑταίρᾳ (44) ἐρασταί. Δηοῦς (45) δὲ μυστήρια, καὶ Διὸς πρὸς μητέρα Δήμητραν ἀφροδίσιοι συμπλοκαὶ, καὶ μῆνις, οὐκ οἶδ' ὅτι φῶ λοιπὸν, μητρὸς ἢ γυναικὸς, τῆς Δηοῦς· ἧς δὴ χάριν Βριμὼ προσαγορευθῆναι λέγεται· ἱκετηρίαι Διὸς, καὶ πόμα χολῆς, καὶ καρδιουλκίαι, καὶ ἀῤῥητουργίαι· ταῦτα οἱ Φρύγες τελίσκουσιν Ἄττιδι, καὶ Κυβέλῃ (46), καὶ Κορύβασιν. Τεθρυλλήκασιν δὲ, ὡς ἄρα ἀποσπάσας ὁ Ζεὺς τοῦ κριοῦ τοὺς διδύμους, φέρων ἐν μέσοις ἔῤῥιψε τοῖς κόλποις τῆς Δηοῦς, τι-
B μωρίαν ψευδῆ τῆς βιαίας συμπλοκῆς ἐκτιννύων, ὡς ἑαυτὸν δῆθεν ἐκτεμών. Τὰ σύμβολα τῆς μυήσεως ταύτης, ἐκ περιουσίας παρατεθέντα, οἶδ' ὅτι κινήσει γέλωτα, κἂν μὴ γελᾶσαι ἔπεισιν ὑμῖν (47), διὰ τοὺς ἐλέγχους· *Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον* (48), *ἐκ κυμβάλου ἔπιον· ἐκερνοφόρησα* (49)· *ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυον* (50). Ταῦτα οὐχ ὕβρις τὰ σύμβολα; οὐ χλεύη τὰ μυστήρια; Τί δ' εἰ (51) καὶ τὰ ἐπίλοιπα προσθείην; Κύει μὲν ἡ Δημήτηρ, ἀνατρέφεται δὲ ἡ Κόρη· μίγνυται δ' αὖθις ὁ γεννήσας οὑτοσὶ (52) Ζεὺς τῇ Φερεφάττῃ, τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ, μετὰ τὴν μητέρα τὴν Δηὼ (53), ἐκλαθόμενος τοῦ προτέρου μύσους· πατὴρ καὶ φθορεὺς Κόρης ὁ Ζεύς· καὶ μίγνυται δράκων γενόμενος· ὃς ἦν, ἐλεγχθείς. Σαβαζίων (54) γοῦν
C μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις ὁ διὰ κόλπου

✠ P. 17 ED. POTTER.

(42) *Ὡς ἀσελγ.* Ὡς omittunt Euseb. et Joan., id in margine aliquis posuit. Mox λέγεται pro γίνεται, Joan.; sed γίνεται in margine scriptum est. Dein καρπός· ἐν ταῖς τελεταῖς ταύτης, Nov.; quin etiam τελεταῖς et ταύτης conjungunt Euseb., Joan. Recte, unde id in versione expressum est.

(43) *Νόμισμα.* Julius Firmicus loco superius citato : *Statuisse etiam, ut quicunque initiari vellet, secreto Veneris sibi tradito, assem in manum mercedis nomine deæ daret.* Arnobius, lib. v : *Necnon et Cypriæ Veneris abstrusa illa mysteria prætereamus : quorum conditor indicatur Cinyras rex fuisse : in quibus sumentes ea, certas stipes inferunt ut meretrici, et referunt phallos propitii numinis signa donatos.*

(44) *Ἑταίρᾳ.* Ἑταίρας Nov., ἑτέρᾳ Joan., mendose. Solent enim *αι* et *ε* ob similitudinem pronuntiationis confundi.

(45) *Δηοῦς.* Arnobius hoc argumentum copiose tractat lib. v, qui, cum Clemente collatus, lucem dabit accipietque invicem. Conf. etiam Lycophronis *Cassandræ* v. 698 et 1176; et ibi Tzetzæ scholia.

(46) *Κυβέλῃ.* Κυβέλλῃ, Euseb., Joan.

(47) *Κἂν μὴ γελᾶσαι ἔπεισιν ὑμῖν.* Sic legunt Clementis codices, pleniore et illustriore sensu quam Eusebius; καὶ μὴ γελασείουσιν ὑμῖν, Viger.; κἂν μὴ γελασείουσιν, Nov.

(48) *Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον.* Sequentem mysteriorum formulam Jul. Firmicus, in lib. *De errore profan. relig.*, cap. 10, paulo aliter citat : *Libet nunc explanare, quibus se signis vel quibus symbolis miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim propria signa, propria responsa, quæ illis in ipsis sacrilegiorum cœtibus diaboli tradidit disciplina. In quodam templo ut in interiores partes homo moriturus possit admitti, dicit : « De tympano manducavi, de cymbalo bibi, et religionis secreta perdidici. » Quod Græco sermone dicitur*, ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μυστικός. Collect., Sylb.

(49) *Ἐκερνοφόρησα.* Olim scriptum fuit ἐκιρνοφόρησα, tam apud Clementem, quam Eusebium. Nostram lectionem debemus P. Leopardo, lib. iv, c. 2, *Emendat.* Athenæus, lib. xi : Τὸ κέρνος, ἀγγεῖον κεραμοῦν, ἔχον ἐν αὐτῷ κοτυλίσκους· cernos, *vas fictile, cui agglutinatæ sunt exiguæ cotylæ multæ, in quibus alba sunt papavera, triticum, farra, mel, oleum. His vescitur, qui fert cernos, ut et qui cistam gestaverit.* Pollux, lib. iv : Τὸ γὰρ κερνοφόρον ὄρχημα οἶδα ὅτι κέρνα ἢ ἐσχαρίδας ἔφερον (ms. φέροντες), κέρνα δὲ ταῦτα ἐκαλεῖτε. Hesychius, κερνοφόρος, ὁ τὰς θυσίας ἄγων. Est itaque ἐκερνοφόρησα, *cernos tuli*, vel *craticulas* illas *mysteriorum gestavi*, aut quæcunque illa fictilia fuerint vasa. Collect.

D (50) *Ὑπέδυον.* Ὑπέδυν, Euseb., Joan.

(51) *Τί δ' εἰ.* Τί δή, Euseb. Mox πεπροσθείην pro προσθείην, Joan.

(52) *Οὑτοσί.* Οὑτωσί, Euseb. Similiter porro Athenagoras *Legat.* pag. 71, edit. Oxon., postquam Jovis cum Rhea vel Cerere concubitum memorasset, addit : Εἶθ' ὅτι Περσεφόνῃ τῇ θυγατρὶ ἐμίγη, βιασάμενος καὶ ταύτην δράκοντος σχήματι, ἐξ ἧς παῖς Διόνυσος αὐτῷ. *Deinde, quo modo per vim etiam in forma draconis cum filia Proserpina concubuerit, ex qua filius ei Dionysius natus est.* Conf. etiam Tatianus, pag. 33.

(53) *Τὴν Δηώ.* Τήν omittit Euseb. Mox, πατὴρ καὶ φθορεὺς Κόρης ὁ Ζεύς e Joan. et Euseb. excidit.

(54) *Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων.* Arnobius, l. v : *Auctorem aliquis desiderabit rei, tum illum citabimus tritum notumque senarium, quem antiquitas cecinit, dicens :*

Taurus draconem genuit, et taurum draco.

θεός (55)· δράκων δέ ἐστι οὗτος, διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων· ἔλεγχος ἀκρασίας Διός. Κύει καὶ ἡ Φερεφάττα παῖδα, ταυρόμορφον ἀμέλει, φησί τις ποιητὴς εἰδωλικός (56);

A dicam, an uxoris? iracundia, quæ causa fuit, cur Brimo, quasi *fremens et indignabunda*, vocaretur; itemque Jovis supplicationes, fellis haustus, cordis convulsiones, ac cæteræ id genus infandæ cæremoniæ. Ac Phryges quidem ejusmodi sacra in Attidis, Cybeles, et Corybantum honorem memoriamque faciunt. Passim autem fama vulgatum est, Jovem avulsos geminos arietis testiculos in medium Cereris sinum conjecisse, cum a seipso exactam abscissionis quasi voluntariæ pœnam ob stuprum vi oblatum, hac fraude simularet. Cujus initiationis egregia symbola soluto otiosoque animo producta, risum vobis utique moveant, tametsi opinor vobis ridere non libet, quod sic religionum vestrarum indignitas omnium ✠ in oculis defigatur: *Ex tympano comedi, bibi ex cymbalo, cernum gestavi, me in thalamum clam insinuavi.* Non hæc symbola probrum et infamiam sapiunt? non sannis, ludibrioque digna mysteria sunt? Quid porro, si attexam reliqua? Ceres quidem fetum enititur, Core vero educatur: rursum ecce tibi Jupiter cum Pherephatta, quam ipse genuerat, post Cererem matrem, congreditur, exsecrandi flagitii prioris oblitus; pater et corruptor est Cores Jupiter; et congreditur draconis forma tectus; sic tamen ut qui sub ea lateat, manifesto postmodum teneatur. Enimvero, Sabaziorum utique mysteriorum, iis, qui sacris initiantur, symbolum est, deus sinum pervadens: deus autem iste draco est, qui per medium eorum, quos solemni ritu initiant, sinum trahitur, certum plane impotentis Jovis libidinis argumentum. Parit etiam Pherephatta, sed filium taurina specie; nimirum, ut idolorum cultor poeta cecinit:

.... Ταῦρος
Πατὴρ δράκοντος, καὶ πατὴρ ταύρου δράκων·
Ἐν ὄρει τὸ κρύφιον βουκόλος τὸ κέντρον·

Taurus draconem genuit, et taurum draco,
In monte occultum bubulcus stimulum:

Βουκολικόν, οἶμαι, *τὸ κέντρον*, τὸν νάρθηκα ἐπιτελῶν (57), ὃν δὴ κάλον (58) ἀναστρέφουσιν οἱ βάκχοι. Βούλει καὶ τὰ Φερεφάττης ἀνθολόγια διηγήσομαί (59) σοι, καὶ τὸν κάλαθον, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τὴν ὑπὸ Ἀϊδωνέως, καὶ τὸ σχίσμα τῆς γῆς, καὶ τὰς ὗς τὰς Εὐβουλέως, τὰς συγκαταποθείσας ταῖν θεαῖν; δι' ἣν αἰτίαν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις μεγαρίζοντες, χοίρους ἐκβάλλουσιν (60). Ταύτην τὴν μυθολογίαν αἱ γυναῖκες ποικίλως κατὰ πόλιν ἑορτάζουσιν, Θεσμοφόρια, Σκιροφόρια (61), πολυτρόπως τὴν Φερεφάττης ἐκτραγῳδοῦσαι ἁρπαγήν. Τὰ γὰρ Διονύσου μυστήρια τέλεον ἀπάνθρωπα, ὃν εἰσέτι παῖδα ὄντα, ἐνόπλῳ κινήσει περιχορευόντων Κουρήτων, δόλῳ δὲ ὑποδύντων Τιτάνων (62), ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασιν, οὗτοι δὴ οἱ Τιτᾶνες διέσπασαν, ἔτι νηπίαχον ὄντα, C

B quæ summopere laborandum est, ut consistamus. Quo pertinet præceptum Moysis, sanctissimi veritatis interpretis, quo cum ille cui vel *contusa*, vel *exsecta sunt virilia*; tum etiam *meretricis filius concionem ingredi* [20] prohibetur; nam per illos priores significat affectum atheum, divinæ naturalisque virtutis expertem; per hunc vero tertium innuitur, qui loco unius veri Dei, multos sibi falsos ascribit; quemadmodum spurius propter veri patris ignorantiam, multos ascribit sibi patres. Erat autem antiqua quædam et nativa homini cum Deo communitas; quæ quidem, cum diu fuisset ignoratione obscurata, repente tandem e tenebris exsiliit et resplenduit, prout aliquis dixit:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ (19), *τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,*
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;

Καὶ τό·

Ὦ γῆν ὄχημα (20), *τἀπὶ γῆς ἔχονθ' ἕδραν,*
Ὅστις ποτ' εἶ σὺ, δυστόπαστος εἰσιδεῖν (21).

καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ποιητῶν ᾄδουσι παῖδες. Ἐν-

C *Vides hunc sublimem, hunc immensum æthera,*
Qui terram humidis complectitur brachiis.

Et iterum:

Qui terræ vehiculum, et supra terram sedem habes,
Quicunque demum sis, visu difficilis.

✠ Et quæcunque hujusmodi alia canunt poetarum fi-

✠ P. 21, 22 ED. POTTER, 15, 16 ED. PARIS.

[20] Deut. xxiii, 1, 2.

ἐγχέουσων. Sylburg. — Xenophanis dictum Julius Firmicus hoc modo expressit: *Si dii sunt, quos colitis, cur eos annuis luctibus plangitis? Si lacrymis et luctu digni sunt, cur eos divino honore cumulatis?* Et Minutius: *Nonne ridiculum est*, inquit, *vel lugere, quod colas; vel colere, quod lugeas?* Id etiam expressit Athenagoras *Legat.*, pag. 52, et rursus pag. 114. Idem Diagoræ factum commemorat ejusdem libri pag. 18, 19. Cui adde Scholiasten in Aristophanis *Nub.* act. 3, sc. 1, p. 173.

(15) Ἀτάρ. Αὐτάρ, Nov.

(16) *Παρασκευάσαι κατ' αὐτὸν, εἰς τὸ πῦρ ἐνέθηκεν*. Procul dubio, facta post παρασκευάσαι interpunctione, legendum, καὶ αὐτὸν εἰς τὸ πῦρ ἐνέθηκε. Sylburg. Vel potius, κᾆτ' αὐτὸν, etc.

(17) *Θλαδίαν*. Θλασίαν, Nov.

(18) *Τῆς θείας καὶ γονίμου δυνάμεως*. Explicationem hujusce commatis prolixe infra in *Pædagogo* invenies, lib. ii, c. 10. Sylburg. — Theodoretus, Τὸ ἄγονον, inquit, τῆς ψυχῆς διὰ τούτων αἰνίττεται· *Animæ sterilitatem per hæc innuit*. Cæterum Clemens hanc interpretationem, ut alias solet, e Philone Judæo sumpsit: is enim lib. *De nominum mutat.*, p. 1076, hæc dicit: Τεθλασμένοι γὰρ τὰ γεννητικὰ τῆς διανοίας, ἢ καὶ τελείως ἀποκοπέντες, οἱ τὸν ἴδιον νοῦν καὶ αἴσθησιν ἀποσεμνύνοντες, ὡς μόνα τῶν κατ' ἀνθρώπους αἴτια πραγμάτων· ἢ οἱ πολυθείας ἐρασταὶ, καὶ τὸν πολύθεον ἐκτετιμηκότες θίασον, οἱ ἐκ πόρνης γεγονότες, τὸν ἕνα ἄνδρα καὶ πατέρα φιλαρέτου ψυχῆς Θεὸν οὐκ εἰδότες, ἆρ' οὐκ εἰκότως ἐλαύνονταί τε καὶ φυγαδεύονται; *Nam illi, quibus prolificæ partes mentis contusæ sunt, vel penitus abscissæ, hoc est, qui proprium intellectum et sensum extollunt, ut solas humanarum rerum causas; vel illi, qui multitudinem deorum amplexi sunt, et deorum ritus celebrant, ex meretrice scilicet nati, quippe qui Deum solum probæ animæ maritum et patrem, non agnoscunt, nonne merito abiguntur et fugantur?*

(19) *Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ*. Duo priores ex his quatuor versibus Euripidis sunt, ut monet Clemens ipse lib. v. Athenagoras citat in *Legat. pro Christianis*, et Cicero lib. ii *De natura deorum:*

D *Vides sublime fusum immoderatum æthera,*
Qui tenero terram circumjectu amplectitur,
Hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Jovem.

Jo. Villiomarus in *Titium* viii, 17, legit, *Vides sublime sursum*, non *fusum*, id est ὑψοῦ· et *immoderatum* ἄπειρον significare ait. Ennius item:

Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes
[*Jovem.*

Alii legunt, *sublimem æthera, quem vocant Jovem*. Collect. — Hos versus ex Euripide recitat Clemens infra *Protrept.*, p. 46, *St.* v, p. 603; Stobæus *Eclog. Phys.*, lib. i, tit. 3; Heraclides Ponticus, lib. *De allegoriis Homericis*.

(20) *Ὦ γῆν ὄχ*. Rectius,
Ὦ γῆς ὄχημα, κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν.

(21) *Εἰσιδεῖν*. Legitur in vulg. editionibus δυστόπαστος εἰδέναι. Sylburg. — Superioris versiculi emendationem firmat ms. Nov. in quo γῆς pro γῆν, ἔχων pro ἔχονθ' occurrit.

lii. Sed pravæ quædam rectoque alienissimæ et manifeste perniciosæ sententiæ, hominem, cœlesti stirpe prognatum, abduxerunt a cœlesti vita, et persuaserunt in creaturas terrenas adhærescere, sicque humi prostraverunt. Alii enim cœlorum contemplatione decepti sunt, et, solos oculos in consilium assumentes, conspectis astrorum motibus statim admiratione capti, illa in numerum deorum retulerunt, et deos a cursu nominarunt: hinc Indi soli, Phryges lunæ divinos honores tribuerunt. Alii vero, quod felicibus terrestrium plantarum fructibus vitam sustentarent, frumentum quidem appellavere Cererem, ut Athenienses; vitem vero Bacchum, ut Thebani. Alii, scelerum suorum conscientia stimulati, pœnis et calamitatibus divinitatem tribuerunt. Atque hinc scenici poetæ Furias et Eumenides, aliosque piaculares, ac malorum vindices et ultores deos commenti sunt. Nec defuerunt philosophi, qui poetarum exemplo vestrorum affectuum formas, veluti Timoris, Amoris, Gaudii et Spei, coluerint; quemadmodum priscus ille Epimenides Contumeliæ et Impudentiæ altaria Athenis constituit. Aliæ vero ex ipsis rebus natæ, effinguntur specie corporea, et in deos referuntur: veluti illæ Atheniensium deæ, Justitia, et Clotho, et Lachesis, et Atropos, et Parca, et Auxo, et Thallo. His adjiciam sextam introducendi has fraudes, et deorum numerum augendi rationem, qua duodecim deos numerant; quo referendi sunt etiam de quorum ortu *Theogoniam* suam scripsit Hesiodus, et quæcunque Homerus de diis disseruit. Superest adhuc postrema (sunt enim omnino septem) quæ a divinis erga homines beneficiis emanavit. Nam cum Deum, a quo bona ipsis tribuun-

A νοιαι δὲ ἡμαρτημέναι καὶ παρηγμέναι τῆς εὐθείας, ὀλέθριαι ὡς ἀληθῶς (22), τὸ οὐράνιον φυτὸν τὸν ἄνθρωπον, οὐρανίου ἐξέτρεψαν διαίτης, καὶ ἐξετάνυσαν ἐπὶ γῆς (23), γηΐνοις προσανέχειν ἀναπείσασαι πλάσμασιν. Οἱ μὲν γὰρ (24), εὐθέως ἀμφὶ τὴν οὐρανοῦ θέαν ἀπατώμενοι, καὶ ὄψει μόνῃ πεπιστευκότες, τῶν ἀστέρων τὰς κινήσεις ἐπιθεώμενοι, ἐθαύμασάν τε καὶ ἐξεθείασαν, θεοὺς ἐκ τοῦ θεῖν (25) ὀνομάσαντες τοὺς ἀστέρας· καὶ προσεκύνησαν ἥλιον, ὡς Ἰνδοὶ, καὶ σελήνην, ὡς Φρύγες. Οἱ δὲ, τῶν ἐκ γῆς φυομένων τοὺς ἡμέρους δρεπόμενοι καρποὺς, Δηὼ τὸν σῖτον, ὡς Ἀθηναῖοι, καὶ Διόνυσον τὴν ἄμπελον, ὡς Θηβαῖοι, προσηγόρευσαν. Ἄλλοι, τὰς ἀμοιβὰς τῆς κακίας ἐπισκοπήσαντες, θεοποιοῦσι, τὰς ἀντιδόσεις (26) προσκυνοῦντες, καὶ τὰς συμφοράς· ἐντεῦθεν τὰς Ἐριν- B νύας καὶ τὰς Εὐμενίδας, παλαμναίους τε καὶ προτροπαίους (27), ἔτι δὲ ἀλάστορας, ἀναπεπλάκασιν οἱ ἀμφὶ τὴν σκηνὴν ποιηταί. Φιλοσόφων δὲ ἤδη τινὲς, καὶ αὐτοὶ μετὰ τοὺς ποιητικοὺς, τῶν ἐν ὑμῖν παθῶν ἀνειδωλοποιοῦσι τύπους, τὸν Φόβον, καὶ τὸν Ἔρωτα, καὶ τὴν Χαρὰν, καὶ τὴν Ἐλπίδα· ὥσπερ ἀμέλει καὶ Ἐπιμενίδης ὁ παλαιὸς, Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας (28) Ἀθήνησιν ἀναστήσας βωμούς. Οἱ δὲ, ἐξ αὐτῶν ὁρμώμενοι τῶν πραγμάτων, ἐκθεοῦνται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ σωματικῶς ἀναπλάττονται· Δίκη τις, καὶ Κλωθὼ, καὶ Λάχεσις, καὶ Ἄτροπος, καὶ Εἱμαρμένη, Αὐξώ τε, καὶ Θαλλὼ, αἱ Ἀττικαί. Ἕκτος ἐστὶν εἰσηγητικὸς τρόπος ἀπάτης, θεῶν περιποιητικὸς, καθ' ὃν ἀριθμοῦσι θεοὺς τοὺς δώδεκα· ὧν καὶ *Θεογονίαν* Ἡσίοδος ᾄδει τὴν αὐτοῦ· καὶ ὅσα θεολογεῖ Ὅμηρος. Τε- C λευταῖος δὲ ὑπολείπεται (ἑπτὰ γὰρ οἱ ἅπαντες οὗτοι τρόποι) ὁ ἀπὸ τῆς θείας εὐεργεσίας τῆς εἰς τοὺς ἀνθρώπους καταγινομένης ὁρμώμενος. Τὸν γὰρ εὐερ-

(22) *Ὡς ἀληθῶς*. Priores editiones hæc verba connectunt cum præcedente ὀλέθριαι, quæ referre ad φυτὸν οὐράνιον, quod sequitur, suadent alia Clementis verba, hujus libri pag. 63: Τὸν ἄνθρωπον, inquit, ἐπὶ τὴν οὐρανοῦ γενόμενον θέαν, φυτὸν οὐράνιον ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ τὴν γνῶσιν παρακαλοῦμεν τοῦ Θεοῦ. *Hominem, qui ad cœli contemplationem natus est, et vere est planta cœlestis, ad Dei cognitionem hortamur.*

(23) *Ἐξετάνυσαν ἐπὶ γῆς*. Phrasis Homerica ex Il. P, v. 58:

Βόθρου τ' ἐξέστρεψε, καὶ ἐξετάνυσσ' ἐπὶ γαίῃ.

(24) *Οἱ μὲν γάρ*. Deorum originem septem causis tribuit. 1 Cœlestium corporum splendori, quem mirati homines, ea in deos retulerunt; 2 frugibus terræ inventis; 3 scelerum pœnis in maleficos irrogatis; 4 humanis affectibus in deos relatis; 5 humanæ vitæ casibus corporea specie descriptis; 6 *poetarum* fabulis; 7 beneficiis humano generi per divinam Providentiam collatis.

(25) *Θεοὺς ἐκ τοῦ θεῖν*. Plato in *Cratylo* existimare se dicit sidera, quibus solis Barbari et Græci veteres divinos honores solvebant, primo θεοὺς dictos fuisse, tanquam ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, *quæ perpetuo cursu ferantur*; dein id nominis ad alios de...s venisse. Plutarchus, lib. *De Iside et Osir.*, pag. 37... τοῦ, ..., dicit omnibus diis a duabus vocibus, θεα..., *...ectabili*, et θέοντος, *currente*, θεοῦ nomen inditum ... fuisse. *Etymologici* auctor: Θεός, παρὰ τὸ ... τρέχω, εἰς ὃν πάντες τρέχομεν. Παρὰ τὸ θέω ..., θεὸς, ὡς φωλεύω φωλεός. Οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ... τὸ πλεῖστον ἐπὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων, ...οῦσι γάρ, ἐτίθεσαν τὸ ὄνομα, παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κινεῖσθαι. Καὶ ἐπὶ τοῦ χωρὶς τούτων λεγομένου Θεοῦ λέγοιτ' ἂν παρὰ τὸ πανταχοῦ εἶναι καὶ περιθεῖν. Clemens, *Strom.* IV, pag. 555, vult θεὸν dici κατὰ τὴν ἀμετάτρεπτον τοῦ ἀεὶ θεῖν τὰ ἀγαθὰ ἕξιν· *propter immutabilem* cursum, *quo bona semper fluunt.* Conf. Theophilus Antiochenus non procul a principio lib. I *ad Autolycum.*

(26) *Θεοποιοῦσι, τὰς ἀν*. Hæc sic distinguit Nov.: θεοποιοῦσι τὰς ἀντιδόσεις, προσκυν. *Retributiones in deos referunt, calamitates etiam ipsas adorantes.* Non male.

(27) *Προτροπαίους*. Προστροπαίους, Nov., recte. Nam δαίμονες προστρόπαιοι vel προστροπαῖοι iidem sunt, qui παλαμναῖοι et ἀλάστορες, id est *scelerum ultores.* Suidas: Παλαμναῖος, φονεὺς, ἢ μιαρός .... καὶ Ζεὺς Παλαμναῖος, ὁ τοὺς τοιούτους τιμωρούμενος· D καὶ Προστροπαῖος, ὁ προτρέπων τὸ ἄγος αὐτοῖς. Παλαμναῖος, *homicida, vel piaculo obstrictus. Et Jupiter* Παλαμναῖος, *qui tales punit;* et Προστροπαῖος, *qui piaculum in eos convertit.*

(28) *Ὕβρεως καὶ Ἀναιδ*. Fanum his deabus positum fuisse, non solum altare, memorat Cicero, *De leg.*, lib. II: *Illud vitiosum Athenis, quod Cylonis scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanum et Impudentiæ.* At vero, referente Pausania, in *Atticis*, ἀργυροῦς λίθους, ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν ὅσοι δίκας ὑπέχουσι, καὶ οἱ διώκοντες· τὸν μὲν Ὕβρεως, τὸν δὲ Ἀναιδείας, αὐτοὶ ὀνομάζουσι· *Ex argento lapides, quibus insistunt, cum qui rei in* Areopagit. foro, *tum qui actores, illum Contumeliæ, istum Impudentiæ vocant.* Quo loco, pro Ἀναιδείας, Ἀναιτίας, *innocentiæ*, perperam substitui, Ciceron. ac Clement. verba manifestum faciunt.

A γετοῦντα μὴ συνιέντες Θεὸν, ἀνέπλασάν τινας σωτῆρας Διοσκούρους, καὶ Ἡρακλέα ἀλεξίκακον, καὶ ✠ Ἀσκληπιὸν ἰατρόν. Αὗται μὲν αἱ ὀλισθηραί τε καὶ ἐπιβλαβεῖς παρεκβάσεις τῆς ἀληθείας, καθέλκουσαι οὐρανόθεν τὸν ἄνθρωπον, καὶ εἰς βάραθρον περιτρέπουσαι. Ἐθέλω δὲ ὑμῖν ἐν χρῷ τοὺς θεοὺς αὐτοὺς ἐπιδεῖξαι, ὁποῖοι καὶ τίνες εἰσὶν, ἵν' ἤδη ποτὲ τῆς πλάνης λήξητε, αὖθις δὲ παλινδρομήσητε εἰς οὐρανόν· *Ἦμεν γάρ που καὶ ἡμεῖς τέκνα ὀργῆς* (29), *ὡς καὶ οἱ λοιποί· ὁ δὲ Θεὸς, πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, ὄντας ἤδη νεκροὺς τοῖς παραπτώμασιν, συνεζωοποίησεν τῷ Χριστῷ*. Ζῶν γὰρ ὁ Λόγος, καὶ συνταφεὶς Χριστῷ, συνυψοῦται Θεῷ (30). Οἱ δὲ ἔτι ἄπιστοι *τέκνα ὀργῆς* ὀνομάζονται, τρεφόμενα ὀργῇ (31)· ἡμεῖς B δὲ οὐκ ὀργῆς (32) θρέμματα ἔτι, οἱ τῆς πλάνης ἀπεσπασμένοι, ἀΐσσοντες δὲ ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Ταύτῃ τοι ἡμεῖς οἱ τῆς ἀνομίας υἱοί ποτε, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Λόγου νῦν υἱοὶ γεγόναμεν τοῦ Θεοῦ· ὑμῖν δὲ καὶ ὁ ὑμέτερος ὑποδύεται ποιητὴς ὁ Ἀκραγαντῖνος Ἐμπεδοκλῆς·

Τοιγάρ τοι χαλεπῇσιν ἀλύοντες κακότησιν,
Οὔ ποτε δειλαίων ἀχέων λωφήσετε θυμόν.

Τὰ μὲν δὴ πλεῖστα μεμύθευται καὶ πέπλασται περὶ θεῶν ὑμῖν· τὰ δὲ καὶ ὅσα γεγενῆσθαι ὑπείληπται, ταῦτα δὲ περὶ ἀνθρώπων αἰσχρῶν καὶ ἀσελγῶς βεβιωκότων ἀναγέγραπται·

Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν
Εὐθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε τὴν δι' ἀκανθῶν C
Καὶ σκολόπων. Τί πλανᾶσθε; βροτέων παύσασθε (33) μάταιοι,
Καλλίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε.

tur, ignorarent, commenti sunt quosdam servatores Dioscuros, et Herculem malorum averruncum, et ✠ Æsculapium medicum. Atque hactenus de lubricis et exitiosis egressibus a veritate, quibus homines a cœlo detrahi, et in barathrum impelli solent. Restat nunc ut interius vobis ostendam qui qualesque fuerint dii vestri: ut, ab his erroribus tandem aliquando desistentes, in cœlum revertamini: *Eramus enim et nos filii iræ, sicut et cæteri; Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimium charitatem suam, qua dilexit nos, cum jam essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo* [21]. Vivens enim Verbum, et consepultum Christo, una cum Deo extollitur. Qui vero adhuc in sua infidelitate persistunt, *filii iræ* vocantur, ut qui ad iram Dei subeundam nutriantur. Nos autem, qui, errore liberati, totis viribus ad veritatem contendimus, nequaquam adhuc iræ filii sumus. Quocirca nos, qui quondam improbitatis filii fuimus, jam per Verbi clementiam Dei filii sumus facti; vos autem vester etiam poeta Empedocles Agrigentinus incessit:

Quamobrem importunis excruciati vitiis,
Nunquam acerbis animum doloribus levabitis.

Et quæ de vestris diis traduntur, maxima quidem ex parte ficta sunt et commentitia: cætera autem quæcunque vere gesta fuisse putantur, ad alium neminem pertinuisse memorantur, quam homines libidine atque omnibus vitiis infames.

Cum fastu miseri erratis, verique relicto
Tramite, per sentes fugitis, perque horrida spinis
Devia. Quorsum isthæc? studiis absistite vanis,
Mortales, pulsaque diem comprendite nocte.

✠ P. 23 ED. POTTER, 17 ED. PARIS.

[21] Ephes. II, 3, 4, 5.

(29) *Τέκνα ὀργῆς*. In vulgatis editt. Pauli Ephes. II legitur τέκνα φύσει ὀργῆς. SYLBURG. — Sed φύσει omittit etiam versio Æthiopica.

(30) *Ζῶν γὰρ ὁ Λόγος, καὶ συνταφεὶς Χριστῷ, συνυψοῦται Θεῷ*. Quæri potest, quomodo Λόγος, hoc est Deus Filius, *consepultus Christo, et cum Deo elevatus fuerit?* Quam difficultatem sic tolli posse admonuit vir quidam amicus doctusque, si Λογάς scriberetur pro Λόγος. Illi porro λογάς est *electio*, quam pro *electis* ac fidelibus Dei servis sumi posse arbitrabatur: hos autem in baptismo cum Christo sepeliri, et resurgere, sæpe affirmant post Paulum scriptores veteres recentesque. At vero hæc vox nec in ullo Clementis codice habetur, nec pro *electis* D usurpari solet: quos Græci auctores ἐκλεκτούς vocant, raro aut nunquam λογάδα. Itaque hac mutatione non tam solvitur nodus, quam secatur. Sit igitur hoc loco, ut alias, Λόγος, divina Jesu persona: Logos autem *consepultus Christo* dicitur, quia secundum humanam naturam mortuus ac sepultus fuit; *cum Deo* vero *extollitur*, quia divinæ naturæ virtute resurrexit: quemadmodum a Petro dicitur θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι· *mortificatus quidem carne, vivificatus vero spiritu*, I Pet. III, 18. Nam hoc loco, ut sæpe alias, πνεῦμα oppositum σαρκὶ, divinam Christi naturam significat. Nec vero insolens est, quod dicitur Λόγος sepultus fuisse; cum ei, propter unionem ad humanam naturam, humanos affectus tribuere soleant, cum alii, tum etiam Clemens; ut cum dicit: Τὸν Λόγον τὸν ὑπὸ πολλῶν ἐκχεόμενον, *Logon pro multis effusum*, *Pæd.* lib. II, c. 2, p. 158. Ubi Logon sumit pro Logi incarnati sanguine. Qua ratione Patres Ephesini B. Virgini non solum Χριστοτόκου, sed etiam Θεοτόκου, nomen jure deberi contra Nestorium statuerunt. Posset etiam dici Λόγος Christo consepultus fuisse, quia humanam naturam ne mortuam quidem deseruit. Quod multi Patres clare affirmant. Gregorius Nyssenus, orat. 1, *De resur.*: Τὴν μὲν ψυχὴν τοῦ σώματος ἡ θεότης ἐκουσίως διέζευξεν, ἑαυτὴν δὲ ἐν ἀμφοτέροις μένουσαν ἔδειξεν· *Animam quidem deitas a corpore voluntarie separavit, se vero in utroque manentem clare ostendit*. Augustinus, *Tract. in Joan.* 47, negat quidquam ultra *fecisse mortem* Christi, *nisi* quod *corpus ab anima separavit*. Leo, serm. 1, *De resurr.*: *Deitas, quæ ab utraque suscepti hominis substantia non recessit, quod potestate divisit, potestate conjunxit*. Fulgentius, *ad Trasimund.* lib. III, c. 34: *Non est Deus ab humanitate, quam susceperat, separatus; qui et in anima sua fuit, ut solutis inferni doloribus ab inferno victrix rediret, et in carne fuit, ut celeri resurrectione corrumpi non posset.*

(31) *Τρεφόμενοι ὀργῇ*. Similis phrasis occurrit hujusce libri pag. 70, θανάτῳ τρεφόμενοι, *ad mortem*, hoc est, ut moriantur, *nutriti*: quod de avibus saginatis dicitur. Item, p. 69, εἰς ὕλας τρεφομένῃ, *nutrita* ut ignis *materia* fiat. Iterum *Pædag.* lib. II, cap. 1, pag. 144: Βοσκημάτων δίκην πιαινόμενον. θανάτῳ τρέφεσθαι· *pecudum more saginatum, morti nutriri.*

(32) *Ἡμεῖς δὲ οὐκ ὀργ*. Particulam δὲ non agnoscunt editt. Victorii et Sylburgii; nos tamen retinuimus, quod occurrat in Nov.

(33) *Τί πλανᾶσθε; βροτέων παύσασθε*. *Desistite ab humanis*, studiis scilicet, aut simile quid. A et II

✠ Hæc nobis præcipit Sibylla, utriusque artis, propheticæ atque poeticæ, scientia insignis; præcipit etiam ipsa veritas, quæ deorum turbam exuit his terribilibus larvis, quæ stuporem imperitis incutiunt; et opiniones temere conceptas, detecta nominum similitudine, redarguit. Est enim a nonnullis memoriæ proditum, tres Joves fuisse; quorum unus ab Æthere in Arcadia; cæteri autem duo a Saturno, hic quidem in Creta, alter vero rursus in Arcadia, oriundi sunt. Sunt etiam, a quibus quinque Minervæ celebrantur: prima quidem Atheniensis Vulcani filia; secunda Ægyptia, Nili; tertia Saturni, cui bellicæ artis inventio tribuitur; quarta Jovis, quam Messenii de matris suæ nomine Coryphasiam appellaverunt; postrema, Pallantis et Titanidis Oceani filia, quæ cum patrem suum impie trucidasset, ejus pelle, tanquam ovino vellere, se ornavit. Quin etiam Aristoteles Apollinem primum, Vulcani et Minervæ (actum est igitur de virginitate Minervæ); secundum Creticum, Corybantis; tertium, Jovis; quartum Arcadem, Sileni (eum Arcades Nomium vocant); quintum denique, Libycum, Ammonis filium, recenset; quibus Didymus grammaticus subjungit sextum, Magnete genitum. Nunc vero quot habemus Apollines? multitudo nobis est propemodum infinita mortalium hominum; qui quod humanum genus adjuverint, eo nomine, pariter ac cæteri jam prædicti, gaudent. Quid vero, si Æsculapios vobis omnes, aut Mercurios, aut Vulcanos, qui in fabulis memorantur, recensere pergam? nonne nimius esse videbor, vestrasque aures ipsa nominum multitudine obruam? Transeundum igitur ad patrias, artes, vitas, et ipsa denique sepulcra vestrorum deorum;

Ταῦτα ἡμῖν ἡ προφητικὴ παρεγγυᾷ καὶ ποιητικὴ Σίβυλλα· παρεγγυᾷ δὲ καὶ ἀλήθεια, γυμνοῦσα τῶν καταπληκτικῶν τουτωνὶ καὶ ἐκπληκτικῶν προσωπείων, τὸν ὄχλον τῶν θεῶν, συνωνυμίαις τισὶ τὰς δοξοποιίας διελέγχουσα. Αὐτίκα γοῦν εἰσιν, οἳ τρεῖς τοὺς Ζῆνας ἀναγράφουσιν· τὸν μὲν Αἰθέρος, ἐν Ἀρκαδίᾳ, τὼ δὲ λοιπὼ τοῦ Κρόνου παῖδε· τούτοιν τὸν μὲν ἐν Κρήτῃ, θάτερον δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ πάλιν. Εἰσὶ δὲ, οἳ πέντε Ἀθηνᾶς (34) ὑποτίθενται· τὴν μὲν Ἡφαίστου τὴν Ἀθηναίαν, τὴν δὲ Νείλου τὴν Αἰγυπτίαν· τρίτην τοῦ Κρόνου, τὴν πολέμου εὑρέτιν· τετάρτην τὴν Διὸς (35), ἣν Μεσσήνιοι Κορυφασίαν (36) ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐπικεκλήκασιν· ἐπὶ πᾶσι, τὴν Πάλλαντος καὶ Τιτανίδος τῆς Ὠκεανοῦ· ἣ, τὸν πατέρα δυσσεβῶς καταθύσασα, τῷ πατρῴῳ κεκόσμηται δέρματι, ὥσπερ κῳδίῳ. Ναὶ μὴν Ἀπόλλωνα ὁ μὲν Ἀριστοτέλης πρῶτον Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς, (ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι παρθένος ἡ Ἀθηνᾶ·) δεύτερον ἐν Κρήτῃ, τὸν Κορύβαντος (37)· τρίτον τὸν Διός· καὶ τέταρτον τὸν Ἀρκάδα, τὸν Σιληνοῦ· (Νόμιος οὗτος κέκληται παρ' Ἀρκάσιν·) ἐπὶ τούτοις, τὸν Λίβυν καταλέγει, τὸν Ἄμμωνος· ὁ δὲ Δίδυμος ὁ γραμματικὸς τούτοις ἕκτον ἐπιφέρει, τὸν Μάγνητος. Πόσοι δὲ καὶ νῦν Ἀπόλλωνες; ἀναρίθμητοι (38), θνητοὶ, καὶ ἐπίκουροί τινες ἄνθρωποί εἰσιν, οἱ παραπλησίως τοῖς προειρημένοις ἐκείνοις κεκλημένοι. Τί δ' εἴ σοι τοὺς πολλοὺς εἴποιμι Ἀσκληπιούς; ἢ τοὺς Ἑρμᾶς τοὺς ἀριθμουμένους, ἢ τοὺς Ἡφαίστους τοὺς μυθολογουμένους; μὴ καὶ περιττὸς εἶναι δόξω, τὰς ἀκοὰς ὑμῶν τοῖς πολλοῖς τούτοις ἐπικλύζων ὀνόμασιν; Ἀλλ' αἵγε πατρίδες αὐτοὺς, καὶ αἱ τέχναι, καὶ οἱ βίοι, πρὸς δέ γε καὶ οἱ τάφοι, ἀνθρώπους γεγονότας διελέγχουσιν. Ἄρης γοῦν, ὁ καὶ παρὰ τοῖς ποιηταῖς, ὡς οἷόν τε, τετιμημένος,

quæ singula satis convincunt eos fuisse homines. Mars autem, qui a poetis summo in honore habitus est:

Mars, Mars, hominum pestis, sanguinarie mœniorum eversor:

Ἄρες (39), *Ἄρες, βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.*

✠ P. 24 ED. POTTER, 18 ED. PARIS.

naïunt τί πλανᾶσθε, βροτοί; παύσασθε μάταιοι. Sylburg. — Quam emendationem firmat Nov. At vero Theophilus Antiochenus sub finem lib. II *Ad Autol.*, nos versus sic descripsit:

Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν
Εὐθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε, καὶ δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε· βροτοὶ παύσασθε μάταιοι
Ῥεμβόμενοι σκοτίῃ, καὶ ἀφεγγεῖ νυκτὶ μελαίνῃ·
Καὶ λίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε.

Fastu et furore perciti incessistis, et callem
Rectum deserentes abiistis, ac per spinas
Et per vepres errastis: Mortales cessate vani
Errantes in tenebris, et in obscura nigraque nocte:
Relinquite tenebras noctis, et lucem apprehendite.

(34) *Οἱ πέντε Ἀθηνᾶς.* Locum de quinque Minervis latius ex Cicerone declarat Petrus Victorius, *Var. lect.*, lib. II, cap. 15. Sylburg. — Julius Firmicus, *De errore prof. relig.: Quinque Minervas fuisse legentibus nobis tradit antiquitas. Una est, Vulcani filia, quæ Athenas condidit, quam ex agrestibus locis ad urbanæ conversationis ordinem rustica turba comitata est. Fuit alia in Ægypto, Nili regis filia, textrinæ artis magistra. Tertia vero, patre Saturno genita est. Sed hanc viraginem fuisse commemorant; nam nunquam se intra feminei sexus verecundiam tenuit, sed arma semper strepitumque pugnarum, et cruenta secuta est studia bellorum. Quarta, Jovis Cretici regis fuit filia, quæ occisum patri detulit liberum. Quinta, Pallante*, etc., quæ mox sequentur.

(35) *Τὴν Διός.* Τοῦ Δ., Nov.

(36) *Κορυφασίαν.* De Minerva Coryphasia vide P. Victorium lib. II, cap. 15, qui locum Pausaniæ ex *Messeniacis* consentientis cum Clemente profert. Quod vero Minerva quinta patris pelle se induerit tanquam ægide, Julius Firmicus, cap. 17 *De err. prof. relig.: Quinta Minerva Pallante patre et Titanide matre orta est, quæ patris appellata nomine, Pallas est ab hominibus nuncupata. Hæc parricidialis amentia furoris, et vesanæ temeritatis instinctu, patrem Pallantem crudeli morte jugulavit. Nec simplici patris morte contenta, ut diutius malis suis frueretur, et ut de morte patris crudelius triumpharet, exuviis corporis ejus ornata est.* Cicero, III *De nat.: Quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt.* Isacius Tzetzes, in *Lycophronem*: Πάλλαντα τὸν ἴδιον πατέρα πτερωτὸν ὑπάρχοντα, βιάζοντα αὐτὴν, ἀνεῖλε, καὶ τὸ δέρμα αὐτοῦ ὡς αἰγίδα περιεβάλετο, καὶ τὰ πτερὰ τούτου τοῖς ποσὶν αὐτῆς προσήρμοσεν. Collect.

(37) *Κορύβαντος.* Κύρβαντος, Nov.

(38) *Ἀναρίθμητοι.* Ἐναρίθμητοι, Nov.

(39) *Ἄρες.* Homeri *Il.*, E, vers. 31. Mox eum vo-

Ὁ ἀλλοπρόσαλλος οὗτος καὶ ἀνάρσιος, ὡς μὲν Ἐπίχαρμός φησι, Σπαρτιάτης ἦν· Σοφοκλῆς δὲ Θρᾷκα οἶδεν αὐτόν· ἄλλοι δὲ Ἀρκάδα. Τοῦτον δὲ Ὅμηρος δεδέσθαι φησὶν ἐπὶ μῆνας τρισκαίδεκα·

Τλῆ μὲν (40) Ἄρης, ὅτε μιν Ὦτος κρατερός τ' Ἐφιάλτης,
Παῖδες Ἀλωῆος, δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ·
Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας.

Πολλὰ κἀγαθὰ Κᾶρες σχοῖεν, οἳ καταθύουσιν αὐτῷ τοὺς κύνας! Σκύθαι (41) δὲ, τοὺς ὄνους ἱερεύοντες μὴ παυέσθων, ὡς Ἀπολλόδωρός φησι, καὶ Καλλίμαχος·

Φοῖβος (42) *Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται* (43) *ἱροῖς.*

Ὁ αὐτὸς δὲ ἀλλαχοῦ·

B *Τέρπουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι* (44).

Ἥφαιστος δὲ, ὃν ἔρριψεν (45) ἐξ Ὀλύμπου Ζεὺς, *βηλοῦ ἀπὸ θεσπεσίοιο ἐν Λήμνῳ καταπεσὼν*, ἐχάλκευε (46), πηρωθεὶς τὼ πόδε·

... ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί.

Ἔχεις καὶ ἰατρὸν, οὐχὶ χαλκέα μόνον ἐν θεοῖς. Ὁ δὲ ἰατρὸς φιλάργυρος ἦν, Ἀσκληπιὸς (47) ὄνομα αὐτῷ. Καί σοι τὸν σὸν παραθήσομαι ποιητὴν, τὸν Βοιώτιον Πίνδαρον·

Ἔτραπεν κἀκεῖνον (48) *ἀγάνορι μι-*

A ✠ Ille, inquam, *qui nunc has*, *nunc illas partes sequitur*, et *in hostes insurgit*, tradente Epicharmo, Spartanus erat; Sophocles autem Thracem, et alii Arcadem fuisse produnt. Homerus eumdem *vincula tredecim menses perpessum* memorat:

Et Mars sustinuit, cum eum Otus, fortisque Ephialtes,
Filii Aloei, forti vinculo ligarunt:
Æneo autem in carcere ligabatur tredecim menses.

Bene vertat Caribus, quod canes ei sacrificant. Scythæ asinos immolare ne desinant; cujus sacri meminit Apollodorus, itemque Callimachus:

Phœbus Hyperboreis asinorum immolationibus exoritur.

Idem vero alio in loco.

Delectant Phœbum pingues asinorum mactationes.

Vulcanus autem, quem Jupiter ex Olympo *deturbavit, a limine divino*, cum *in Lemnum cecidisset*, ærariam exercuit, mutilatus pedibus,

... graciles autem illi tibiæ fluebant.

Nec solum æris fabrum, sed etiam medicum habes inter deos. Is vero avarus erat, et nomen habuit Æsculapii. Testis sit tuus poeta, Bœotius Pindarus:

Pervertit enim et illum ingenti mer-

✠ P. 25 ED. POTTER, 18 ED. PARIS.

cat ἀλλοπρόσαλλον, quæ vox Homerica est, ex *Il.* E, v. 830:

. . . . *μηδ' ἅζεο θοῦρον Ἄρηα*
Τοῦτον μαινόμενον, τυκτὸν κακὸν, ἀλλοπρόσαλλον.
. . . . *ne timeas impetuosum Martem*
Hunc furentem; natum malum, subinde partes mutantem.

Et ibidem, vers. 889:

Μήτι μοι, ἀλλοπρόσαλλε, παρεζόμενος μινύριζε·
Ne juxta me sedens, qui partes subinde mutas, lamenteris.

Ἀνάρσιος est etiam Homerica vox. *Iliad.* Ω, v. 365:

. . . *δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι ἐγγὺς ἔασιν.*
. . . *infesti et hostiles prope sunt.*

(40) *Τλῆ μέν.* Ex *Iliad.* E, v. 385. In vers. 1. Ἐφιάλτης Homer.

(41) *Σκύθαι.* Hyperboreos in Scythia Apollini asinos sacrificasse testatur Pindarus Pyth., *Od.* 10. Ad quem locum Scholiastes Græcus posteriorem ex his Callimachi versibus citavit. Conf. etiam Antonii Liberalis *Metamorph.*, cap. 20, quo commemorat, quomodo Apollo Cleinidem, ejusque familiam punivit, eo quod Hyperboreorum ritu asinos ei Babylone mactare vellent.

(42) *Φοῖβος.* Φέβος Nov., mendose.

(43) *Ἐπιτέλλεται.* Anna T. Fabri filia in suis ad Fragmenta Callimachi notis ait: « Pater meus amantissimus putabat legendum ἐπιτέρπεται. Vel fortasse ἐπιτέλλεται significat *adest propitius et favens.* » Ricardus Bentleius, ibid.: « Placet eorum conjectura, qui pro ἐπιτέλλεται scribunt ἐπιτέρπεται. Nisi sic potius interpreteris, sacra illa fieri solita esse sub solis ortum. Ergo ἐπιτέλλεται, *exoritur.* »

(44) *Ὀνοσφαγίαι.* Arnobius, lib. IV *De Marte*: *Quis ei canes ab Caribus, quis ab Scythis asinos immolari? non principaliter cum cæteris Apollodorus?* COLLECT.

C (45) *Ὃν ἔρριψ'.* Hunc locum sic interpunxit Nov. ὃν ἔρριψεν ἐξ Ὀλύμπου Ζεὺς βηλοῦ ἀπὸ θεσπεσίοιο, ἐν Λήμνῳ κατ. *Quem deturbavit e limine cœlesti Jupiter, cum in Lemnum cecidisset*, etc. Quem sensum præbet Homerus, cujus *Iliad.* A, v. 590, Vulcanus de Jove hæc dicit:

Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα
Ῥίψε, ποδὸς τεταγὼν, ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.
Πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
Κάππεσον ἐν Λήμνῳ· ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν.

(46) *Ἐχάλκευε.* Homerus *Il.* Σ, v. 410, de Vulcano ait:

... ἀπ' ἀκμοθέτοιο πέλωρ αἴητον ἀνέστη
Χωλεύων, ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί.

(47) *Ἀσκληπιός.* Eo pertinent sequentes Pindari versus, ut ostendatur Æsculapius fulmine ictus, quod auro corruptus mortuum quemdam ad vitam revocasset. Pindari Scholiastes ad loc.: Λέγεται δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῷ δελεασθεὶς, ἀναστῆσαι Ἱππόλυ-
D τον τεθνηκότα· οἱ δὲ Τυνδάρεων· ἕτεροι Καπανέα· οἱ δὲ Γλαῦκον· οἱ δὲ Ὀρφικοὶ Ὑμέναιον. Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ· οἱ δὲ διὰ τὸ τὰς Προιτίδας ἰάσασθαι· οἱ δὲ διὰ τὸν Ὠρίωνα· Φίλαρχος, ὅτι τοὺς Φινεΐδας ἰάσατο· Φερεκύδης δὲ, ὅτι τοὺς ἐν Δελφοῖς θνήσκοντας ἀναβιοῦν ἐποίει. Conf. Plato, *Polit.* III; Cicero, *De nat. deor.*, l. III; Plinius, *Hist. nat.*, l. XXXIX, c. 1; Arnobius, *Adv. Gent.*, l. IV.

(48) *Ἔτραπε κἀκεῖνον.* Locus est ex ode 3 *Pythiorum*, antist. 3, quem disposuimus, ut in editionibus vulgatis reperitur: sed illa non satis tuto vertit Hervetus,

Ῥίψαις δι' ἀμφοῖν ἀμπνοὰς
Στέρνων,

manus per ambas. N. Sudorius, qui versu reddidit, eleganter:

Phœbigenæ certe perstrinxit lumina fulvo
Nitore, et illum blanda merces impulit,

cede aurum in manibus apparens,
Virum e morte ut reduceret
Iam captum. Mani-
bus igitur Saturnius fulmen
Jaculatus per utrumque, respirationem
Pectorum abstulit
Celeriter, ardensque ful-
men inflixit mortem.

✠ Et Euripides :

Jupiter enim interfecto filio meo auctor fuit,
Æsculapio, pectoribus immisso fulmine.

9 Ilic igitur ictus fulmine jacet in finibus Cynosuridis. Philochorus etiam tradit Neptunum medicum in Teno coli; et Saturnum situm esse in Sicilia, atque illic fuisse sepultum. Patrocles Thurius, et junior Sophocles tribus tragœdiis contexuit historiam de Dioscuris. Hi autem Dioscuri fuere mortales homines, si Homerus dignus sit, cui fides habeatur :

... Hos autem jam tenebat terra mater animantium,
In Lacedæmone, quæ chara ipsis patria fuit.

Accedat etiam, qui Cypriaca poemata scripsit :

Castor quidem mortalis, et mors ipsi fato decreta est :
Immortalis autem Pollux, progenies Martis.

Quod ille quidem poetico more fabulatus est; sed Homerus fide dignior est, qui de utroque Dioscuro loquitur, et ipsum præterea Herculem, idolum esse ostendit :

Virum Herculem, magnorum scientem operum.

Hinc satis constat, Herculem ab ipso Homero mortalem hominem habitum fuisse. Quin etiam

A *σθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶ φανείς,*
ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι
ἤδη ἑαλωκότα (49). *Χερ-*
σι δ' ἄρα Κρονίων
ῥίψας (50) *δι' ἀμφοῖν, ἀμπνοὰς*
στέρνων καθεῖλεν
ὠκέως· αἴθων δὲ κεραυ-
νὸς ἐνέσκηψε μόρον.

Καὶ Εὐριπίδης (51)·

Ζεὺς γὰρ, κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμὸν, αἴτιος,
Ἀσκληπιὸν, στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλόγα.

Οὗτος μὲν οὖν κεῖται κεραυνωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσούριδος ὁρίοις. Φιλόχορος δὲ, ἐν Τήνῳ Ποσειδῶνά φησι τιμᾶσθαι ἰατρόν (52)· Κρόνον δὲ ἐπικεῖσθαι Σικελίᾳ (53), καὶ ἐνταῦθα αὐτὸν τετάφθαι. Πατροκλῆς τε ὁ Θούριος, καὶ Σοφοκλῆς ὁ νεώτερος ἐν τρισὶ τραγῳ- B δίαις, ἱστορείτων (54) τὼ Διοσκούρω πέρι· ἀνθρώπω τινὲ τούτω τὼ Διοσκούρω ἐπικήρω γενέσθην, εἴ τῳ ἱκανὸς πιστώσασθαι Ὅμηρος (55) τὸ λελεγμένον·

... τοὺς δ' ἤδη κατέχεν φυσίζοος αἶα,
Ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐνὶ πατρίδι γαίῃ.

Προσίτω δὲ καὶ ὁ τὰ Κυπριακὰ (56) ποιήματα γράψας·

Κάστωρ μὲν θνητὸς, θανάτου (57) *δὲ οἱ αἶσα πέπρωται·*
Αὐτὰρ ὅ γ' ἀθάνατος Πολυδεύκης, ὄζος Ἄρηος.

Τοῦτο μὲν ποιητικῶς ἐψεύσατο· Ὅμηρος δὲ, ἀξιοπιστότερος αὐτοῦ, εἰπὼν περὶ ἀμφοῖν τοῖν Διοσκούροιν· πρὸς δὲ, καὶ τὸν Ἡρακλέα εἴδωλον ἐλέγξας·

C *Φῶτα γὰρ* (58) *Ἡρακλέα, μεγάλων ἐπιίστορα ἔργων.*

Ἡρακλέα οὖν καὶ αὐτὸς Ὅμηρος θνητὸν οἶδεν ἄνθρωπον. Ἱερώνυμος δὲ ὁ φιλόσοφος καὶ τὴν σχέσιν αὐτοῦ

✠ P. 26 ED. POTTER, 19 ED. PARIS.

Jupiter iratus redivivi pectora Glauci,
Et insolentis rupit Æsculapii
Fulmine, quod toto connixus corpore torsit;
Illosque adustos liquit audax spiritus.

Scholiastes Græcus, ὥστε ἐνσκῆψαι βέλος δι' ἀμφοτέρων τῶν μαστῶν, ἢ τῶν πλευρῶν, δι' αὐτοῦ τε τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ τοῦ ἰατρευθέντος. Utrumque ergo occidit Jupiter, et Æsculapium, et eum qui ab eo fuerat curatus, sive ille fuerit Glaucus, sive Hippolytus, sive Tyndarus, ut varii tradunt. Athenagoras, in *Legatione*, hunc etiam locum gentibus objicit. COLLECT.

(49) *Ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι ἤδη ἑαλωκότα.* D Hæc verba in prioribus Clementis editionibus omissa, tandem ex Pindaro supplevit Parisiensis. At vero, cum Athenagoras pag. 116, 117, *Legat.*, et Cyrill. *contra Julian.* lib. I, pag. 101, quibus locis hos versus laudarunt, eadem omittant, nec agnoscat ms. Nov., verisimile est Clementem ea, seu memoriæ lapsu, seu ut minus ad suum propositum necessaria, præteriisse.

(50) *Ῥίψας*. Ῥίψαις, Pindar. Mox, ἀμπνοάν, Pindar., Athenag., Cyril. Dein, καθέλεν pro καθεῖλεν, Pindar. Paulo post, ἐπέσκηψε pro ἐνέσκηψε, Cyril.

(51) *Εὐριπίδης*. Hos versus disposuimus, ut initio *Alcestidis* Euripideæ se habent; cum in prioribus Clementis editt. scripti essent, nulla metri ratione habita. Eos porro recitat etiam Cyrillus, loco cit. *statim post* Pindari versus. In secundo versu Nov. Ἀσκληπιός habet, pro Ἀσκληπιόν.

(52) *Ἰατρόν*. Hoc nomen Neptuno inditum est, *postquam serpentum* multitudinem sustulisset. Quod memorat Hesychius Milesius in *Originibus Byzant.*

(53) *Κρόνον δὲ ἐπικεῖσθαι Σικελίᾳ*. Legendum, Κρόνῳ δὲ ἐπικεῖσθαι Σικελίαν, *Saturno autem impositam esse Siciliam*, ut habet Nov. Non enim Saturnum Siciliæ, sed eam Saturno impositam fuisse fabulantur. Verum in Epiphanii *Ancorato* Jupiter dicitur ταρταρῶσαι τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα ἐν τῷ Καυκασίῳ ὄρει, *patrem suum, Saturnum, subjecisse Caucaso monti*. Item *Clementin.*, homil. 5, cap. 23 : Κρόνου γὰρ ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν, οὐκ ἐν οὐρανῷ, ἀλλ' ἐν γῇ, τάφος τις δείκνυται· *Saturni enim in Caucasiis montibus, non in cœlo, sed in terra, sepulcrum ostenditur*. Mox, τεθάφθαι, pro τετάφθαι, Nov.

(54) *Ἱστορείτων*. A. rectius ἱστορεῖτον, præsenti tempore. Ibidem A. mavult genit. casu τῶν Διοσκούρων πέρι· vel duali numero, τοῖν Διοσκούροιν. SYLBURG.

(55) *Ὅμηρος*. *Iliad*. Γ, vers. 243.

(56) *Ὁ τὰ Κυπριακά*. Stobæus tit. 31, *De verecundia*, citat Stasinum in *Cypriacis*, Athæneus lib. VIII et XV dubitat Cypriorum versuum auctor sitne Stasinus, an Hegesias. COLLECT.

(57) *Θανάτου*. A legendum θάνατον δὲ οἱ αἶσα πέπρωται monuit. SYLBURG.

(58) *Φῶτα γάρ*. Hic versus reperitur initio lib. Φ *Odysseæ*, ubi narratur Iphiti mors ab Hercule occisi. Cæterum quod Hervetus substituit ἄνθρωπον in locum τοῦ εἴδωλον, Homerus, *Odyss.* M, vocat etiam βίην Ἡρακλείην, εἴδωλον, cum occurrit Ulyssi apud inferos; qui locus ab Homeri reprehensoribus carpitur, et Lucianus inde sumit occasionem irri-

ὑφηγεῖται τοῦ σώματος *μικρὸν* (59), *φριξότριχα, ῥωστικόν*· Δικαίαρχος δὲ *σχιζίαν* (60), *νευρώδη, μέλανα, γρυπόν, ὑποχαροπόν, τετανότριχα*. Οὗτος οὖν ὁ Ἡρακλῆς, δύο πρὸς τοῖς πεντήκοντα ἔτη βεβιωκὼς κατέστρεψε τὸν βίον, διὰ τῆς ἐν Οἴτῃ πυρᾶς κηδευόμενος. Τὰς δὲ Μούσας, ἃς Ἀλκανδρος Διὸς καὶ Μνημοσύνης γενεαλογεῖ, καὶ οἱ λοιποὶ ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς ἐκθειάζουσι καὶ σέβουσιν· ἤδη δὲ καὶ ὅλαι πόλεις μουσεῖα μὲν ἵζουσιν (61) αὐταῖς Μούσαις· οὔσας θεραπαινίδας ταύτας ἐώνηται Μεγακλὼ, ἡ θυγάτηρ Μάκαρος. Ὁ δὲ Μάκαρ Λεσβίων μὲν ἐβασίλευεν, διεφέρετο δὲ ἀεὶ πρὸς τὴν γυναῖκα· ἠγανάκτει δὲ ἡ Μεγακλὼ ὑπὲρ τῆς μητρός· τί δ' οὐκ ἔμελλε; καὶ Μούσας (62) θεραπαινίδας ταύτας, τοσαύτας τὸν ἀριθμὸν, ὠνεῖται, καὶ καλεῖ Μύσας κατὰ τὴν διάλεκτον τὴν Αἰολέων (63). Ταύτας ἐδιδάξατο ᾄδειν, καὶ κιθαρίζειν τὰς πράξεις τὰς παλαιὰς ἐμμελῶς. Αἱ δὲ, συνεχῶς κιθαρίζουσαι, καὶ καλῶς κατεπᾴδουσαι, τὸν Μάκαρα ἔθελγον, καὶ κατέπαυον τῆς ὀργῆς. Οὗ δὴ χάριν ἡ Μεγακλὼ, χαριστήριον αὐταῖς ὑπὲρ τῆς μητρὸς, ἀνέθηκε στήλας (64) χαλκᾶς, καὶ ἀνὰ πάντα ἐκέλευσε τιμᾶσθαι τὰ ἱερά. Καὶ αἱ μὲν Μοῦσαι, τοιαίδε· ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Μυρσίλῳ τῷ Λεσβίῳ. Ἀκούετε δὴ οὖν τῶν παρ' ὑμῖν θεῶν τοὺς ἔρωτας, καὶ τὰς παραδόξους τῆς ἀκρασίας μυθολογίας, καὶ τραύματα αὐτῶν, καὶ δεσμὰ, καὶ γέλωτας, καὶ μάχας· δουλείας τε ἔτι, καὶ συμπόσια· συμπλοκάς τ' αὖ, καὶ δάκρυα, καὶ πάθη, καὶ μαχλώσας ἡδονάς. Κάλει μοι (65) τὸν Ποσειδῶ, καὶ τὸν χορὸν τὸν διεφθαρμένον (66) ὑπ' αὐτοῦ, τὴν Ἀμφιτρίτην, τὴν Ἀμυμώνην, τὴν Ἀλόπην, τὴν Μελανίππην, τὴν Ἀλκυόνην, τὴν Ἱπποθόην, τὴν Χιόνην, τὰς ἄλλας τὰς μυρίας· ἐν αἷς δὴ, καὶ τοσαύταις οὔσαις, ἔτι τοῦ Ποσειδῶνος ὑμῶν ἐστενοχωρεῖτο τὰ πάθη. Κάλει μοι καὶ τὸν Ἀπόλλω (67)· Φοῖβός ἐστιν οὗτος, καὶ μάντις ἁγνὸς, καὶ σύμβουλος ἀγαθός. Ἀλλ' οὐ ταῦτα ἡ Στερόπη λέγει, οὐδὲ ἡ Αἴθουσα, οὐδὲ ἡ Ἀρσινόη, οὐδὲ ἡ Ζευξίππη, οὐδὲ ἡ Προθόη, οὐδὲ ἡ Μάρπισσα, οὐδὲ ἡ Ὑψιπύλη· Δάφνη γὰρ ἐξέφυγε μόνη καὶ τὸν μάντιν, καὶ τὴν φθοράν. Αὐτός τε ὁ Ζεὺς ἐπὶ πᾶσιν ἡκέτω,

✠ P. 27 ED. POTTER, 20 ED. PARIS.

A Hieronymus philosophus, quo corporis habitu fuerit enarrans, parvum fuisse memorat, *horrentibus capillis*, *firmis viribus*. Dicæarchus vero *quadratum, nervosum, nigrum, naso aquilino, subcæsiis oculis, promissis capillis*. Atque hic quidem, postquam duos supra quinquaginta annos vixisset, vitam finivit, et in Œtæa pyra funeratus ✠ est. Jam vero Musas, quas Alcander dicit esse Jovis et Mnemosynes filias, reliquique etiam poetæ et scriptores deorum honoribus afficiunt, et totæ civitates exstructis de nomine ipsarum *Museis* colunt, cum ancillæ essent, mercata est Megaclo Macaris filia. Is autem Macar, cum rex esset Lesbiorum, cum uxore assiduas lites exercebat. Matris vicem vehementer dolebat Megaclo: quid non B factura erat? Itaque has ancillas totidem numero mercata, Æolica dialecto *Mysas* vocat. Has docuit vetera facta canere, et numerose ad citharam modulari. Illæ vero, cum assidue cithara luderent et dulciter accinerent, Macara permulcebant, ejusque iram sedabant. Cujus in memoriam beneficii Megaclo, ut pro matre gratias referret, illis statuas ex ære consecravit, et per omnia templa honore haberi jussit. Et sunt quidem Musæ hujusmodi. Hanc porro historiam tradit Myrsilus Lesbius. Attendite jam ad vestrorum deorum amores, ad incredibilem, quæ in fabulis habetur, intemperantiam, vulnera, et vincula, et risus, et pugnas; servitutem præterea, et convivia: denique ad complexus, et C lacrymas, et perturbationes, et impudicas voluptates. Voca huc Neptunum, totumque chorum, qui ab ipso corruptus est, Amphitriten, Amymonen, Alopen, Melanippen, Alcyonen, Hippothoen, Chionen, cum aliis innumeris: quibus tamen omnibus, quamvis tot essent, nondum exsaturata est libido Neptuni vestri. Voca huc quoque Apollinem: is est Phœbus, et castus vates, et bonus consiliarius. At non id Sterope dicit, non Æthusa, non Arsinoe, non Zeuxippe, non Prothoe, non Marpissa, non denique Hypsipyle. Effugit enim sola Daphne et

dendi deum hunc ex hominibus ascitum, in *Dialogis mortuorum*; nam si ille quoque umbra est vel simulacrum, habetque suos manes ut cæteri νεκροί, argumento est hominem fuisse. Collect.

(59) *Μικρόν*. Pro μικρόν, legendum esse μακρόν, *procerum*, ex A. Gellii lib. I, cap. 1, recte monet Sylb.

(60) *Σχιζίαν*. Hervetus vertit *gracilem*, vel *longis tibiis*; quod σχίζα significet ligna *fissa*, *quæ solent*, inquit, *esse gracilia*. Vid. ejus Commentarium. Quin etiam addit Sylburgius in Indice Græco, *suo idiomate* sudes *appellari*, *qui sunt corpore procero et macro*. Sed quid hoc ad Herculem, omnium hominum robustissimum, quemque hoc loco Clemens νευρώδη vocat? Melius itaque est, quod tradit Salmasius in Tertulliani lib. *De pallio*, pag. 372: « Σχιζίας, inquit, est quadrati et compacti corporis. Nam σχίζα est corpus ipsum, vel corporis truncus; κορμίας eosdem appellarunt; κορμός idem quod σχίζα. »

(61) *Μουσεῖα μὲν ἵζουσιν*. Non male fortasse legerimus μουσεῖα τεμενίζουσιν αὐταῖς. Ibidem mox A, inverso verborum ordine, mavult, ταύτας θεραπαινίδας οὔσας. Sylburg.

(62) *Μούσας*. Μύσας, Nov.

(63) *Τὴν Αἰολ*. Τῶν Αἰολ., Nov.

(64) *Στήλας*. Omittit Nov.

D (65) *Κάλει μοι*. Hæc secutus fuisse videtur Julius Firmicus *De errore prof. relig.* pag. 24: *Quis Amymonen, quis Menalippen, quis Chionen Hippothoenque corrupit? Nempe deus vester hæc fecisse memoratur*. Ubi legendum *Melanippen* pro Menalippen. Eadem mutatio facienda apud Theophilum Antiochen. *Ad Autolyc.* lib. II, pag. 85. Conf. Justinus M. *Paræn. ad Græcos*, Arnobius, lib. IV, Cyrillus *adv. Julianum* lib. VI, pag. 196.

(66) *Τὸν διεφθαρμένον*. Τῶν διεφθαρμένων Nov. Mox, τὴν Ἀλόπην, τὴν Μελανίππην, τὴν Ἀλκυόνην, omisit, ut videtur, propter voces ὁμοιοτελεύτους redeuntes, negligens librarius.

(67) *Ἀπόλλω*. Julius Firmicus, *loc. cit.*: *Ille, quem volunt veris oculis errantium hominum peccata corrigere, Steropen amat, Æthusam rapit, Zeuxippen stuprat, quærit Prothoen, et Arsinoe adultera cupiditate blanditur. Sed ex isto corruptarum mulierum grege una puella amatorem deum et vitavit et vicit. Daphnen enim divinans et futura prædicens, nec invenire potuit, nec stuprare*. Tatianus, *Orat. ad Græc.*,

vatem, et vitium. Et post omnes veniat ipse Jupiter, vestra sententia *hominum pater atque deorum*, qui in venerem adeo fuit effusus, ut omnes quidem appeteret, et suam in omnes expleret libidinem. Explebatur igitur mulieribus, non minus quam hircus Thmuitarum capris. Atque tua quidem, Homere, admiror poemata ✠ :

Dixit, et cæruleis superciliis annuit Saturnius;
Ambrosiæ autem comæ concussæ sunt regis
Capite ab immortali, magnum autem tremefecit
[*Olympum.*

Venerabilem, Homere, Jovem effingis, et reverendum illi nutum tribuis. At si cestum semel ostenderis, mi homo, arguitur Jupiter, et ejus coma dedecore afficitur. In quantam libidinem processit ille Jupiter, qui tot noctes cum Alcmena transegit in voluptate? Intemperanti enim ne novem quidem noctes sunt longæ : sed potius tota vita breve spatium libidini esset, quo illum nobis malorum averruncatorem deum seminaret. Jovis autem filius erat Hercules, germanus certe Jovis filius, longa illa nocte procreatus : qui quidem duodecim illa certamina non nisi longo tempore absolvit, quinquaginta vero Thestii filias una nocte compressit, tot virginum adulter et sponsus eodem tempore factus : ut ipsum poetæ *infelicem* et *nefarium* non injuria appellent. Longum esset et supervacaneum omnia ejus adulteria, et puerorum stupra recensere. Nam nec a pueris quidem dii vestri abstinuere; quorum unus Hyllam, alius Hyacinthum, alius Pelopem, alius Chrysippum, alius Ganymeden

A ὁ πατὴρ (68) καθ' ὑμᾶς ἀνδρῶν τε θεῶν τε· ὃς τοσοῦτος περὶ τὰ ἀφροδίσια ἐξεχύθη, ὡς ἐπιθυμεῖν μὲν πασῶν, ἐκπληροῦν δὲ εἰς πάσας τὴν ἐπιθυμίαν. Ἐνεπίμπλατο γοῦν γυναικῶν, οὐχ ἧττον ἢ αἰγῶν ὁ Θμουϊτῶν τράγος (69). Καὶ σοῦ, ὦ Ὅμηρε, τεθαύμακα τὰ ποιήματα·

Ἦ, καὶ (70) *κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·*
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξαν (71)
[*Ὄλυμπον.*

Σεμνὸν ἀναπλάττεις, Ὅμηρε, τὸν Δία, καὶ νεῦμα περιάπτεις αὐτῷ τετιμημένον. Ἀλλ' ἐὰν ἐπιδείξῃς μόνον, ἄνθρωπε, τὸν κεστὸν (72), ἐξελέγχεται καὶ ὁ Ζεὺς, καὶ ἡ κόμη καταισχύνεται. Εἰς ὅσον διελήλακεν ἀσελγείας ὁ Ζεὺς ἐκεῖνος, ὁ μετ' Ἀλκμήνης τοσαύτας
B ἡδυπαθήσας νύκτας; Οὐδὲ γὰρ αἱ νύκτες αἱ ἐννέα (73) τῷ ἀκολάστῳ μακραί· ἅπας δὲ ἔμπαλιν ὁ βίος ἀκρασίᾳ βραχὺς ἦν, ἵνα δὴ ἡμῖν τὸν ἀλεξίκακον σπείρῃ θεόν. Διὸς υἱὸς Ἡρακλῆς, Διὸς ὡς ἀληθῶς, ὁ ἐκ μακρᾶς γεννώμενος (74) νυκτός· τοὺς μὲν ἄθλους τοὺς δώδεκα, πολλῷ ταλαιπωρησάμενος χρόνῳ· τὰς δὲ πεντήκοντα (75) Θεστίου θυγατέρας νυκτὶ διαφθείρας μιᾷ, μοιχὸς ὁμοῦ καὶ νυμφίος τοσούτων γενόμενος παρθένων· οὔκουν ἀπεικότως οἱ ποιηταὶ σχέτλιον (76) τοῦτον καὶ αἰσυλοεργὸν ἀποκαλοῦσιν. Μακρὸν δ' ἂν εἴη, μοιχείας αὐτοῦ παντοδαπὰς, καὶ παίδων διηγεῖσθαι φθοράς. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ παίδων ἀπέσχοντο οἱ παρ' ὑμῖν θεοί· ὁ μέν τις Ὕλλου (77), ὁ δὲ Ὑακίνθου, ὁ δὲ Πέλοπος (78), ὁ δὲ Χρυσίππου, ὁ δὲ Γανυμήδους
C ἐρῶντες. Τούτους ὑμῶν αἱ γυναῖκες προσκυνούντων

✠ P. 28 ED. POTTER, 21 ED. PARIS.

cap. 13 : *Laudo te nunc, o Daphne, quæ Apollinis intemperantiam vicisti, et divinationem ejus redarguisti : siquidem eventuri tibi casus ignarus, nihil arte sua fructus percepit.* Conf. idem, c. 33; Cyrillus etiam, *loc. cit.*; Ovid., *Metam.* I.

(68) *Πατήρ.* Homeri hemistichium, quod occurrit *Iliad.* A, vers. 544, et sæpe alias.

(69) *Ὁ Θμουϊτῶν τράγος.* Had. Junius, cent. III, 93. *Thmuitarum hircus* de mulieroso homine, in quem adhinniunt quodammodo scorta, ad unius nutum parata. D. Clemens, *Protreptico*, loquens de Apolline, ὁ Θμουϊτῶν τράγος. Est autem, Thmuis, oppidum Ægypti, Stephano teste. Eusebius et Nicephorus Phileæ meminerunt Thmuitarum episcopi. D. Hieronymus, II *adversus Jovinianum*, urbes ait in Ægypto ex animalium vocabulis nuncupari, Leonto, Busiris, Thmuis, quod interpretatur *hir-*D *cus.* COLLECT. Ὀθμουϊτῶν τράγος Nov., mendose.

(70) *Ἦ, καί.* Ex *Iliad.* A, v. 527.

(71) *Ἐλέλιξαν.* A. ἐλέλιξεν, *torsit.* SYLBURG.

(72) *Τὸν κεστόν.* Intelligit cestum Junoni a Venere datum, quo sibi amorem Jovis conciliaret. Eum copiose describit Homerus, *Iliad.* Ξ.

(73) *Νύκτες αἱ ἐννέα.* Plerique Jovem tres noctes cum Alcmena concubuisse referunt : unde Lycophron Herculem ex illo concubitu genitum, τριέσπερον vocat, *Cassandræ* v. 33, et Justinus in *Parænesi*; *Ternoctem Herculeam* dixit Statius *Theb.* XII. *Seneca*, in *Agamemnone* duas noctes refert; quem numerum habet etiam Propertius lib. II, Martianus *Capella* lib. II, Hieronymus, *adv. Vigilantium*, etc. Arnobius novem noctes numerat, Clementem secutus lib. IV : *Deus Hercules natus est, qui in rebus hujusmodi patris sui transiret exsuperaretque virtutes; ille noctibus vix novem unam prolem extundere, concinnare*, etc. Item Cyrillus, *adv. Julian.* lib. VI, p. 196 : Γεγράφθω δὲ καὶ Ἀλκμήνη, μεθ' ἧς τὰς ἐννέα διατετέλεκε νύκτας ὁ καὶ ἐν τοῖς ἄγαν αἰσχροῖς κόρον οὐκ ἔχων. *Pingatur etiam Alcmena, cum qua novem exegit noctes, etiam in extrema turpitudine satietatem non expertus.*

(74) *Γεννώμενος.* Legi potest etiam γενόμενος, *natus.* SYLBURG.

(75) *Πεντήκοντα.* Conf. Pausanias *Bœoticis* cap. 27; Athenæus, lib. XIII; Arnobius, *loc. cit.*; Tatian., c. 36; Suidas, v. Θεστιάδες, etc.

(76) *Σχέτλιον.* Respicit *Iliad.* E, vers. 403, quo de Hercule dicit poeta :

Σχέτλιος, ὀβριμοεργὸς. ὃς οὐκ ὄθετ' αἴσυλα ῥέζων.

(77) *Ὕλλου.* Ὕλλα Nov. Item *Clementinorum* auctor homil. 5, cap. 15, quo de deorum amoribus agens; Ὁ Ζεὺς, inquit, Γανυμήδους ἐρᾷ· Ποσειδῶν Πέλοπος. Ἀπόλλων Κινύρου, Ζακύνθου, Ὑακίνθου, Φόρβαντος, Ὕλα, Ἀδμήτου, etc. *Jupiter Ganymedem amat, Neptunus Pelopem; Apollo, Cinyram, Zacynthum, Hyacinthum, Phorbantem, Hylam, Admetum.* Plerique Hylam Herculis amasium faciunt.

(78) *Ὁ δὲ Πέλοπος.* Julius Firmicus : *Pelops in deliciis amatoriis fuit, et diu prostituti pudoris damna sustinuit.* Tatianus, *contra Græc.* : Καὶ παρ' ὑμῖν δὲ ὁ Πέλοψ δεῖπνον τῶν θεῶν γίνεται καὶ Ποσειδῶνος ἐρώμενος. Pindarus, Od. I *Olymp.* : Πέλοπος, τοῦ μεγασθενὴς ἐράσσατο Ποσειδῶν. Ælianus. *Var. hist.* lib. XIII, c. 5, Chrysippum filium Pelopis rapuisse Laium tradit; et Athenæus, lib. XIII : *Laius apud Pelopem diversatus, adamavit ejus filium Chrysippum et cum raptum imposuisset currui, aufugit.* Praxilla Sicyonia Chrysippum a Jove raptum fuisse inquit. COLLECT. — Arnobius, lib. IV, aperte Clementem compilavit : *Ille Pelopis desideriis flagrat, hic in Chrysippum suspirat ardentius*, etc.

τοὺς θεούς· τοιούτους δὲ εὐχέσθων εἶναι τοὺς ἄνδρας A τοὺς ἑαυτῶν, οὕτω σώφρονας, ἵνα ὦσιν ὅμοιοι τοῖς θεοῖς, τὰ ἴσα ἐζηλωκότες. Τοιούτους ἐθιζόντων (79) οἱ παῖδες ὑμῶν σέβειν, ἵνα καὶ ἄνδρες γενήσωνται, εἰκόνα πορνείας ἐναγῆ τοὺς θεοὺς παραλαμβάνοντες. Ἀλλ' οἱ μὲν ἄῤῥενες αὐτοῖς τῶν θεῶν ἴσως μόνοι ἄττουσι περὶ τὰ ἀφροδίσια·

Θηλύτεραι (80) *δὲ θεαὶ μένον αἰδοῖ οἴκοι ἑκάστη,*

φησὶν Ὅμηρος, αἰδούμεναι αἱ θεαὶ διὰ σεμνότητα Ἀφροδίτην ἰδεῖν μεμοιχευμένην. Αἱ δὲ ἀκολασταίνουσιν ἐμπαθέστερον ἐν τῇ μοιχείᾳ δεδεμέναι· Ἠὼς ἐπὶ Τιθωνῷ, Σελήνη ἐπὶ Ἐνδυμίωνι (81), Νηρηῒς ἐπὶ Αἰακῷ, καὶ ἐπὶ Πηλεῖ Θέτις· ἐπὶ δὲ Ἰάσωνι Δημήτηρ, καὶ ἐπὶ Ἀδώνιδι (82) Φερσέφαττα. Ἀφροδίτη δὲ, ἐπ' Ἄρει κατῃσχυμένη, μετῆλθεν ἐπὶ Κινύ- B ραν, καὶ Ἀγχίσην ἔγημεν· καὶ Φαέθοντα (83) ἐλόχα, καὶ ἤρα Ἀδώνιδος· ἐφιλονείκει δὲ τῇ βοώπιδι, καὶ ἀποδυσάμεναι διὰ μῆλον (84) αἱ θεαὶ, γυμναὶ προσεῖχον τῷ ποιμένι, εἴ τις (85) αὐτῶν δόξει καλή. Ἴθι δὴ (86) καὶ τοὺς ἀγῶνας ἐν βραχεῖ περιοδεύσωμεν, καὶ τὰς ἐπιτυμβίους ταυτασὶ πανηγύρεις καταλύσωμεν, Ἴσθμιά τε, καὶ Νέμεα, καὶ Πύθια, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις Ὀλύμπια. Πυθοῖ μὲν οὖν ὁ δράκων ὁ Πύθιος θρησκεύεται, καὶ τοῦ ὄφεως ἡ πανήγυρις καταγγέλλεται (87) Πύθια· Ἰσθμοῖ δὲ σκύβαλον προσέπτυσεν ἐλεεινὸν ἡ θάλασσα· καὶ Μελικέρτην ὀδύρεται τὰ Ἴσθμια· Νεμεάσι δὲ ἄλλο (88) παιδίον (89) Ἀρχέμο-

A amavit. Hos deos vestræ uxores adorent, tales sibi maritos precentur, adeo temperantes, ut similes sint diis, et similia consectentur. Hos filii vestri colere assuescant, ut exsecrabile scortandi exemplum a diis capientes, viri evadant. **10** Sed ex diis soli forte masculi in venerem feruntur :

Feminæ autem deæ manebant pudore domi singulæ ,

ait Homerus, verecunde scilicet erubescentes Venerem videre in adulterio deprehensam. Verum hæ libidinosius adhuc vivunt, seque dedunt adulteriis : Aurora quidem cum Tithono, Luna cum Endymione, Nereis cum Æaco, Thetis cum Peleo, Ceres ✠ cum Jasone, Proserpina cum Adonide. Venus propter B Martem dedecus passa, transiit ad Cinyram, et nupsit Anchisæ, et insidias paravit Phaethonti, et Adonidem amavit. Eadem cum Junone contendit, et cum pomi gratia deæ vestes exuissent, permiserunt se pastori judicaturo, quænam esset ex eis pulchra. Age vero, certamina quoque vestra paucis obeamus, ac sepulcrales istos conventus, Isthmica, Nemea, Pythia, Olympia denique, dissipemus. Pythone quidem, Pythium draconem venerantur, serpentisque conventum nomine Pythiorum indicunt. Apud Isthmum autem, mare ejectitium ac miserabile cadaver exspuit, jamque Melicertem Isthmia lamentantur. Nemeæ similiter, cum alium pusionem Ar-

✠ P. 29 ED. POTTER.

(79) *Ἐθιζόντων*. Rectius, opinor, passiva forma ἐθιζέσθωσαν, *consuefiant*. Sylburg. — Mox, γένωνται pro γενήσωνται, Nov.

(80) *Θηλύτεραι*. *Odyss.* Θ, v. 324. Cæterum pro μένον, quod apud Homerum occurrit, et Nov. primæ Clementis editt. habent μόνον.

(81) *Ἐπὶ Ἐνδυμίωνι*. Ἐπί abest a vulg. edit. et Nov. Inserendam esse, perspicuum est e sequentibus. Ibidem mox pro Ἰάσωνι scribendum Ἰασίωνι ut apud Diodorum Siculum 237, 7: Ἐκ Δήμητρος καὶ Ἰασίωνος γενέσθαι παῖδα Πλοῦτον, et Ovidium, *Metam.* IX :

—— *queritur canescere mitem*
Iasiona Ceres. ——

Sylburg.

(82) *Ἀδώνιδι*. Pro Ἀδώνιδι reponendum esse Ἀϊδωνεῖ, cum aliunde liquet, tum ex p. 14, l. 23, et Athenæi loco modo citato. Sylburg. Perinde apud Justinum M., cujus hæc sunt verba Apol. I, c. 23 : Περσεφόνην καὶ Ἀφροδίτην, τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν οἰστρηθείσας· *Proserpinam et Venerem, propter Adonidem in furorem actas* : Sylburg. scribere jussit : Τὴν μὲν διὰ τὸν Ἄδωνιν, τὴν δὲ διὰ τὸν Ἀϊδωνέα οἰστρηθεῖσαν· *Hanc quidem propter Adonin, illam vero propter Aidonea in furorem actam* : « Nam Venus quidem, inquit, Adonin deperiit; Proserpina vero ab Aidoneo, seu Plutone, rapta fuit. » Id quidem nimis audacter, Justini et Clementis codicibus receptam lectionem unanimiter tuentibus. Quin ubi etiam Adonin a Proserpina, idque apud inferos, adamatum fuisse referunt. Theocritus, *Idyll.* 15, v. 86 :

Ὁ τριφίλατος Ἄδωνις, ὁ κἠν Ἀχέροντι φιλεῖται.
Ter amabilis Adonis, qui etiam apud inferos [*amatur.*

Ubi scholiastes, τριφίλατος, inquit, ὁ πολυφίλητος, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ· Ἀσπασίη τριφίλητος· ἢ ὅτι ὑπὸ τριῶν ἐφιλήθη, Διὸς, Ἀφροδίτης, καὶ Περσεφόνης ἐν ᾅδῃ.

(58) *Ἐρεχθεὺς δέ*. Plutarchus, in *Historiis parallelis Græcis et Romanis*, has duas narrat historias conjunctas, numero 20. Erechtheus cum Eumolpo bellum gerens, cum didicisset victorem futurum se, si filiam immolaret; re cum uxore Praxithea communicata, puellam mactavit : cujus rei Euripides in Erechtheo meminit. Marius, cum Cimbris bellum gerens, cum inferior illis esset, in somnio præmonitus est, victoriam se consecuturum, si filiam prius victimam offerret, Calpurniam nomine. Patriæ igitur charitati natura postposita, eo facto victoriam reportavit. Dorotheus IV *Rer. Ital.* COLLECT.

(59) *Δημάρατος ἐν π. Τρ*. Reinesius, *Var. lect.* lib. I, pag. 3, ait : « Demaratus ἐν πρώτῃ *Τραγῳ*-

chemorum sepelissent, hujus sepulcrale certamen Nemea nuncuparunt. Pisa quoque apud vos, o Græcorum genus universum, aurigæ Phrygii tumulus est: atque Olympia, hoc est Pelopis inferias, Phidiacus sibi Jupiter vindicat. Verisimile igitur est, mysteria vestra, sicut etiam oracula, fuisse certamina causa mortuorum instituta : et hæc quidem utraque publica facta sunt. Quæ porro Sagræ mysteria, et Alimunte Atticæ pago celebrantur, Athenis circumscripta sunt; ea vero certamina ac phalli, quæ Baccho consecrantur, pessumdederunt vitam, et sunt pene totius mundi dedecus ac probrum. Bacchus enim descendendi ad inferos desiderio flagrabat, sed viam ignorabat : hanc Prosymnus quidam promittit se monstraturum, verum ✠ non sine mercede. Merces ea in se quidem parum erat honesta, attamen honesta satis Baccho. Erat autem gratia venerea, quam Bacchus postulabatur. Deo igitur non repugnanti petitio statim explicatur : isque jurejurando promittit, si redierit, se, quod vellet, facturum. Cum viam didicisset, abiit, rursusque rediit, nec offendit Prosymnum; erat enim mortuus. Tum vero amatori ut debitum solveret, ad monumentum ejus se confert, et muliebria patiendi desiderio flagrat. Cum ergo ficulneum excidisset ramum, instar virilis membri efformat, et ei insidens, promissum persolvit mortuo. Atque hoc facinus mystico ritu commemorant, qui Baccho phallos fere per universas Græciæ urbes erigunt. *Nam nisi Baccho pompam ducerent, et carmina canerent in laudem pudendorum impudentissima, plane actum erat*, ait Heraclitus. Hic est ille Pluto, et Bacchus, cujus gratia insaniunt et bacchantur, non tam, ut opinor, præ ebrietate, quam ut turpes cæremonias, quæ in memoriam libidinis primitus fuerunt institutæ, de more peragant. Sunt ergo jure dii vestri tales, qui affectuum suorum servi fuere. Quin etiam servile ju-

A ρος κεκήδευται, καὶ τοῦ παιδίου ὁ ἐπιτάφιος (90) προσαγορεύεται Νέμεα. Πίσα δὲ ὑμῖν τάφος ἐστὶν (91), ὦ πανέλληνες, ἡνιόχου Φρυγός· καὶ τοῦ Πέλοπος τὰς χοὰς τὰ Ὀλύμπια, ὁ Φειδίου σφετερίζεται Ζεύς. Μυστήρια ἦσαν ἄρα, ὡς ἔοικεν, οἱ ἀγῶνες ἐπὶ νεκροῖς διαθλούμενοι, ὥσπερ καὶ τὰ λόγια, καὶ δεδημευνται ἄμφω. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπὶ Σάγρᾳ μυστήρια (92), καὶ τὰ ἐν Ἁλιμοῦντι τῆς Ἀττικῆς, Ἀθήνησι περιώρισται· αἶσχος δὲ δὴ κοσμικὸν οἵ τε ἀγῶνες καὶ οἱ φαλλοὶ οἱ Διονύσῳ ἐπιτελούμενοι, κακῶς ἐπινενεμημένοι τὸν βίον. Διόνυσος γὰρ κατελθεῖν εἰς ᾅδου γλιχόμενος, ἠγνόει τὴν ὁδόν· ὑπισχνεῖται δ' αὐτῷ φράσειν, Πρόσυμνος τοὔνομα (93) οὐκ ἀμισθεί. Ὁ δὲ μισθὸς οὐ καλὸς, ἀλλὰ Διονύσῳ καλός· καὶ ἀφροδίσιος ἦν ἡ χάρις ὁ μισθὸς, ὃν ᾐτεῖτο Διόνυσος. Βουλομένῳ δὲ τῷ θεῷ
B γέγονεν ἡ αἴτησις. Καὶ δὴ ὑπισχνεῖται παρέξειν αὐτῷ, εἰ ἀναζεύξοι, ὅρκῳ πιστωσάμενος τὴν ὑπόσχεσιν. Μαθὼν, ἀπῆρεν, ἐπανῆλθεν αὖθις· οὐ καταλαμβάνει τὸν Πρόσυμνον· ἐτεθνήκει γάρ. Ἀφοσιούμενος τῷ ἐραστῇ ὁ Διόνυσος, ἐπὶ τὸ μνημεῖον ὁρμᾷ, καὶ πασχητιᾷ. Κλάδον οὖν συκῆς, ὡς ἔτυχεν, ἐκτεμὼν, ἀνδρείου μορίου σκευάζεται τρόπον· ἐφέζεταί τε τῷ κλάδῳ, τὴν ὑπόσχεσιν ἐκτελῶν τῷ νεκρῷ. Ὑπόμνημα τοῦ πάθους τούτου μυστικὸν φαλλοὶ κατὰ πόλεις ἀνίστανται Διονύσῳ· *Εἰ μὴ γὰρ Διονύσῳ πομπὴν ἐποιοῦντο, καὶ ὕμνεον ᾆσμα* (94), *αἰδοίοισιν ἀναιδέστατα εἴργασται*, φησὶν Ἡράκλειτος. Οὗτος δὲ Ἀΐδης καὶ Διόνυσος (95), ὅτεῳ μαίνονται καὶ ληναΐζουσιν οὐ διὰ τὴν μέθην τοῦ σώματος, ὡς ἐγὼ οἶμαι, τοσοῦτον, ὅσον διὰ τὴν ἐπονείδιστον τῆς ἀσελγείας
C ἱεροφαντίαν. Εἰκότως ἄρα οἱ τοιοίδε ὑμῶν θεοὶ δοῦλοι παθῶν γεγονότες. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Εἱλώτων καλουμένων (96), τῶν παρὰ Λακεδαιμονίοις, δούλειον ὑπεισῆλθε ζυγὸν, Ἀπόλλων Ἀδμήτῳ (97) ἐν Φεραῖς, Ἡρακλῆς ἐν Σάρδεσιν Ὀμφάλῃ· Λαομέδοντι δ' ἐθήτευε Ποσειδῶν καὶ Ἀπόλλων, καθάπερ ἀχρεῖος οἰκέτης (98), μηδὲ ἐλευθερίας δήπουθεν δυνηθεὶς τυχεῖν

✠ P. 30 ED. POTTER, 22 ED. PARIS.

(90) *Ὁ ἐπιτάφιος*. Ὁ omittit Joan. Porro ἐπιτάφιον ἀγῶνα intelligit auctor, non *funebrem* orationem, ut putavit Hervetus. Itaque paulo post : Μυστήρια, inquit, ἦσαν ἄρα οἱ ἀγῶνες ἐπὶ νεκροῖς διαθλούμενοι.

(91) *Πίσα δὲ ὑμῖν τάφος ἐστίν*. Πίσσα δ' ἔστιν ἐν ὑμῖν τάφος, Euseb., Joan.

(92) *Τὰ μὲν ἐπὶ Σάγρᾳ μυστήρια*. Meursius *Eleusin*. cap. 6, his verbis recitatis, ait : Lege, Τὰ μὲν ἐπὶ Ἄγρᾳ μυστήρια. Nam τὰ μικρὰ μυστήρια Agris, ut majora Eleusine, habebantur. Stephanus, Ἄγρα καὶ Ἄγραι χωρίον, ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς· ἔστι δὲ καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς πόλεως, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἀποτελεῖται. Eustathius in *Iliad*. B : Ἔτι δὲ καὶ Ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ κωμικὸς δηλοῖ, ἡ καὶ Ἀγραία παρὰ Πλάτωνι κατὰ Παυσανίαν, ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ, ᾗ κλῆσις Ἄγρα καὶ Ἄγραι· οὗ τὰ μικρὰ ἤγετο, φησὶ, μυστήρια, ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Ἄγραις.

(93) *Πρόσυμνος τοὔνομα*. P. Leopardus lib. III, cap. 20. Omnia hæc habent Arnobius lib. V et Theodoretus in *Curatione Græc. affect*. Meminerunt etiam Hyginus, Lycophronis scholiastes, et Phavorinus in v. Ἐνόρχης, sed in nomine variant: nam quem Clemens, Arnobius et Gregorius *Prosymnum*, eumdem Theodoretus et Lycophronis interpres Πολύσυμνον vocant, Varinus Πολύσυννον, Hyginus mendose *Hypolipnum* vel *Hypolymnum*, Pausanias Πόλυμνον. Collect.—Πολύυμνος est Tzetzæ in Lycophronis vers. 212, quo loco nos e codd. mss. Πολύσυμνον posuimus. Wouwerius et Munckerus in Hygini *Poet. Astronom*. cap. 5, Πολύυπνον scribendum existimant.

D (94) *Καὶ ὕμνεον ᾆσμα*. Scribe et distingue, καὶ ὕμνεον ᾄσματα αἰδοίοισιν ἀναιδέστατα, εἴργαστο ἄν. Ne interpretatio quidem nobis satisfacit. Ithiphallica intelligit, quæ recte vocat ᾄσματα ἀναιδέστατα. Nam nisi illa canerentur in laudem pudendorum, plane actum erat. Hoc volebat Heraclitus. Heinsius.

(95) *Ἀΐδης καὶ Διόνυσος*. Ἀΐδης dicitur Bacchus, quod apud inferos agens, *inconspicuus* fuerit. Nam ἀΐδης exp. ἀφανής.

(96) *Ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Εἱλώτων καλ*. Scribe totum hunc locum, et distingue hoc modo, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Εἱλώτων τῶν παρὰ Λακεδαιμονίοις δουλικώτεροι. Deinde, δούλειον ὑπεισῆλθε ζυγὸν Ἀπόλλων. Heinsius.

(97) *Ἀπόλλων Ἀδμήτῳ*. De Apollinis servitute prolixe Euripides *Alcestide*, et Plutarchus *Erotico*. De Herculis servitute apud Omphalen Diodorus Siculus, p. 165. Plutarchus in lib. *An seni capienda resp*. et Terentius, *Eunuchi* act. V, sc. VIII. H. Sylburg.

(98) *Καθάπερ ἀχρεῖος οἰκέτης*. Respicit veterem

παρὰ τοῦ προτέρου δεσπότου. Τότε καὶ τὰ Ἰλίου τείχη A ἀνῳκοδομησάτην τῷ Φρυγί. Ὅμηρος δὲ τὴν Ἀθηνᾶν οὐκ αἰσχύνεται *παραφαίνειν* λέγων τῷ Ὀδυσσεῖ, *χρύσεον λύχνον ἔχουσαν ἐν χεροῖν*. Τὴν δὲ Ἀφροδίτην ἀνέγνωμεν, οἷον ἀκόλαστόν τι θεραπαινίδιον, παραθεῖναι φέρουσαν τῇ Ἑλένῃ τὸν δίφρον τοῦ μοιχοῦ κατὰ πρόσωπον, ὅπως αὐτὸν εἰς συνουσίαν ὑπαγάγηται. Πανύασις γὰρ, πρὸς τούτοις, καὶ ἄλλους παμπόλλους ἀνθρώποις λατρεῦσαι θεοὺς ἱστορεῖ, ὧδέ πως γράφων·

gum, perinde ac Helotæ Lacedæmoniorum, subiit, Apollo quidem Pheris apud Admetum, Hercules autem Sardis apud Omphalen : Laomedonti Phrygi servivit Neptunus, itemque Apollo, inutilis scilicet servus, qui a priori domino libertatem consequi non potuit; quo tempore ab illis instaurata fuerunt Ilii mœnia. Homerus autem dicere non est veritus, Minervam Ulyssi *prœluxisse*, *aureum lychnum in manibus tenentem*. Venerem vero legimus, velut impudicam aliquam ancillam, sellam Helenæ apposuisse exadversum adultero, quo eum ad coitum pelliceret. Panyasis denique, præter hos, alios quoque plures deos refert hominibus serviisse, sic scribens :

Τλῆ μὲν Δημήτηρ, τλῆ δὲ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
Τλῆ δὲ Ποσειδάων, τλῆ δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
Ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητευσέμεν (99) *εἰς ἐνιαυτόν.* B
Τλῆ δὲ καὶ ὁ βριμόθυμος Ἄρης, ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκης·

Sustinuit quidem Ceres, sustinuit præclarus Mulciber,
Sustinuit Neptunus, sustinuit etiam argenteum arcum habens Apollo,
Mortali viro annum servire;
Sustinuit etiam ferox Mars a patre coactus;

καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις (1). Τούτοις οὖν εἰκότως ἕπεται, τοὺς ἐρωτικοὺς ὑμῶν καὶ παθητικοὺς τούτους θεοὺς ἀνθρωποπαθεῖς ἐκ παντὸς εἰσάγειν τρόπου· *Καὶ γὰρ ἔην κείνοις θνητὸς χρώς*. Τεκμηριοῖ δὲ Ὅμηρος (2) μάλα ἀκριβῶς, Ἀφροδίτην ἐπὶ τῷ τραύματι παρεισάγων *ὀξὺ καὶ μέγα ἰάχουσαν*· αὐτόν τε τὸν πολεμικώτατον Ἄρη ὑπὸ τοῦ Διομήδους *κατὰ τοῦ κενεῶνος οὐτασμένον* διηγούμενος. Πολέμων δὲ, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὀρνύτου τρωθῆναι λέγει· ναὶ μὴν καὶ τὸν Ἀϊδωνέα ὑπὸ Ἡρακλέους τοξευθῆναι Ὅμηρος λέγει· καὶ τὸν Ἠλεῖον Αὐγέαν (3) Πανύασις ἱστορεῖ· ἤδη δὲ καὶ τὴν Ἥραν τὴν ζυγίαν ἱστορεῖ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ἡρακλέους ὁ αὐτὸς οὗτος Πανύασις C *ἐν Πύλῳ ἠμαθόεντι*· Σωσίβιος δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέα πρὸς τῶν Ἱπποκοωντιδῶν κατὰ τῆς χειρὸς οὐτασθῆναι λέγει. Εἰ δὴ τραύματα, καὶ αἵματα· οἱ γὰρ ἰχῶρες οἱ ποιητικοὶ εἰδεχθέστεροι καὶ τῶν αἱμάτων· σήψις γὰρ αἵματος ἰχὼρ νοεῖται. Ἀνάγκη τοίνυν θεραπείας καὶ τροφὰς παρεισάγειν αὐτοῖς, ὧν εἰσιν ἐνδεεῖς. Διὸ τράπεζαι, καὶ μέθαι, καὶ γέλωτες, καὶ συνουσίαι, οὐκ ἂν ἀφροδισίοις χρωμένων ἀνθρώπων (4), οὐδὲ παιδοποιουμένων, οὐδὲ μὴν ὑπνωσόντων, εἰ ἀθάνατοι, καὶ ἀνενδεεῖς, καὶ ἀγήρως ὑπῆρχον. Μετέλαβε δὲ καὶ τραπέζης ἀνθρωπίνης παρὰ τοῖς Αἰθίοψιν, ἀπανθρώπου δὲ καὶ ἀθέσμου, αὐτὸς ὁ Ζεὺς, παρὰ Λυκάονι (5) τῷ Ἀρκάδι ἑστιώμενος. Ἀνθρωπείων γοῦν ἐνεφορεῖτο σαρκῶν, οὐχ ἑκών· ἠγνόει γὰρ ὁ Θεὸς, ὡς ἄρα Λυκάων ὁ Ἀρκὰς, ὁ D ἑστιάτωρ αὐτοῦ, τὸν παῖδα κατασφάξας τὸν αὐτοῦ,

et quæ deinceps sequuntur. Erit itaque consentaneum, ut jam vobis ostendam, hos vestros deos, qui amore languent, et animi ✠ perturbationibus vexantur, cæteris quoque omnibus quos homines pati solent, affectibus obnoxios esse : *nam illis mortale corpus erat*. Hoc autem manifeste indicat Homerus, cum Venerem præ vulneribus *acute graviterque clamantem* inducit; ipsumque Martem belli Deum, a Diomede fuisse *ventre sauciatum* narrat. Polemo autem refert, Minervam etiam ab Ornyto vulneratam fuisse. Quin etiam Plutonem ab Hercule sagitta ictum dicit Homerus: quod de Eleo quoque Augea tradit Panyasis : qui Junonem etiam pronubam *in Pylo arenosa* ab eodem Hercule vulneratam fuisse memorat. Sosibius autem refert, ipsius etiam Herculis manum ab Hippocoontis filiis sauciatam fuisse. Quod si sunt vulnera, est etiam sanguis. Sanies enim poetica, quam ἰχῶρα vocant, est ipso sanguine turpior: nam putridus sanguis ἰχὼρ dicitur. Et curationes ergo, et nutrimenta, quibus indigent, necesse est inducere. Quare et mensæ eorum memorantur, et compotationes, et risus, et coitus: cum ne homines quidem venere uterentur, aut liberis operam darent, aut somno indulgerent, si essent immortales, et nullius indigi, seniique expertes. Jupiter vero ipse humanæ quidem mensæ particeps fuit apud Æthiopes, **11** inhumanæ autem et nefariæ, cum a Lycaone Arcade exciperetur. Tum enim humanis carnibus saturabatur, idque

✠ P. 31 ED. POTTER, 23 ED. PARIS.

tatem, quo fideles utilesque servi post aliquod tempus libertate donabantur. Conf. *Archæologiæ Græcæ* lib. I, cap. 10.

(99) *Θητευσέμεν*. Accipiendum pro aoristo θητεῦσαι, aut præsenti tempore θητευέμεν. SYLBURG.

(1) *Καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις*. Sic recte Nov. et posteriores Clementis editiones. Sed τά omittunt Florent. SYLBURG.

(2) *Ὅμηρος*. Conf. de Venere *Iliad*. E, vers. 343; de Plutone, v. 395; de Marte, v. 855.

(3) *Τὸν Ἠλεῖον Αὐγέαν*. Τὸν Ἡλίου Αὐγέαν, *Solis filium Augeam*, Nov. Utrumque tolerari potest; erat enim Augeas, Eleus, et Solis filius. Sed cur Augeam inter deos numeret, ratio non liquet. Legendum potius τὰς Ἡλίου αὐγάς, *Solis radios*. Herculem enim iratum ferunt sagittis suis Solem ipsum percussisse: Apollodorus, *Bibliothec*. lib. II, cap. 10: Θερμαινόμενος δὲ ὑπὸ Ἡλίου κατὰ τὴν πορείαν, τὸ τόξον ἐπὶ τὸν θεὸν ἐνέτεινεν· *Ubi vero in itinere Solis radiis calefieret, arcum in deum ipsum intendit*. Quod ignorans scriptor aliquis in poeticis fabulis minus versatus, τὸν ἡλίου, vel Ἠλεῖον Αὐγέαν substituisse videtur.

(4) *Ἀνθρώποις*. Rectius ἀνθρώπων. SYLBURG.— Idem deinde pro ὑπνωσόντων, legere mavult ὑπνωσσόντων. Mox legendum ἀγήρῳ. Hesiod. ἀθάνατοι καὶ ἀγήρῳ.

(5) *Λυκάονι*. Λυκάωνι, Nov. Mox, ἐνεφερεῖτο pro ἐνεφορεῖτο. Idem.

chemorum sepelissent, hujus sepulcrale certamen Nemea nuncuparunt. Pisa quoque apud vos, o Græcorum genus universum, aurigæ Phrygii tumulus est: atque Olympia, hoc est Pelopis inferias, Phidiacus sibi Jupiter vindicat. Verisimile igitur est, mysteria vestra, sicut etiam oracula, fuisse certamina causa mortuorum instituta : et hæc quidem utraque publica facta sunt. Quæ porro Sagræ mysteria, et Alimunte Atticæ pago celebrantur, Athenis circumscripta sunt; ea vero certamina ac phalli, quæ Baccho consecrantur, pessumdederunt vitam, et sunt pene totius mundi dedecus ac probrum. Bacchus enim descendendi ad inferos desiderio flagrabat, sed viam ignorabat : hanc Prosymnus quidam promittit se monstraturum, verum ✠ non sine mercede. Merces ea in se quidem parum erat honesta, attamen honesta satis Baccho. Erat autem gratia venerea, quam Bacchus postulabatur. Deo igitur non repugnanti petitio statim explicatur : isque jurejurando promittit, si redierit, se, quod vellet, facturum. Cum viam didicisset, abiit, rursusque rediit, nec offendit Prosymnum; erat enim mortuus. Tum vero amatori ut debitum solveret, ad monumentum ejus se confert, et muliebria patiendi desiderio flagrat. Cum ergo ficulneum excidisset ramum, instar virilis membri efformat, et ei insidens, promissum persolvit mortuo. Atque hoc facinus mystico ritu commemorant, qui Baccho phallos fere per universas Græciæ urbes erigunt. *Nam nisi Baccho pompam ducerent, et carmina canerent in laudem pudendorum impudentissima, plane actum erat*, ait Heraclitus. Hic est ille Pluto, et Bacchus, cujus gratia insaniunt et bacchantur, non tam, ut opinor, præ ebrietate, quam ut turpes cæremonias, quæ in memoriam libidinis primitus fuerunt institutæ, de more peragant. Sunt ergo jure dii vestri tales, qui affectuum suorum servi fuere. Quin etiam servile ju-

A ρος κεκήδευται, καὶ τοῦ παιδίου ὁ ἐπιτάφιος (90) προσαγορεύεται Νέμεα. Πίσα δὲ ὑμῖν τάφος ἐστὶν (91), ὦ πανέλληνες, ἡνιόχου Φρυγός· καὶ τοῦ Πέλοπος τὰς χοὰς τὰ Ὀλύμπια, ὁ Φειδίου σφετερίζεται Ζεύς. Μυστήρια ἦσαν ἄρα, ὡς ἔοικεν, οἱ ἀγῶνες ἐπὶ νεκροῖς διαθλούμενοι, ὥσπερ καὶ τὰ λόγια, καὶ δεδημευνται ἄμφω. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπὶ Σάγρᾳ μυστήρια (92), καὶ τὰ ἐν Ἀλιμοῦντι τῆς Ἀττικῆς, Ἀθήνησι περιώρισται· αἶσχος δὲ δὴ κοσμικὸν οἵ τε ἀγῶνες καὶ οἱ φαλλοὶ οἱ Διονύσῳ ἐπιτελούμενοι, κακῶς ἐπινενεμημένοι τὸν βίον. Διόνυσος γὰρ κατελθεῖν εἰς ᾅδου γλιχόμενος, ἠγνόει τὴν ὁδόν· ὑπισχνεῖται δ' αὐτῷ φράσειν, Πρόσυμνος τοὔνομα (93) οὐκ ἀμισθεί. Ὁ δὲ μισθὸς οὐ καλὸς, ἀλλὰ Διονύσῳ καλός· καὶ ἀφροδίσιος ἦν ἡ χάρις ὁ μισθὸς, ὃν ᾐτεῖτο Διόνυσος. Βουλομένῳ δὲ τῷ Θεῷ
B γέγονεν ἡ αἴτησις. Καὶ δὴ ὑπισχνεῖται παρέξειν αὐτῷ, εἰ ἀναζεύξοι, ὅρκῳ πιστωσάμενος τὴν ὑπόσχεσιν. Μαθὼν, ἀπῆρεν, ἐπανῆλθεν αὖθις· οὐ καταλαμβάνει τὸν Πρόσυμνον· ἐτεθνήκει γάρ. Ἀφοσιούμενος τῷ ἐραστῇ ὁ Διόνυσος, ἐπὶ τὸ μνημεῖον ὁρμᾷ, καὶ πασχητιᾷ. Κλάδον οὖν συκῆς, ὡς ἔτυχεν, ἐκτεμὼν, ἀνδρείου μορίου σκευάζεται τρόπον· ἐφέζεταί τε τῷ κλάδῳ, τὴν ὑπόσχεσιν ἐκτελῶν τῷ νεκρῷ. Ὑπόμνημα τοῦ πάθους τούτου μυστικὸν φαλλοὶ κατὰ πόλεις ἀνίστανται Διονύσῳ· *Εἰ μὴ γὰρ Διονύσῳ πομπὴν ἐποιοῦντο, καὶ ὕμνεον ᾆσμα* (94), *αἰδοίοισιν ἀναιδέστατα εἴργασται*, φησὶν Ἡράκλειτος. Οὗτος δὲ Ἀΐδης καὶ Διόνυσος (95), ὅτεῳ μαίνονται καὶ ληναΐζουσιν οὐ διὰ τὴν μέθην τοῦ σώματος, ὡς ἐγὼ οἶμαι, τοσοῦτον, ὅσον διὰ τὴν ἐπονείδιστον τῆς ἀσελγείας
C ἱεροφαντίαν. Εἰκότως ἄρα οἱ τοιοίδε ὑμῶν θεοὶ δοῦλοι παθῶν γεγονότες. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Εἱλώτων καλουμένων (96), τῶν παρὰ Λακεδαιμονίοις, δούλειον ὑπεισῆλθε ζυγὸν, Ἀπόλλων Ἀδμήτῳ (97) ἐν Φεραῖς, Ἡρακλῆς ἐν Σάρδεσιν Ὀμφάλῃ· Λαομέδοντι δ' ἐθήτευε Ποσειδῶν καὶ Ἀπόλλων, καθάπερ ἀχρεῖος οἰκέτης (98), μηδὲ ἐλευθερίας δήπουθεν δυνηθεὶς τυχεῖν

✠ P. 30 ED. POTTER, 22 ED. PARIS.

(90) *Ὁ ἐπιτάφιος*. Ὁ omittit Joan. Porro ἐπιτάφιον ἀγῶνα intelligit auctor, non *funebrem* orationem, ut putavit Hervetus. Itaque paulo post : Μυστήρια, inquit, ἦσαν ἄρα οἱ ἀγῶνες ἐπὶ νεκροῖς διαθλούμενοι.

(91) *Πίσα δὲ ὑμῖν τάφος ἐστίν*. Πίσσα δ' ἔστιν ἐν ὑμῖν τάφος, Euseb., Joan.

(92) *Τὰ μὲν ἐπὶ Σάγρᾳ μυστήρια*. Meursius *Eleusin*. cap. 6, his verbis recitatis, ait : Lege, Τὰ μὲν ἐπὶ Ἄγρᾳ μυστήρια. Nam τὰ μικρὰ μυστήρια Agris, ut majora Eleusine, habebantur. Stephanus, Ἄγρα καὶ Ἄγραι χωρίον, ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς· ἔστι δὲ καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς πόλεως, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἀποτελεῖται. Eustathius in *Iliad*. B : Ἔτι δὲ καὶ Ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ κωμικὸς δηλοῖ, ἡ καὶ Ἀγραία παρὰ Πλάτωνι κατὰ Παυσανίαν, ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ, ᾗ κλῆσις Ἄγρα καὶ Ἄγραι· οὗ τὰ μικρὰ ἤγετο, φησὶ, μυστήρια, ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Ἄγραις.

(93) *Πρόσυμνος τοὔνομα*. P. Leopardus lib. III, cap. 20. Omnia hæc habent Arnobius lib. V et Theodoretus in *Curatione Græc. affect*. Meminerunt etiam Hyginus, Lycophronis scholiastes, et Phavorinus in v. Ἐνόρχης, sed in nomine variant: nam quem Clemens, Arnobius et Gregorius *Prosymnum*, eumdem Theodoretus et Lycophronis interpres Πολύσυμνον vocant, Varinus Πολύσυννον, Hyginus men-
D dose *Hypolipnum* vel *Hypolymnum*, Pausanias Πόλυμνον. COLLECT.—Πολύυμνος est Tzetzæ in Lycophronis vers. 212, quo loco nos e codd. mss. Πολύσυμνον posuimus. Wouwerius et Munckerus in Hygini *Poet. Astronom*. cap. 5, Πολύυπνον scribendum existimant.

(94) *Καὶ ὕμνεον ᾆσμα*. Scribe et distingue, καὶ ὕμνεον ᾄσματα αἰδοίοισιν ἀναιδέστατα, εἴργαστο ἄν. Ne interpretatio quidem nobis satisfacit. Ithiphallica intelligit, quæ recte vocat ᾄσματα ἀναιδέστατα. Nam nisi illa canerentur in laudem pudendorum, plane actum erat. Hoc volebat Heraclitus. HEINSIUS.

(95) *Ἀΐδης καὶ Διόνυσος*. Ἀΐδης dicitur Bacchus, quod apud inferos agens, *inconspicuus* fuerit. Nam ἀΐδης exp. ἀφανής.

(96) *Ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Εἱλώτων καλ*. Scribe totum hunc locum, et distingue hoc modo, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Εἱλώτων τῶν παρὰ Λακεδαιμονίοις δουλικώτεροι. Deinde, δούλειον ὑπεισῆλθε ζυγὸν Ἀπόλλων. HEINSIUS.

(97) *Ἀπόλλων Ἀδμήτῳ*. De Apollinis servitute prolixe Euripides *Alcestide*, et Plutarchus *Erotico*. De Herculis servitute apud Omphalen Diodorus Siculus, p. 165. Plutarchus in lib. *An seni capienda resp*. et Terentius, *Eunuchi* act. V, sc. VIII. H. SYLBURG.

(98) *Καθάπερ ἀχρεῖος οἰκέτης*. Respicit veterem

παρὰ τοῦ προτέρου δεσπότου. Τότε καὶ τὰ Ἰλίου τείχη A ἀνῳκοδομησάτην τῷ Φρυγί. Ὅμηρος δὲ τὴν Ἀθηνᾶν οὐκ αἰσχύνεται *παραφαίνειν* λέγων τῷ Ὀδυσσεῖ, *χρύσεον λύχνον ἔχουσαν ἐν χεροῖν*. Τὴν δὲ Ἀφροδίτην ἀνέγνωμεν, οἷον ἀκόλαστόν τι θεραπαινίδιον, παραθεῖναι φέρουσαν τῇ Ἑλένῃ τὸν δίφρον τοῦ μοιχοῦ κατὰ πρόσωπον, ὅπως αὐτὸν εἰς συνουσίαν ὑπαγάγηται. Πανύασις γὰρ, πρὸς τούτοις, καὶ ἄλλους παμπόλλους ἀνθρώποις λατρεῦσαι θεοὺς ἱστορεῖ, ὧδέ πως γράφων·

Τλῆ μὲν Δημήτηρ, τλῆ δὲ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις,

Τλῆ δὲ Ποσειδάων, τλῆ δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων

Ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητευσέμεν (99) *εἰς ἐνιαυτόν.* B
Τλῆ δὲ καὶ ὁ βριμόθυμος Ἄρης, ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκης·

καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις (1). Τούτοις οὖν εἰκότως ἕπεται, τοὺς ἐρωτικοὺς ὑμῶν καὶ παθητικοὺς τούτους θεοὺς ἀνθρωποπαθεῖς ἐκ παντὸς εἰσάγειν τρόπου· *Καὶ γὰρ ἔην κείνοις θνητὸς χρώς*. Τεκμηριοῖ δὲ Ὅμηρος (2) μάλα ἀκριβῶς, Ἀφροδίτην ἐπὶ τῷ τραύματι παρεισάγων *ὀξὺ καὶ μέγα ἰάχουσαν*· αὐτόν τε τὸν πολεμικώτατον Ἄρη ὑπὸ τοῦ Διομήδους *κατὰ τοῦ κενεῶνος οὐτασμένον* διηγούμενος. Πολέμων δὲ, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὀρνύτου τρωθῆναι λέγει· ναὶ μὴν καὶ τὸν Ἀϊδωνέα ὑπὸ Ἡρακλέους τοξευθῆναι Ὅμηρος λέγει· καὶ τὸν Ἠλεῖον Αὐγέαν (3) Πανύασις ἱστορεῖ· ἤδη δὲ καὶ τὴν Ἥραν τὴν ζυγίαν ἱστορεῖ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ἡρακλέους ὁ αὐτὸς οὗτος Πανύασις C *ἐν Πύλῳ ἠμαθόεντι*· Σωσίβιος δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέα πρὸς τῶν Ἱπποκοωντιδῶν κατὰ τῆς χειρὸς οὐτασθῆναι λέγει. Εἰ δὴ τραύματα, καὶ αἵματα· οἱ γὰρ ἰχῶρες οἱ ποιητικοὶ εἰδεχθέστεροι καὶ τῶν αἱμάτων· σήψις γὰρ αἵματος ἰχὼρ νοεῖται. Ἀνάγκη τοίνυν θεραπείας καὶ τροφὰς παρεισάγειν αὐτοῖς, ὧν εἰσιν ἐνδεεῖς. Διὸ τράπεζαι, καὶ μέθαι, καὶ γέλωτες, καὶ συνουσίαι, οὐκ ἂν ἀφροδισίοις χρωμένων ἀνθρώποις (4), οὐδὲ παιδοποιουμένων, οὐδὲ μὴν ὑπνωσόντων, εἰ ἀθάνατοι, καὶ ἀνενδεεῖς, καὶ ἀγήρως ὑπῆρχον. Μετέλαβε δὲ καὶ τραπέζης ἀνθρωπίνης παρὰ τοῖς Αἰθίοψιν, ἀπανθρώπου δὲ καὶ ἀθέσμου, αὐτὸς ὁ Ζεὺς, παρὰ Λυκάονι (5) τῷ Ἀρκάδι ἑστιώμενος. Ἀνθρωπείων γοῦν ἐνεφορεῖτο σαρκῶν, οὐχ ἑκών· ἠγνόει γὰρ ὁ Θεὸς, ὡς ἄρα Λυκάων ὁ Ἀρκὰς, ὁ D ἑστιάτωρ αὐτοῦ, τὸν παῖδα κατασφάξας τὸν αὐτοῦ,

gum, perinde ac Helotæ Lacedæmoniorum, subiit, Apollo quidem Pheris apud Admetum, Hercules autem Sardis apud Omphalen: Laomedonti Phrygi servivit Neptunus, itemque Apollo, inutilis scilicet servus, qui a priori domino libertatem consequi non potuit; quo tempore ab illis instaurata fuerunt Ilii mœnia. Homerus autem dicere non est veritus, Minervam Ulyssi *prœluxisse, aureum lychnum in manibus tenentem*. Venerem vero legimus, velut impudicam aliquam ancillam, sellam Helenæ apposuisse exadversum adultero, quo eum ad coitum pelliceret. Panyasis denique, præter hos, alios quoque plures deos refert hominibus serviisse, sic scribens:

Sustinuit quidem Ceres, sustinuit præclarus Mulciber,

Sustinuit Neptunus, sustinuit etiam argenteum arcum habens Apollo,

Mortali viro annum servire;

Sustinuit etiam ferox Mars a patre coactus;

et quæ deinceps sequuntur. Erit itaque consentaneum, ut jam vobis ostendam, hos vestros deos, qui amore languent, et animi ✠ perturbationibus vexantur, cæteris quoque omnibus quos homines pati solent, affectibus obnoxios esse: *nam illis mortale corpus erat*. Hoc autem manifeste indicat Homerus, cum Venerem præ vulneribus *acute graviterque clamantem* inducit; ipsumque Martem belli Deum, a Diomede fuisse *ventre sauciatum* narrat. Polemo autem refert, Minervam etiam ab Ornyto vulneratam fuisse. Quin etiam Plutonem ab Hercule sagitta ictum dicit Homerus: quod de Eleo quoque Augea tradit Panyasis: qui Junonem etiam pronubam *in Pylo arenosa* ab eodem Hercule vulneratam fuisse memorat. Sosibius autem refert, ipsius etiam Herculis manum ab Hippocoontis filiis sauciatam fuisse. Quod si sunt vulnera, est etiam sanguis. Sanies enim poetica, quam ἰχῶρα vocant, est ipso sanguine turpior: nam putridus sanguis ἰχὼρ dicitur. Et curationes ergo, et nutrimenta, quibus indigent, necesse est inducere. Quare et mensæ eorum memorantur, et compotationes, et risus, et coitus: cum ne homines quidem venere uterentur, aut liberis operam darent, aut somno indulgerent, si essent immortales, et nullius indigi, seniique expertes. Jupiter vero ipse humanæ quidem mensæ particeps fuit apud Æthiopes, **11** inhumanæ autem et nefariæ, cum a Lycaone Arcade exciperetur. Tum enim humanis carnibus saturabatur, idque

✠ P. 31 ED. POTTER, 23 ED. PARIS.

rerem, quo fideles utilesque servi post aliquod tempus libertate donabantur. Conf. *Archæologiæ Græcæ* lib. I, cap. 10.

(99) *Θητευσέμεν*. Accipiendum pro aoristo θητεῦσαι, aut præsenti tempore θητευέμεν. SYLBURG.

(1) *Καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις*. Sic recte Nov. et posteriores Clementis editiones. Sed τά omittunt Florent. SYLBURG.

(2) *Ὅμηρος*. Conf. de Venere *Iliad*. E, vers. 343; de Plutone, v. 395; de Marte, v. 855.

(3) *Τὸν Ἠλεῖον Αὐγέαν*. Τὸν Ἡλίου Αὐγέαν, *Solis filium Augeam*, Nov. Utrumque tolerari potest; erat enim Augeas, Eleus, et Solis filius. Sed cur Augeam inter deos numeret, ratio non liquet. Legendum potius τὰς Ἡλίου αὐγάς, *Solis radios*. Herculem enim iratum ferunt sagittis suis Solem ipsum percussisse: Apollodorus, *Bibliothec*. lib. II, cap. 10: Θερμαινόμενος δὲ ὑπὸ Ἡλίου κατὰ τὴν πορείαν, τὸ τόξον ἐπὶ τὸν θεὸν ἐνέτεινεν· *Ubi vero in itinere Solis radiis calefieret, arcum in deum ipsum intendit*. Quod ignorans scriptor aliquis in poeticis fabulis minus versatus, τὸν ἡλίου, vel Ἠλεῖον Αὐγέαν substituisse videtur.

(4) *Ἀνθρώποις*. Rectius ἀνθρώπων. SYLBURG.— Idem deinde pro ὑπνωσόντων, legere mavult ὑπνωσσόντων. Mox legendum ἀγήρῳ. Hesiod. ἀθάνατοι καὶ ἀγήρῳ.

(5) *Λυκάονι*. Λυκάωνι, Nov. Mox, ἐνεφερεῖτο pro ἐνεφορεῖτο. Idem.

invitus: nesciebat scilicet deus, convivatorem suum Lycaonem filium suum interfectum (cui nomen erat Nyctimo) ipsi comedendum apposuisse. Hic est præclarus ille Jupiter, fatidicus, hospitalis, supplicum præses, clemens, panomphæus, scelerum ultor; imo potius injustus, exlex, flagitiosus, impius, inhumanus, raptor, stuprator, adulter, lascivus. Verum tunc erat forte, cum talis erat, cum homo erat. Nunc autem mihi ipsæ fabulæ vestræ consenuisse videntur: Jupiter non est amplius draco, non cycnus, non aquila, non homo lascivus; non volat deus, puerorum amore non tenetur, non dat oscula, non infert vim, etsi adhuc multæ sint pulchræ mulieres, Leda formosiores, et Semele vegetiores; adolescentes etiam multi, qui cum formæ pulchritudine, tum elegantia morum Phrygio bubulco præstant. Ubi vero nunc est aquila illa? ubi cycnus? ubi autem ipse ✠ Jupiter? Una cum pennis consenuit: nec enim legimus eum aut suorum amorum pœnituisse, aut temperantiam didicisse. Sed fabula hæc tandem detegitur, mortua est Leda, mortuus cycnus, mortua aquila. Quære tuum Jovem: nec vero cœlum, sed terram scruteris. Indicabit tibi, apud quem sepultus est, Cretensis in *Hymnis* Callimachus:

> . . . . *etenim sepulcrum, o rex, tuum*
> *Cretenses fabricarunt.*

Mortuus enim est Jupiter, ne commovearis, ut Leda, ut cycnus, ut aquila, ut homo amoribus deditus, ut draco. Quin etiam ipsi, qui hac prava sunt imbuti superstitione, videntur tandem suos de diis errores, quamvis inviti, et pene reluctantes, deprehendisse:

> *Non enim a quercu es antiqua, neque a petra,*
> *Sed hominum ex genere es.*

Statim vero invenientur iidem et *quercus* esse, et

A (Νύκτιμος ὄνομα αὐτοῦ·) παραθείη ὄψον τῷ Διί. Καλός γε ὁ Ζεὺς, ὁ μαντικὸς, ὁ ξένιος, ὁ ἱκέσιος, ὁ μειλίχιος, ὁ πανομφαῖος, ὁ προτροπαῖος (6)· μᾶλλον δὲ ὁ ἄδικος (7), ὁ ἄθεσμος, ὁ ἄνομος, ὁ ἀνόσιος, ὁ ἀπάνθρωπος, ὁ βίαιος, ὁ φθορεὺς, ὁ μοιχὸς, ὁ ἐρωτικός. Ἀλλὰ τότε μὲν ἦν ὅτε τοιοῦτος ἦν, ὅτε (8) δὴ ἄνθρωπος ἦν· νῦν δὲ ἤδη (9) μοι δοκοῦσι καὶ οἱ μῦθοι ἡμῖν γεγηρακέναι· δράκων ὁ Ζεὺς οὐκέτι, οὐ κύκνος ἐστὶν, οὐκ ἀετὸς, οὐκ ἄνθρωπος ἐρωτικός· οὐχ ἵπταται θεὸς, οὐ παιδεραστεῖ, οὐ φιλεῖ, οὐ βιάζεται, καίτοι πολλαὶ καὶ καλαὶ καὶ ἔτι (10) γυναῖκες, καὶ Λήδας εὐπρεπέστεραι, καὶ Σεμέλης ἀκμαιότεραι· μειράκια δὲ ὡραιότερα καὶ πολιτικώτερα τοῦ Φρυγίου βουκόλου. Ποῦ νῦν ἐκεῖνος ὁ ἀετός; ποῦ δαὶ (11) ὁ κύκνος; ποῦ δαὶ αὐτὸς ὁ Ζεύς; Γεγήρακε μετὰ τοῦ
B πτεροῦ· οὐ γὰρ δήπου μετανοεῖ τοῖς ἐρωτικοῖς, οὐδὲ παιδεύεται σωφρονεῖν. Γυμνοῦται δὲ ὑμῖν ὁ μῦθος, ἀπέθανεν ἡ Λήδα, ἀπέθανεν ὁ κύκνος, ἀπέθανεν ὁ ἀετός. Ζήτει σου τὸν Δία· μὴ τὸν οὐρανὸν, ἀλλὰ τὴν γῆν πολυπραγμόνει. Ὁ Κρὴς σοι διηγήσεται, παρ' ᾧ καὶ τέθαπται, Καλλίμαχος (12) ἐν Ὕμνοις·

> . . . *καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο*
> *Κρῆτες ἐτεκτήναντο.*

Τέθνηκε γὰρ ὁ Ζεὺς, μὴ δυσφόρει, ὡς Λήδα, ὡς κύκνος, ὡς ἀετὸς, ὡς ἄνθρωπος ἐρωτικὸς, ὡς δράκων. Ἤδη δὲ καὶ αὐτοὶ φαίνονται οἱ δεισιδαίμονες, ἄκοντες μὲν, ὅμως δ' οὖν συνιέντες τὴν πλάνην, τὴν περὶ τοὺς θεούς·

> *Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς (13) ἐσσὶ (14) παλαιφάτου, [οὐδ' ἀπὸ πέτρης,*
> C *Ἀλλ' ἀνδρῶν γένος ἐσσί.*

Μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ *δρύες* ὄντες εὑρεθήσονται, καὶ

✠ P. 32 ED. POTTER, 24 ED. PARIS.

(6) *Προτροπαῖος*. Ἀποτρόπαιος scribi vult Hervet.; προστρόπαιος, *scelerum vindex*, Nov. Recte.

(7) *Ὁ ἄδικος*. Articulum ὁ, qui abfuit ab exemplari, inserendum esse declarant commata sequentia. SYLBURG.

(8) *Τοιοῦτος ἦν ὅτε*. Hæc e Nov. propter ὅτε repetitum excidisse videntur.

(9) *Νῦν δὲ ἤδη*. Conf. Cyprianus, *De idolorum vanitate*; Tatianus, *Orat.*, cap. 37; Theophilus, principio lib. II *ad Autolyc.*; Minucius Felix, pag. 217, Edit. Hackian.; Lactantius, lib. I, c. 16; Athenagoras, *Legat.*, cap. 26.

(10) *Καὶ ἔτι*. Scribe ex Nov. καὶ νῦν ἔτι.

(11) *Δαί*. Δέ cum in hac, tum in sequenti pericope habet Nov.

(12) *Καλλίμαχος*. Callimachi versus hodieque exstat hymno in Jovem. Chrysostomus tamen, commentario in Epistolam ad Titum, et proverbialem illum versum,

> *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί,*

et hos Callimachi, Epimenidi Cretensi tribuit: sic enim ibi, Ἐπιμενίδης οὖν ἐστιν ὁ εἰρηκὼς, Κρὴς καὶ αὐτὸς ὤν. Ἔχει δὲ οὕτως· *Οἱ Κρῆτες* τάφον ἔχουσι τοῦ Διὸς, ἐπιγραφόντα τοῦτο· ἘΝΤΑΥΘΑ ΖΑΝ ΚΕΙΤΑΙ ὋΝ ΔΙΑ ΚΙΚΛΗΣΚΟΥΣΙ. Διὰ ταύτην οὖν τὴν ἐπιγραφὴν ὁ ποιητὴς ψεύστας τοὺς Κρῆτας κωμῳδῶν, προϊὼν, πάλιν ἐπάγει, αὔξων μᾶλλον τὴν κωμῳδίαν·

> . . . *καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο. . . .*
> *Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ [αἰεί.*

Aut memoria igitur Chrysostomum fefellit, aut duo hi poetæ idem scripserunt; quod ab aliis quoque factum docet Clemens infra in *Strom.* VI haud procul ab initio. H. SYLBURG.

(13) *Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός*. Versus est *Odyss.* T, v. 163:

> *Ἀλλὰ καὶ ὥς μοι εἰπὲ τεὸν γένος, ὁππόθεν ἐσσί.*
> D *Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου. . .*

Alia lectio παλαιφάγου. Verba sunt Penelopes ad Ulyssem. Reperitur et similis sententia *Iliad.* X, estque proverbium, quod magnus ille Chiliasta, chil. I, c. 8, 17, inde ductum ait, quod antiquitus in cavis quercubus habitarent homines, atque inde nati fingebantur; ideo et creditum est a Deucalione projectis e saxis natum mortalium genus. Alio item loco sibi ipsi non constat, et pejorem rationem reddit, chil. III, c. 7, 76. At Eustathius: Ὅτε νομάδα βίον εἶχον οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὀρεινόμουν, καὶ δρυῶν καὶ λίθων κοιλότησιν ἐπίστευον, τὰ νεογνὰ ἐκτιθέμενοι διὰ πενίαν τὰ φίλτατα. Ὅθεν καὶ φήμη διεσπάρη ἐκ τῶν εὑρισκόντων τὰ ἔκθετα βρέφη, ὡς ἄρα ἐκ δρυῶν καὶ λίθων γεννῶνται ἄνθρωποι. Usurpatur proverbium in eos, qui non carent genealogia, vel agrestibus non sunt moribus, ut a Sexto Empirico sub finem operis contra Mathematicos, et 438. 40. COL.

(14) *Ἐσσί*. Εἰσί hic, et in sequenti v. habet Nov.

πέτραι. Ἀγαμέμνονα (15) γοῦν τινα Δία ἐν Σπάρτῃ τιμᾶσθαι Στάφυλος ἱστορεῖ· Φανοκλῆς (16) δὲ ἐν *Ἔρωσιν τοῖς Καλοῖς*, Ἀγαμέμνονα τὸν Ἑλλήνων βασιλέα, Ἀργύννου (17) νεὼν Ἀφροδίτης ἵστασθαι, ἐπ' Ἀργήννῳ τῷ ἐρωμένῳ. Ἄρτεμιν δὲ Ἀρκάδες, Ἀπαγχομένην καλουμένην, προτρέπονται (18), ὥς φησι Καλλίμαχος ἐν *Αἰτίοις*· καὶ Κονδυλῖτις ἐν Μηθύμνῃ ἑτέρα τετίμηται Ἄρτεμις. Ἔστι δὲ καὶ Ποδάγρας ἄλλης Ἀρτέμιδος ἐν τῇ Λακωνικῇ ἱερὸν, ὥς φησι Σωσίβιος. Πολέμων δὲ κεχηνότος Ἀπόλλωνος οἶδεν ἄγαλμα· καὶ ὀψοφάγου πάλιν Ἀπόλλωνος ἄλλο ἐν Ἤλιδι τιμώμενον. Ἐνταῦθα Ἀπομυίῳ Διὶ θύουσιν Ἠλεῖοι· Ῥωμαῖοι δὲ, Ἀπομυίῳ Ἡρακλεῖ (19), καὶ Πυρετῇ δὲ καὶ Φόβῳ (20) θύουσιν· οὓς καὶ αὐτοὺς μετὰ τῶν ἀμφὶ τὸν Ἡρακλέα ἐγγράφουσιν. Ἐῶ δὲ Ἀργείους, οἳ Ἀφροδίτην τυμβωρύχον θρησκεύουσιν· (Ἀργεῖοι καὶ Λάκωνες (21) καὶ Χελύτιδα δὲ Ἄρτεμιν Σπαρτιᾶται σέβουσιν· ἐπεὶ τὸ βήττειν (22) χελύττειν καλοῦσιν. Οἴει πόθεν παραγέγραπταί σοι (23) ταῦτα; Κομίζεται τὰ ὑφ' ὑμῶν παρατιθέμενα· οὐδὲ τοὺς σοὺς γνωρίζειν ἔοικας συγγραφεῖς, οὓς ἐγὼ μάρτυρας ἐπὶ τὴν σὴν ἀπιστίαν καλῶ· ἀθέου χλεύης (24), ὦ δείλαιοι, τὸν πάντα ὑμῶν ἀβίωτον ὄντως βίον ἐμπεπληκότες. Οὐχὶ μέν τοι Ζεὺς φαλακρὸς ἐν Ἄργει, τιμωρὸς δὲ ἄλλος ἐν Κύπρῳ τε-

A *petræ*. Jovem enim quemdam Agamemnonem Spartæ coli refert Staphylus. Phanocles autem in libro, quem *Amores*, seu *Pulchros*, inscripsit, memorat Agamemnonem Græcorum regem templum Argynnæ Veneris, in memoriam amasii sui Argynni, condidisse. Callimachus in libro *Αἰτίων*, seu *Causarum*, dicit Arcadas divinos honores tribuere Dianæ Ἀπαγχομένῃ, seu *quæ se strangulavit*. Colitur etiam Methymnæ alia Diana Condylitis. Est quoque Podagræ alterius Dianæ templum in Laconica, ut refert Sosibius. Polemo autem *hiantis* Apollinis unum, et *popinonis* rursus Apollinis alterum ✠ quod in Elide colitur, simulacrum memorat: quin etiam iidem Elei Jovi muscarum depulsori, quemadmodum Romani Herculi muscarum depulsori, itemque Febri
B et Pavori, quos ejus inter comites referunt, sacra faciunt. Mitto autem Argivos, qui Venerem τυμβωρύχον, seu *quæ sepulcra effodit*, colunt. Sicut etiam Spartani Dianam Chelytida, quoniam tussire ab eis dicitur χελύττειν, venerantur. An tu vero, unde hæc citata fuerunt, intelligas? Ego certe quæ a vobismetipsis afferri in medium solent, apposui tibi; tu vero ne tuos quidem scriptores, quos ad arguendam tuam incredulitatem testes advoco, agnoscere videris. O miseri, qui totam vitam vestram,

✠ P. 33 ED. POTTER, 25 ED. PARIS.

(15) *Ἀγαμέμνονα*. Agamemnonem Jovem a Spartanis coli refert Athenagoras principio *Legat.* Apud Lycophron., v. 1123, Cassandra de Agamemnone:

Ἐμὸς δὲ ἀκοίτης, δμωΐδος νύμφης ἄναξ,
Ζεὺς Σπαρτιάταις αἱμύλοις κληθήσεται.

Meus autem maritus, captivæ dominus sponsæ,
Jupiter a Spartanis fallacibus vocabitur.

Conf. ejusdem poematis vers. 335, et utroque loco adnotata. Porro Staphyli meminit Athenæus lib. II; Plinius, *Nat. hist.*, lib. V, cap. 31; Sextus Empiricus, *Adv. mathem.*, lib. I, cap. 2; Scholiastes in *Apollonii Argon.*, lib. I et IV; Harpocration, Homeri scholiastes, etc. Quæ adnotavi propter Hervetum, qui de Staphylo vel Agamemnone Jove se quidquam legisse negat.

(16) *Φανοκλῆς*. Hunc locum emendarunt P. Leopardus, lib. IV, cap. 4, et Giraldus ab Herveto citatus; sed in eo differunt, quod ille legat ἐν Ἔρωσιν, ἢ Καλοῖς, *in Cupidinibus vel Formosis*, et Ἀργυννίδος νεὼν Ἀφροδίτης, *templum Veneris Argynnidis*. Profert etiam locum Stephani de Urbibus, ex quo liquet hunc Argynnum filium fuisse Pisidicæ Leuconis filiæ, Athamantis neptis filii Sisyphi. At A. pro Ἔρωσι, mavult Ἥρωσι. SYLBURG., COLLECT — Φανοκλῆς δὲ ἐν Ἔρωσιν τοῖς καλοῖς Ἀγαμέμνονα, Nov. mendose: siquidem ipse Clemens veram lectionem indicat esse, Φανοκλῆς δὲ ἐν Ἔρωσιν ἢ Καλοῖς, *Strom.* VI, p. 627, quo loco hunc Phanoclis librum iterum citavit.

(17) *Ἀργύννου*. Mox Ἀργήννῳ· sed ibi Ἀργύνῳ habet Nov. Sunt, qui utrobique malint Ἄργεννος per ε, quo nomine insula quædam legitur, et tria promontoria: significat autem Ἄργεννος, Æolica forma, idem quod ἀργεινός, *albus, candidus*. Hesychius, ἀργεννῆσι, λαμπραῖς, λευκαῖς. Ἀργυννον, Agamemnonis amasium; et Ἀργυννίδα Ἀφροδίτην agnoscit etiam Stephanus: sed addit, eamdem Ἀργεννίδα dici, ab Aristophane vero Ἀργεινίδα per diphthongum.

(18) *Προτρέπονται*. Scribe ex Nov. προστρέπονται, ut his superius προστροπαίους pro προτροπαίους. Hesychius, προστρεπόμενοι, σέβοντες, τιμῶντες, προσκυνοῦντες. Eidem vero προτρέπεσθαι est παρακαλεῖν. Quorum illud prius huic loco convenit.

(19) *Ἐν Ἤλιδι . . . Ἡρακλεῖ*. Ἐν Ἤλισι (sed Ἤλιδι supra id scriptum est) τιμώμενον· ἐνταῦθα
C Ἀπομυίῳ Ἡρακλεῖ, Nov. omissis scilicet intermediis vocibus a parum diligenti scriptore propter Ἀπομυίῳ repetitum.

(20) *Πυρετῇ δὲ καὶ Φόβῳ*. Πυρετῷ, Nov. Sed verisimile est Clementem Πυρετὴν scripsisse, quod Romanis *Febris* femina sit. Lactantius, lib. I, cap. 20: *Pavorem, Palloremque Tullus Hostilius figuravit, et coluit.* Paulo post: *Mala sua pro diis habent, ut Romani Rubiginem, ac Febrem.* Minutius *Octavio*, *Pavorem Hostilius atque Pallorem. Mox a nescio quo Febris dedicata.* Ælianus Πυρετόν appellat, Græcorum idioma secutus, qui Πυρετὴν dicere non solent; *Var. hist.*, lib. XII, cap. 11: Ῥωμαῖοι ὑπὸ τῷ λόφῳ τῷ Παλλαντίῳ, Πυρετοῦ καὶ νεὼν καὶ βωμὸν ἱδρύσαντο· *Romani sub Palatio colle Febris et templum et aram ædificaverunt.* Conf. Cicero, *De legib.*, lib. II; Plautus, *Asin.* II, 2, 2; Livius, lib. I, c. 27; Valerius Maximus, lib. II, c. 5; Plinius, lib. II, c. 7; Augustinus, *De civit. Dei*, pluribus locis, etc.
D (21) *Ἀργεῖοι καὶ Λάκωνες*. Commation hoc e margine in contextum irrepsisse videtur; eoque sublato melius constat et structura, et sententia. SYLBURG.

(22) *Βήττειν*. Hesychius, Χελούειν, βήσσειν· καὶ χελούσσειν ὁμοίως.

(23) *Οἴει πόθεν παραγέγραπταί σοι*, etc. Vetus lectio erat, Οἴει πόθεν παραγέγραπται ταῦτά σοι κομίζεσθαι, τὰ ὑφ' ἡμῶν παρατιθέμενα. Quam sic correxit Heinsius: Πόθεν οἴει παραγέγραπται ταῦτά σοι; κομίζεται τὰ ὑφ' ὑμῶν· *Unde putas*, inquit, *hæc deprompta esse? Vestris, o miseri et cæci, armis pugnamus. Vestri scriptores ista suppeditant nobis.*

(24) *Καλῶ· ἀθέου* κ. λ. Hunc locum sic distinxi. Antea scriptum erat, καλῶ, ἀθέου χλεύης. Ὦ δείλαιοι, τὸν πάντα ὑμῶν ἀβίωτον ὄντως βίον ἐμπεπληκότες. Arcerius et Sylburgius, inverso verborum ordine, sic scribunt, καλῶ· ὦ δείλαιοι, τὸν πάντα ὑμῶν ἀβίωτον βίον ἀθέου χλεύης ἐμπεπ. Sed ea transpositione opus esse non videtur.

minime quidem vitalem, tam nefariis ludibriis implevistis! Nonne Argis Jupiter *calvus*, alter vero *ultoris* nomine in Cypro colitur? Nonne Veneri *Peribasiæ* Argivi, *Meretrici* Athenienses, et *pulchris clunibus præditæ* Syracusii, quam Nicander καλλίγλουτον alicubi vocavit, sacra faciunt? Taceo nunc Bacchum χοιροψάλην, seu qui *naturam muliebrem contrectat.* Eum venerantur Sicyonii, præficiuntque muliebrum pudendis; turpitudinis præsidem, et omnis proterviæ patronum, summa religione colentes. Atque tales quidem sunt ipsis dii: tales autem sunt ipsi quoque, qui in divina religione ludunt, aut potius sibi illudunt, et gravissimas contumelias intorquent. Quanto melius Ægyptii, qui vicatim et per urbes bruta animalia coluerunt, quam Græci, qui hujuscemodi deos adorant! Sint enim illa feræ: at non sunt adulterio, non illicitis libidinibus dedita; nec ex illis vel unum alias voluptates, quam quas natura indulsit, consectatur. Ili autem quales sint, quid opus est dicere, cum jam eos satis arguerimus? Porro autem Ægyptii, quorum nunc feci mentionem, distracti sunt in varios ✠ cultus et religiones. Ex his enim Syenitæ colunt piscem phagrum: qui Elephantinam habitant, alium piscem, nomine mæoten: Oxyrinchitæ similiter, piscem, qui ab eorum regione nomen habet. Heracleopolitæ præterea, ichneumonem; Saitæ autem, et Thebani, ovem; lupum, Lycopolitani; canem, Cynopolitani; Apin, Memphitani; hircum, Mendesii. Vos autem, qui estis Ægyptiis omnino melio-

✠ P. 34 ED. POTTER, 25 ED. PARIS.

A τίμησθον (25); Οὐχὶ δὲ Ἀφροδίτη Περιβασίη (26) μὲν Ἀργεῖοι, Ἑταίρᾳ δὲ Ἀθηναῖοι, καὶ Καλλιπύγῳ (27) θύουσιν Συρακούσιοι; ἣν Νίκανδρος ὁ ποιητὴς καλλίγλουτόν που κέκληκεν. Διόνυσον δὲ ἤδη σιωπῶ τὸν χοιροψάλην· Σικυώνιοι τοῦτον προσκυνοῦσιν, ἐπὶ τῶν γυναικείων τάξαντες τὸν Διόνυσον μορίων, ἔφορον αἴσχους, καὶ τῆς ὕβρεως σεβάζοντες ἀρχηγόν. Τοιοίδε μὲν αὐτοῖς οἱ θεοί· τοιοίδε καὶ αὐτοὶ παίζοντες ἐν θεοῖς, μᾶλλον δὲ ἐμπαίζοντες καὶ ἐνυβρίζοντές σφισιν αὐτοῖς. Καὶ πόσῳ βελτίους Αἰγύπτιοι, κωμηδὸν καὶ κατὰ πόλεις τὰ ἄλογα τῶν ζώων ἐκτετιμηκότες, ἤπερ Ἕλληνες, τοιούτους προσκυνοῦντες θεούς! Τὰ μὲν γὰρ, εἰ καὶ θηρία, ἀλλ' οὐ μοιχικὰ, ἀλλ' οὔ μάχλα, παρὰ φύσιν δὲ θηρεύει ἡδονὴν οὐδὲ ἕν. Οἱ δὲ ὁποῖοι, τί καὶ χρὴ λέγειν ἔτι (28), ἀποχρώντως αὐτῶν διεληλεγμένων; B Ἀλλ' οὖν γε Αἰγύπτιοι, ὧν νῦν δὴ ἐμνήσθην, κατὰ τὰς θρησκείας τὰς σφῶν ἐσκέδανται· σέβουσι δὲ αὐτῶν Συηνῖται (29), φάγρον τὸν ἰχθύν· μαιώτην δὲ, ὃς ἄλλος (30) οὗτος ἰχθὺς, οἱ τὴν Ἐλεφαντίνην οἰκοῦντες· Ὀξυριγχῖται τὸν φερώνυμον τῆς χώρας αὐτῶν ὁμοίως ἰχθύν· ἔτι γε μὴν Ἡρακλεοπολῖται ἰχνεύμονα· Σαῖται δὲ καὶ Θηβαῖοι πρόβατον· Λυκοπολῖται δὲ λύκον· Κυνοπολῖται δὲ κύνα· τὸν Ἄπιν (31) Μεμφῖται· Μενδήσιοι τὸν τράγον· ὑμεῖς δὲ, οἱ πάντ' ἀμείνους Αἰγυπτίων, (ὀκνῶ δὲ εἰπεῖν χείρους·) οἱ τοὺς Αἰγυπτίους ὁσημέραι γελῶντες (32), οὐ παύεσθε, ὁποῖοί τινες καὶ περὶ τὰ ἄλογα ζῶα; Θεσσαλοὶ μὲν ὑμῶν τοὺς πελαργοὺς τετιμήκασι διὰ τὴν συνήθειαν· Θηβαῖοι δὲ (33) τὰς C γαλᾶς, διὰ τὴν Ἡρακλέους γένεσιν. Τί δὲ οὐ πά-

(25) *Τετίμησθον. Honorati sunt*, pro τετιμήσθων. Sic enim postulat grammatica regula: et ejusmodi anomalia notata etiam supra. SYLBURG.

(26) *Οὐχὶ δὲ Ἀφροδίτη περιβασίη.* P. Leopardus, lib. VIII, cap. 25. Veneris περιβασίας meminerunt Clemens Alex. et Hesychius, Περιβασώ, Ἀφροδίτην. Scholia in Clementem ἀσχημοποιόν interpretantur. Hæc ille.—Ipsum quoque verbum ἐμβαίνειν referunt ad turpia viri docti, exponentes illud ἐμβασικοίτης uspiam: Περιβασὼ autem decurtatum forte est ex Περιβασίη, ut Περσὼ ex Περσεφόνη, Συρακὼ ex Συράκουσα, Tarentino idiomate. Cæterum spurcum illud Dionysii epithetum, quod paulo post affert, παρὰ τὸ ψάλλειν, ἢ κόπτειν, ἢ τίλλειν, deducit Æschyli Scholiastes in *Persas* sub finem Tragœdiæ. COLLECT. — Περιβασίη forsan a promiscua *obambulatione*, ut ἡ πάνδημος. Alioqui et Παραιβασίη legi posset: ut quæ connubii leges sæpe transiliat. Hervetus Ἐπιβασίη cur maluerit, nescio. Quibusdam Περιβασὼ dicitur παρὰ τὸ περιβῆναι, a *divaricandis* cruribus, hinc *divaricatrix*. Suidæ, Περιβὰς est ἐποχούμενος.

(27) *Καλλιπύγῳ.* Scriptum erat καλλιπύργῳ, sed καλλιπύγῳ legendum declarat synonymum epitheton καλλίγλουτος. Item εὐπυγίαν affectare dicuntur feminæ in Alexidis quodam loco infra. Monuit de eodem errore Brodæus quoque *Miscell.* lib. I, cap. 19, ex Athenæi lib. XII. SYLBURG.

(28) *Λέγειν ἔτι.* Post ἔτι distingue, non ante. ID.

(29) *Συηνῖται.* Pro Εὐηνῖται, quod prius exstabat, Ortelius et Canterus Συηνῖται legendum esse docuerunt ex Æliano et Plutarcho. SYLBURG. —Evenitas non facilius, opinor, reperias, quam Osirim Ægyptii: quamobrem hic fortean legendum non Εὐηνῖται, sed Συηνῖται, *Syenitæ*. Facilius enim mutatur Συ in Ευ. Ælianus, lib. X *De anim*al. lib., cap. 19: Τοὺς ἰχθῦς τοὺς φαγροὺς Συηνῖται μὲν Αἰγυπτίων ἱεροὺς νομίζουσιν· οἱ δὲ οἰκοῦντες τὴν Ἐλεφαντίνην καλουμένην τοὺς μαιώτας. Deinde causam addit, quod pisces isti accessum inundantis Nili suo adventu prænuntient. Idem scribit Plutarchus, *De Iside et Osiride*, agens de Oxyrinchitis: Σεβόμενοι γὰρ τὸν ὀξύριγχον ἰχθὺν, δεδίασι μήποτε τὸ ἄγκιστρον καθαρὸν ἐστιν ὀξυρίγχου περιπεσόντος αὐτῷ, Συηνῖται δὲ φάγρου. Hunc ipsum Strabo φαγρόριον appellat et φάγρον, unde Phagroriopolis, lib. XVII, in Arabici sinus recessu. Ibi lem meminit et insulæ Elephantinæ in Nilo; et Plinius, lib. XVI, c. 21, ut circa Memphim Ægypti, et in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant folia, ne vitibus quidem. Athenæus, lib. VII, mæotas numerat inter Nili pisces. COLLECT.

(30) *Ὃς ἄλλος.* Ὃς redundat.

(31) *Τὸν Ἄπιν.* Conf. *Strom.* I, p. 322, 323; Herodotus, lib. II, cap. 65 et seq., Diodorus Siculus, D lib. II. Auctor *Constit. apost.*, lib. V, cap. 12: Ὡς παρ' Αἰγυπτίοις τὸν Ἄπιν, καὶ τὸν Μενδήσιον τράγον· *Ut apud Ægyptios Apim, et hircum Mendesium. Recognit.* Clementis, lib. V, cap. 20, de Ægyptiis ait, *Alii eorum bovem, qui Apis dicitur, colendum tradidere, alii hircum, alii cattas; nonnulli ibin; quidam serpentem; piscem quoque*, etc. Eadem fere habes *Clementinorum* homil. 10, cap. 16. De hirco Mendesiorum conf. Herodotus, lib. II, cap. 46.

(32) *Τοὺς Αἰγυπτίους . . . γελῶντες.* Simili ratione utitur Petrus in *Recognit.*, lib. V, cap. 21, et *Clementin.* hom. 10, cap. 17.

(33) *Θηβαῖοι δέ.* Ælianus, lib. XII, cap. 5, *De animalibus:* Καὶ Θηβαῖοι δὲ σέβουσιν Ἕλληνες ὄντες, ὡς ἀκούω, γαλῆν. *Thebani, quanquam Græci, mustelam religiose venerantur*; quia nimirum nutrix Herculis fuit, aut quod cum Herculem Alcmena parturiret, et parere non posset, ea prætercurrens pariendi vincula dissolvit. Ibidem etiam mures idem

λιν (34) Θετταλοὶ μύρμηκας ἱστοροῦνται σέβειν, ἐπεὶ τὸν Δία μεμαθήκασιν ὁμοιωθέντα μύρμηκι, τῇ Κλήτορος θυγατρὶ (35) Εὐρυμεδούσῃ μιγῆναι, καὶ Μυρμηδόνα γεννῆσαι; Πολέμων δὲ τοὺς ἀμφὶ τὴν Τρωάδα κατοικοῦντας ἱστορεῖ τοὺς ἐπιχωρίους μῦς, οὓς σμίνθους καλοῦσι (36), θρησκεύειν, ὅτι τὰς νευρὰς τῶν πολεμίων διέτρωγον τῶν τόξων· καὶ Σμίνθιον Ἀπόλλωνα ἀπὸ τῶν μυῶν ἐκείνων ἐπεφήμισαν. Ἡρακλείδης δὲ ἐν *Κτίσεσιν ἱερῶν περὶ τὴν Ἀκαρνανίαν* φησὶν, ἔνθα τὸ Ἄκτιον ἐστὶν ἀκρωτήριον, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἀκτίου τὸ ἱερὸν, ταῖς μυίαις προθύεσθαι βοῦν. Οὐδὲ μὴν Σαμίων ἐκλήσομαι (37)· πρόβατον, ὥς φησιν Εὐφορίων, σέβουσι Σάμιοι· οὐδέ γε τῶν τὴν Φοινίκην (38) Σύρων κατοικούντων, ὧν οἱ μὲν τὰς περιστερὰς, οἱ δὲ τοὺς ἰχθῦς οὕτω σέβουσι περιττῶς, ὡς Ἠλεῖοι τὸν Δία. Εἶεν δὴ, ἐπειδὴ οὐ θεοὶ, οὓς θρησκεύετε, αὖθις (39) ἐπισκέψασθαί μοι δοκεῖ, εἰ ὄντως εἶεν δαίμονες, δευτέρᾳ ταύτῃ, ὡς ὑμεῖς φατε, ἐγκαταλεγόμενοι τάξει. Εἰ γὰρ οὖν δαίμονες λίχνοι (40) τε καὶ μιαροὶ, ἔστι μὲν ἐφευρεῖν καὶ ἀναφανδὸν οὕτω κατὰ πόλεις δαίμονας ἐπιχωρίους, τιμὴν ἐπιδρεπομένους· παρὰ Κυθνίοις μὲν Ἔδημον (41)· παρὰ Τηνίοις Καλλισταγόραν· παρὰ

A res (vereor ne sit potius dicendum pejores), qui Ægyptios quotidie ludibrio habetis, quales estis in bruta animalia? Ex vobis enim Thessali ciconias coluerunt, quod id esset more majorum receptum. Thebani autem mustelas adorant, quod olim mustela nascentem Herculem adjuverit. Quid? Nonne Thessali dicuntur divinum cultum formicis tribuere, quod ex fabulis didicerint, Jovem sumpta formicæ forma, cum Eurymedusa, Cletoris filia, congressum, Myrmedonem genuisse? Polemo autem refert, eos, qui Troadem habitant, mures indigenas, quos σμίνθους vocant, venerari, quod arcuum hostilium nervos arroserint; exindeque Apollini *Sminthii* nomen imposuisse. Heraclides etiam in libro *De ædificationibus templorum in Acarnania*
B scribit, in Actio promontorio, ubi Actii Apollinis fanum est, ante cætera sacra bovem immolari muscis. Nec vero Samiorum obliviscar, a **12** quibus, prout tradit Euphorion, ovis colitur: ut nec eorum, qui Phœniciam Syrorum ✠ incolunt, quorum alii quidem columbas, alii vero pisces haud minus impense colunt, quam Elei Jovem. Age vero, cum sit satis ostensum, non esse deos, quos colitis; an

✠ P. 35 ED. POTTER, 26 ED. PARIS.

adorari tradit ab iis, qui Troadis Hamaxitum incolunt, unde Apollinem *Sminthium* appellant; tum vero in æde Sminthii cicures ali mures, σμίνθος enim illis murem significat. Addit deinde fabulam de muribus ab Apolline expulsis, et alteram quam hic innuit Clemens: Cretenses ad coloniam domo missi rogarunt, ut quempiam ad habitandum aptum locum ostenderet. Respondet ille, ubi γηγενεῖς, id
C est *terra geniti*, bellum eis inferrent, ibi considendum. Ita eos ad Hamaxitum profectos, castra posuisse: tum incredibilem murium multitudinem erupisse, et clypeorum lora derosisse, et arcuum nervos exedisse; ex quo conjecturam duxerunt, illos esse terrigenas; proinde hunc locum excoluisse, atque Apollini Sminthio templum excitasse. Eamdem fabulam narrat Strabo, lib. xiii *De Eurymedusa;* Arnobius, lib. iv: *Nunquid a nobis aliquando conscriptus est, modo in aurum versus, modo in Satyrum ludicrum, in draconem, in alitem, et, quod omnia genera contumeliarum transiliat, in formiculam parvulam, ut Clitoris videlicet filiam Myrmidonis redderet apud Thessalos matrem?* Collect. Conf. Ovid., *Metamorph.*, lib. ix, fab. 10.

(34) *Τί δὲ, οὐ π.* Hanc lectionem exhibuit primum Heinsius, et post eum reliquæ Clementis editiones. Vetus lectio erat, Τί δαὶ πάλιν Θετταλοὶ μύρμηκας ἱστοροῦνται σέβειν; quam quidem exhibent
D Flor. et Sylburg. Nec opus erat ea verba mutare, modo sic distinguantur, ut sit apud Nov. Τί δαὶ πάλιν οἱ Θετταλοί; μύρμηκας ἱστοροῦνται σέβειν, ἐπεὶ τὸν Δία, etc. *Quid autem rursus Thessali? formicas referuntur colere, quia Jovem*, etc.

(35) *Τῇ Κλήτορος θυγ. Εὐρυμεδούσῃ. Clitoris filiam* dixit Arnobius. At *Recognit.*, lib. x, c. 22, refertur Jupiter corrupisse *Eurymedusam Achelai, mutatus in formicam; ex qua nascitur Myrmidon. Acheloi* filiam dicunt *Clementina.*

(36) *Καλοῦσι.* Post καλοῦσι recte cum A inseruimus σέβεσθαι, θρησκεύειν, vel simile quid. Sylburg.

(37) *Οὐδὲ μὴν Σαμίων ἐκλήσομαι.* Ælianus, lib. xii, cap. 40: Τιμῶσι δὲ ἄρα Δελφοὶ μὲν λύκον, Σάμιοι δὲ πρόβατον. *Lupum Delphi colunt, Samii ovem venerantur.* Deinde causam addit, quod Samiis furto sublatum aurum ovis invenit. Ideo Mandrobulus Junoni ovem consecravit, ut Aristoteles tradit. Idem, lib. xi, cap. 8: *In Leucade promontorium est excelsum et sacrum, in eo Apollinis Actii fanum; cujus honori dedicatum tempus festum cum instat, in quo saltando etiam certant, bovem muscis mactant: cujus illæ sanguine saturatæ recedunt, veluti munere ad id faciendum persuasæ.* Euphorionem citat etiam idem lib. xvii, cap. 28, et Athenæus multis in locis. Collect.

(38) *Οὐδέ γε τῶν τὴν Φοινίκ.* P. Victorius, lib. xii, cap. 15. Tibullus in quadam elegia superstitionis Syrorum meminit, qui columbas consecrabant, timebantque violare, ita canens:

Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes
Alba Palæstino sancta columba Syro?

Alii legunt *suo*. Id quoque memoriæ prodidit Xenophon, in *Exped. Cyri;* narrat enim copias illas venisse ad fluvium Chalum, plenum magnorum piscium ac mansuetorum, quos Syri deos putarent, nec sinerent violari; quod etiam tribuebant columbis. Cicero, iii *De nat. deorum: Piscem Syri venerantur.* Porphyrius, lib. iv *Περὶ ἀποχῆς*, Menandri comici versus ponit, quibus exponitur quo humilitatis descendant Syri, ut deum placent, si forte aliquando incontinentia ducti piscem comederint.
D Collect. — Conf. Diodorus Sic., lib. ii.

(39) *Αὖθις.* Omittit Nov.

(40) *Λίχνοι.* Recte posteriores Clementis editt. λίχνοι habent; quam lectionem firmat Nov., λύχνοι, Flor., Sylb. Tatianus λίχνους καὶ ἀσώτους vocat, p. 48.

(41) *Παρὰ Κυθνίοις μὲν Ἔδημον.* A. C. παρὰ Κυθνίοις Μενέδημον. Item mox, pro παρὰ δ' Ἠλείοις Ἀνίον, legendum παρὰ Δηλίοις Ἄνιον. Anium certe Deli et regem fuisse, et sacerdotem, ex Dionysio Halicarnasseo et Virgilio clarum est; ex ipso etiam Clemente infra. Sylburg. — Et quidem Μενέδημον habet Nov.; unde, quin Clemens ita scripserit, haud potest dubitari. Cæterum de Anio, Eliensium deo, hæc dicit Vossius, *De orig. et progress. idol.*, lib. i, cap. 13: « Elienses Anium pro deo habuere, teste Clemente, *Admonitione ad gentes*. Sed cum conditores urbium soleant in deos referri, suspicio mihi oborta, *Alium* legi debere. Nam Eliorum urbs ab Elio, sive Alio, condita; unde et ipsi Dorice Plauto

sint vere dæmones, quos secundum a diis ordinem tenere creditis, jam erit ulterius dispiciendum. Si igitur dæmones sint gulæ dediti et impuri, ostendi facile possunt per singulas vestras urbes indigenæ dæmones, quibus divini honores persolvuntur. Apud Cythnios, Menedemus; apud Tenios, Callistagoras; apud Delios, Anius; apud Lacones, Astrabacus. Colitur etiam Phaleri quidam heros in puppi navis: et Pythia jussit sacra facere Platæensibus Androcrati, et Democrati, et Cyclæo, et Leuconi, Medico bello fervente. Alios etiam permultos dæmones reperiet, si quis paulum dispicere valeat:

A δ' Ἠλείοις Ἄνιον· παρὰ Λάκωσιν Ἀστράβακον (42)· τιμᾶται δέ τις καὶ Φαληροῖ κατὰ πρύμναν ἥρως· καὶ ἡ Πυθία συνέταξε θύειν Πλαταιεῦσιν Ἀνδροκράτει, καὶ Δημοκράτει, καὶ Κυκλαίῳ, καὶ Λεύκωνι, τῶν Μηδικῶν ἀκμαζόντων ἀγώνων. Ἔστι καὶ ἄλλους παμπόλλους συνιδεῖν δαίμονας, τῷγε καὶ σμικρὸν διαθρεῖν δυναμένῳ·

Ter enim decies mille sunt in terra multos pascente
accepisset, in promontorio, quod nunc Racotim appellant, statuisse; ubi et fanum Sarapidis colitur, et prædium haud procul hinc ipsi consecratum est: demum Blistichim meretricem mortuam Canopi, Ptolemæum translatam hoc in fano sepelivisse. Aliis autem visum est Sarapin Ponticum esse simulacrum, quod solemni pompa translatum ad Alexandriam memorant. Solus Isidorus auctor est, a Seleuciensibus, qui Antiochiæ finitimi sunt, traductum eo fuisse, cum hos etiam Ptolemæus frumenti penuria laborantes sustentasset. Eo autem, nescio quo modo, prolapsus ✠ est Athenodorus Sandonis illius, ut cum studeret Sarapidi vetustatem affingere, eum esse statuam arte factam arguerit: Sesostrim quippe ait, Ægyptiorum regem, cum plurimas Græcorum gentes subjugasset, reversum in Ægyptum permultos secum artifices eo duxisse. Osirin itaque proavum suum summo artificio jussit effingi: hoc autem operis tradidit Bryaxi artifici, haud ei quidem Atheniensi, sed cuidam cognomini, qui ad id perficiendum multiplici variaque materia usus est; habebat enim auri, et argenti, et æris, et ferri, et plumbi, et stanni, denique, ramenta: nec Ægyptiorum lapidum ullus omnino deerat, nec sapphiri quidem vel hæmatitæ fragmenta, sicut nec smaragdi, nec topazii. Hæc igitur omnia expolita prius et commista cyaneo colore imbuit, unde simulacri hujus color ad nigrorem accedit: hisque demum universis pigmento, quod de funere Osiridis et Apis reliquum erat, conspersis, Sarapin effinxit: cujus ipsum nomen funeris communionem, et procreationem e sepultura innuit, quod, compositione Osiridis et Apis facta, dictum sit Osirapis. Novum item alium in Ægypto, atque in ipsa pene Græcia ad Deum turbam cum eximia religione aggregavit Romanorum rex Antinoum, qui pulcherrimos inter numerandus erat, delicias amoresque suos, quem ipse, quomodo Ganymeden antea Jupiter, consecravit. Nec enim cupiditas ea modum facile tenere potest, quæ nullo metu coercetur. Itaque sacræ Antinoi noctes ab hominibus hodie cultu divino celebrantur, quarum turpitudinis sibi amator ipse conscius erat, qui si-

ποις τὸ χωρίον· Βλίστιχιν δὲ τὴν παλλακίδα τελευτήσασαν ἐν Κανώβῳ, μεταγαγὼν ὁ Πτολεμαῖος, ἔθαψεν ὑπὸ τὸν προδεδηλωμένον σηκόν. Ἄλλοι δέ φασιν Ποντικὸν εἶναι βρέτας τὸν Σάραπιν, μετῆχθαι δὲ εἰς Ἀλεξάνδρειαν, μετὰ τιμῆς πανηγυρικῆς. Ἰσίδωρος μόνος παρὰ Σελευκέων τῶν πρὸς Ἀντιόχειαν τὸ ἄγαλμα μεταχθῆναι λέγει, ἐν σιτοδείᾳ καὶ αὐτῶν γενομένων, καὶ ὑπὸ Πτολεμαίου διατραφέντων. Ἀλλ' ὅ γε Ἀθηνόδωρος ὁ τοῦ Σάνδωνος, ἀρχαΐζειν τὸν Σάραπιν βουληθεὶς, οὐκ οἶδ' ὅπως περιέπεσεν, ἐλέγξας αὐτὸν ἄγαλμα εἶναι γεννητόν· Σέσωστρίν φησι τὸν Αἰγύπτιον βασιλέα, τὰ πλεῖστα τῶν παρ' Ἕλλησι παραστησάμενον ἐθνῶν, ἐπανελθόντα εἰς Αἴγυπτον, ἐπαγαγέσθαι τεχνίτας ἱκανούς. Τὸν οὖν Ὄσιριν, τὸν προπάτορα τὸν αὐτοῦ, δαιδαλθῆναι ἐκέλευσεν αὐτὸς πολυτελῶς· κατασκευάζει δὲ αὐτὸν Βρύαξις ὁ δημιουργὸς, οὐχ ὁ Ἀθηναῖος, ἄλλος δέ τις ὁμώνυμος ἐκείνῳ τῷ Βρυάξιδι· ὃς ὕλῃ κατακέχρηται εἰς δημιουργίαν μικτῇ καὶ ποικίλῃ. Ῥίνημα γὰρ χρυσοῦ ἦν αὐτῷ καὶ ἀργύρου, χαλκοῦ τε, καὶ σιδήρου, καὶ μολίβδου, πρὸς δὲ καὶ κασσιτέρου· λίθων δὲ Αἰγυπτίων (27), ἐνέδει οὐδὲ εἷς, σαπφείρου καὶ αἱματίτου θραύσματα, σμαράγδου τε, ἀλλὰ καὶ τοπαζίου. Λεάνας οὖν τὰ πάντα καὶ ἀναμίξας, ἔχρωσε κυάνῳ· οὗ δὴ χάριν μελάντερον τὸ χρῶμα τοῦ ἀγάλματος· καὶ τῷ ἐκ τῆς Ὀσίριδος καὶ τοῦ Ἄπιος (28) κηδείας ὑπολελειμμένῳ φαρμάκῳ φυράσας τὰ πάντα, διέπλασε τὸν Σάραπιν· οὗ καὶ τοὔνομα αἰνίττεται τὴν κοινωνίαν τῆς κηδείας, καὶ τὴν ἐκ τῆς ταφῆς δημιουργίαν, σύνθετον ἀπό τε Ὀσίριδος καὶ Ἄπιος γενόμενον Ὀσίραπις. Καινὸν δὲ ἄλλον ἐν Αἰγύπτῳ, ὀλίγου δεῖν καὶ παρ' Ἕλλησι, σεβασμίως (29) τεθείακε θεὸν ὁ βασιλεὺς (30) Ῥωμαίων (31), τὸν ἐρώμενον, ὡραιότατον τῶν σφόδρα (32) γενόμενον Ἀντίνοον, ὃν ἀνιέρωσεν οὕτως, ὡς Γανυμήδην ὁ Ζεύς· οὐ γὰρ κωλύεται ῥᾳδίως ἐπιθυμία, φόβον οὐκ ἔχουσα· καὶ νύκτας ἱερὰς τὰς Ἀντινόου προσκυνοῦσιν ἄνθρωποι νῦν, ἃς αἰσχρὰς ἠπίστατο ὁ συναγρυπνήσας ἐραστής. Τί μοι θεὸν καταλέγεις, τὸν πορνείᾳ τετιμημένον; Τί δὲ καὶ ὡς υἱὸν θρηνεῖσθαι προσέταξας; Τί δαὶ (33) καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ διηγῇ; Αἰσχρόν ἐστι τὸ κάλλος ὕβρει μεμαραμμένον (34). Μὴ τυραννήσῃς, ἄνθρωπε, τοῦ κάλλους, μηδὲ ἐνυβρίσῃς

✠ P. 43 ED. POTTER, 32 ED. PARIS.

(27) *Αἰγυπτίων*. Αἰγυπτίῳ Nov.

(28) *Ὀσίριδος καὶ τοῦ Ἄπιος*. Sic etiam Lactantius, lib. I, c. 21. At Serapin quasi Σορόαπιν dictum vult Clemens *Strom.* I, pag. 322, 323, a σορός, *tumulus*, et Apis, propter rationem ibi redditam. Quod etymon Augustin. *De civit. Dei*, lib. XVIII, c. 5, ex Varrone, aliique plurimi tradunt. Verisimilius est, quod refert Plutarchus, lib. *De Iside et Osiride*, hunc deum Sinopenses, a quibus ad Ægyptios profectus est, pro Plutone coluisse: ac proinde Ægyptios eo nomine illum appellasse, quo ipsi Plutonem vocabant.

(29) *Σεβασμίως*. Lowthius σεβάσμιον legendum esse putat.

(30) *Ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων*. Adrianus: ut in Dionis epitome tradit Xiphilinus, et Chrysostomus in II Cor. XII, pag. 81, H. V. SYLBURG.—De Antinoo mentio est apud Justinum M. *Apol.* I, pag. 59; Tatianum, pag. 40, 41; Athenagor., *Legat.* pag. 121; Theophilum, *ad Autolycum*, lib. III, pag. 122; Tertullian. *Apol.*, cap. 13; Euseb., *Eccles. hist.*, lib. IV, cap. 8; Origenem in *Cels.* lib. III, p. 133; Pausaniam in *Arcadicis*, p. 469, 470. Edit. Hanov. Spartianum in *Adriano*, aliosque plurimos. Porro Clementis de Antinoo verborum partem primam et postremam recitat Eusebius, *Præpar. evang.*, lib. II, cap. 6.

(31) *Ῥωμαίων*. Ὁρωμένων Nov. mendose, ut videtur, pro ὁ Ῥωμαίων.

(32) *Ὡραίων τῶν σφόδρα*. Sic Heinsius, et post eum editores Paris., nulla, ut videtur, auctoritate freti; nam ὡραῖον τῶν σφόδρα exhibent Flor., Sylb.; ὡραιότατον σφόδρα, Euseb., Joan., qui hanc sententiam sic proferunt, ὡραιότατον σφόδρα γενόμενον Ἀντίνοον, ἀνιέρωσεν οὗτος, ὡς Γ.

(33) *Τί δαί*. Τί δέ, Nov.

(34) *Ὕβρει μεμαραμμένον*. Haud scio an aptius legerimus μεμολυσμένον, aut μεμιασμένον? SYLBURG.

ἀνθοῦντι τῷ νέῳ· τήρησον αὐτὸ καθαρὸν, ἵνα ᾖ καλόν. Βασιλεὺς τοῦ κάλλους γενοῦ, μὴ τύραννος. Ἐλεύθερος μεινάτω· τότε σου γνωρίσω τὸ κάλλος, ὅτι καθαρὰν τετήρηκας τὴν εἰκόνα· τότε προσκυνήσω τὸ κάλλος τὸ ἀληθινὸν, ὃ ἀρχέτυπόν (35) ἐστι τῶν καλῶν. Ἤδη δὲ, τάφος (36) ἐστὶ τοῦ ἐρωμένου· νεώς ἐστιν Ἀντινόου καὶ πόλις. Καθάπερ γὰρ, οἶμαι, οἱ ναοὶ, οὕτω δὲ καὶ οἱ τάφοι θαυμάζονται, πυραμίδες καὶ Μαυσώλια (37), καὶ λαβύρινθοι, ἄλλοι ναοὶ τῶν νεκρῶν, ὡς ἐκεῖνοι τάφοι τῶν θεῶν. Διδάσκαλον δὲ ὑμῖν παραθήσομαι τὴν προφῆτιν Σίβυλλαν·

A mul cum puero vigilarat. Quid mihi refers inter deos, cui præmium stupri honores persolvuntur? Cur autem eum jussisti lugeri tanquam filium? Cur ejus pulchritudinem enarras? Turpis est pulchritudo, quæ per contumeliam emarcuit. Ne tyrannidem exerceas, o homo, in pulchritudinem; ne probrum inferas florenti adolescenti; ipsam puram serva, ut sit pulchra. Pulchritudinis rex esto, non tyrannus. Liber maneat, sic tuam pulchritudinem agnoscam, quia puram servaveris imaginem. Sic veram adorabo pulchritudinem, quæ primigenium pulchrorum omnium exemplar est, et forma. ✠ Nunc catamiti hujus sepulcrum, Antinoi templum et oppidum est. Enimvero simili, ut opinor, templa sepulcraque sunt in admiratione: Pyramides quippe, Mausolea, Labyrinthi; alia quædam sunt templa mortuorum, quemadmodum illa deorum sepulcra. Magistram vobis afferam fatidicam Sibyllam **15**:

B

Οὐ ψεῦδος (38) *Φοίβου χρήσμηγόρον, ὅν τε μάταιοι*
Ἄνθρωποι θεὸν εἶπον, ἐπεψεύσαντο δὲ μάντιν·
Ἀλλὰ Θεοῦ μεγάλοιο, τὸν οὐ χέρες ἔπλασαν ἀνδρῶν,
Εἰδώλοις ἀλάλοισι λιθοξέστοισιν ὅμοιον.

Non oracla quidem dantis mendacia Phœbi,
Quem dixere Deum, quem falso nomine vatis
Vani appellarunt homines; sed numina veri
Magna Dei, quem non hominum manus ulla dolavit,
Signis consimilem mutis, saxoque politis.

Αὕτη μέντοι ἐρείπια τοῦ νεὼ προαγορεύει, τὸν μὲν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος χάσμασι καὶ σεισμοῖς καταποντίσεσθαι, προμηνύουσα οὕτως·

Ὑπτία δ' οἰμώξει Ἔφεσος κλαίουσα παρ' ὄχθαις,
Καὶ νηὸν ζητοῦσα τὸν οὐκέτι ναιετάοντα·

Τὸν δὲ Ἴσιδος καὶ Σαράπιδος ἐν Αἰγύπτῳ κατενεχθήσεσθαί φησι, καὶ ἐμπρησθήσεσθαι·

C

Ἶσι, θεὰ τριτάλαινα, μενεῖς ἐπὶ χεύμασι (39) *Νείλου*
Μούνη, μαινὰς, ἄναυδος, ἐπὶ ψαμάθοις Ἀχέροντος.

Εἶτα ὑποβᾶσα·

Καὶ σὺ, Σάραπι, λίθους ἀργοὺς ἐπικείμενε πολλοὺς,
Κείσῃ πτῶμα μέγιστον ἐν Αἰγύπτῳ τριταλαίνῃ.

Σὺ δὲ ἀλλ' εἰ μὴ προφήτιδος ἐπακούεις, τοῦ γε σοῦ ἄκουσον φιλοσόφου τοῦ Ἐφεσίου Ἡρακλείτου, τὴν ἀναισθησίαν ὀνειδίζοντος τοῖς ἀγάλμασι· *Καὶ ἀγάλμασι* (40) *τουτέοισιν εὔχονται, ὁκοῖον εἴ τις δόμοις λεσχηνεύοιτο.* Ἢ γὰρ οὐχὶ τερατώδεις οἱ λίθους προστρεπόμενοι, εἶτα μέντοι καὶ πρὸ τῶν πυλῶν ἱστάντες αὐτοὺς, ὡς ἐνεργεῖς; Ἑρμῆν προσ-

At lacrymas Ephesus recubans ad littora fundet,
Et quod erit nusquam templum gemebunda requiret.

Fanum vero Isidis et Sarapidis in Ægypto solo æquandum, et incendio absumendum dicit:

Isi, dea infelix, Nili remanebis ad amnem
Sola, carens et voce, furensque Acherontis arenis.

Deinde subjicit:

Tuque, Sarapi, sedens in saxis, multa dolebis,
Ægypto in misera cum magna ruina jacebis.

Tu vero, si minus ad vatem attendis, saltem tuo philosopho Heraclito Ephesio, dum exprobrat simulacris, quod sensu careant, aures adverte: *Et hæc*, inquit, *simulacra precantur, perinde ac si quis ad ædes sermonem haberet.* Annon enim sunt plane prodigiosi, qui lapides, quos præ foribus statuunt,
D quasi vita atque vigore præditos colunt? Adorant

✠ P. 44 ED. POTTER, 33 ED. PARIS.

(35) *Ὁ ἀρχ.* Ὁ omittit Nov.

(36) *Ἤδη δὲ τάφ.* Scribe, ex Euseb. et Joan., Ἤδη δὲ ὁ τάφος τοῦ ἐρωμένου, νεώς ἐστιν Ἀντινόου, καὶ πόλις· καθάπερ γὰρ οἶμαι, οἱ ναοὶ, οὕτω καὶ οἱ τ. Quod in versione expressum est.

(37) *Μαυσώλια.* Μαυσῶλα Euseb., Joan. Μαυσώλειον dixit Strabo lib. v.

(38) *Οὐ ψεῦδος.* Vulg. Sibyllini, pag. 253, habent Οὐ ψευδοῦς Φοίβου χρησμήτορος. Sylburg. Primo versu, χρησμογόρον, Nov. Ultimo, ἀλάλοις, idem. Mox, ἐρείπια τοὺς νεὼς προσαγορεύει, editt. Florent., Sylburg., quam lectionem mutavit Heinsius, non infeliciter, verum sine auctoritate.

(39) *Μενεῖς ἐπὶ χεύμασι.* Μενεῖς ἐπὶ χεύματα Nov Mox, ἐπιβᾶσα pro ὑποβᾶσα. Idem.

(40) *Καὶ ἀγάλμασι.* Origenes *contra Cels.*, lib. I, pag. 6: Ἐκτίθεται Ἡρακλείτου λέξιν, τὴν λέγουσαν, Ὅμοια, ὡς εἴτις τοῖς δόμοις λεσχηνεύοιτο, ποιεῖν τοὺς προσιόντας ὡς θεοῖς ἀψύχοις· *Exponit Heracliti dictum, eos, qui deos inanimes accedant, perinde facere ac si fabulentur cum parietibus.* Plenius hanc sententiam recitat lib. VII, pag. 373: Καὶ μὴν καὶ Ἡράκλειτος ὧδέ πως ἀναφαίνεται· Καὶ τοῖς ἀγάλμασι τουτέοισιν εὔχονται, ὁποῖον εἴτις τοῖς δόμοισι λεσχηνεύοιτο. *Atqui Heraclitus sic de his pronuntiat: Ita preces offerunt istis simulacris, ac si quis fabuletur cum parietibus.* Quibus testimoniis constat, perperam a nonnullis substitui δοκοῖσι *stipitibus*, pro δόμοισι. Porro legendum apud Clementem, τοῖς ἀγάλμασι τουτέοισιν, ex Origen. et Nov. Dein, δόμοισι pro δόμοις, ex Origen. Nam Heraclitus Ionica dialecto usus est.

quippe Mercurium quasi deum, sicut etiam Aguiea, seu viæ præsidem, et simul præ foribus statuunt. Nam si eos, quod sensu careant, afficiunt contumelia, cur adorant ut deos? Quod si existimant eos esse sensus participes, cur præ foribus constituunt? Romani autem, cum inceptorum suorum maximorum felicitatem Fortunæ acceptam referrent, et potentissimam deam esse existimarent, eam ✠in latrina statuerunt, cloacam ipsi, haud indignum numine templum, consecrantes. At vero lapidi, et ligno et diviti auro parum est curæ, seu nidor, seu sanguis, seu fumus, quo dum honoris causa fumigantur, fuliginem contrahunt; imo nec honor, nec contumelia. Sunt autem ejusmodi simulacra quovis animali viliora. Et quo modo, cum sensu careant, divinis affici honoribus cœperint, sæpe mirari subit, eorumque, qui in hunc errorem inciderint, utpote summe infelicium, amentiæ misereri. Nam si quædam animalia non habent omnes sensus, ut vermes et erucæ, quæque naturæ suæ conditione a primo ortu imperfecta sunt, velut talpæ, et mus araneus, quem Nicander vocat *cæcumque, surdumque*, tamen his signis et simulacris, quæ sunt penitus stupida, multum præstant: quippe cum uno saltem sensu prædita sint, auditu scilicet, vel tactu, vel qui odoratui, aut gustui respondeat, simulacra vero omni prorsus perceptione destituantur. Sunt autem multa animalia, quæ nec visum habent, nec auditum, nec vocem, cujusmodi est ostreorum genus; vivunt tamen, et augentur, et præterea una cum luna afficiuntur. Simulacra autem nihil prorsus agunt, nihil moliuntur, nihil sentiunt; sed alligantur, et clavis panguntur, et affiguntur, et conflantur, limantur, secantur, circumraduntur, cælantur. Ac stupidam sane insensilemque terram dedecorant statuarii, dum artificio suo naturam ejus immutant, eique divinos honores conciliant: quos mea quidem sententia non diis,

A χυνοῦσιν ὡς θεὸν, καὶ τὸν Ἀγυιέα (41), θυρωρὸν ἱστάντες. Εἰ γὰρ ὡς ἀναισθήτους ὑβρίζουσι, τί προσκυνοῦσιν ὡς θεούς; εἰ δὲ αἰσθήσεως αὐτοὺς μετέχειν οἴονται, τί τούτους (42) ἱστᾶσι θυρωρούς; Ῥωμαῖοι δὲ τὰ μέγιστα κατορθώματα τῇ τύχῃ ἀνατιθέντες, καὶ ταύτην μεγίστην οἰόμενοι θεὸν, φέροντες εἰς τὸν κοπρῶνα ἀνέθηκαν αὐτὴν, ἄξιον νεὼν τὸν ἀφεδρῶνα νείμαντες τῇ θεῷ. Ἀλλὰ γὰρ ἀναισθήτῳ λίθῳ, καὶ ξύλῳ, καὶ χρυσίῳ πλουσίῳ, οὐθ' ὁτιοῦν μέλει, οὐ κνίσσης (43), οὐχ αἵματος, οὐ καπνοῦ, ᾧ δὴ τιμώμενοι καὶ τυφόμενοι, ἐκμελαίνονται· ἀλλ' οὐδὲ τιμῆς, οὐχ ὕβρεως· τὰ δὲ καὶ παντός ἐστιν ἀτιμότερα ζώου, τὰ ἀγάλματα. Καὶ ὅπως γε τεθείασται τὰ ἀναίσθητα, ἀπορεῖν ἔπεισί μοι, καὶ κατελεεῖν τοὺς πλανωμένους τῆς
B ἀνοίας, ὡς δειλαίους· εἰ γὰρ καί τινα τῶν ζώων οὐχὶ πάσας ἔχει τὰς αἰσθήσεις, ὥσπερ εὐλαὶ καὶ κάμπαι, καὶ ὅσα διὰ τῆς πρώτης γενέσεως εὐθὺς ἀνάπηρα φαίνεται, καθάπερ οἱ σπάλακες (44), καὶ ἡ μυγάλη, ἥν φησιν ὁ Νίκανδρος *τυφλήν τε σμερδνήν τε*· ἀλλά γε ἀμείνους εἰσὶ τῶν ξοάνων τούτων καὶ τῶν ἀγαλμάτων, τέλεον ὄντων κωφῶν· ἔχουσι γὰρ αἴσθησιν μίαν γέ τινα, φέρε εἰπεῖν ἀκουστικὴν, ἢ ἁπτικὴν (45), ἢ τὴν ἀναλογοῦσαν τῇ ὀσφρήσει, ἢ τῇ γεύσει· τὰ δὲ οὐδὲ μιᾶς αἰσθήσεως μετέχει τὰ ἀγάλματα. Πολλὰ δέ ἐστι τῶν ζώων, ὅσα οὐδὲ ὅρασιν ἔχει, οὔτε ἀκοὴν, οὔτε μὴν φωνὴν, οἷον καὶ τὸ τῶν ὀστρέων γένος, ἀλλὰ ζῇ γε (46), καὶ αὔξεται, πρὸς δὲ καὶ τῇ σελήνῃ συμπάσχει. Τὰ δὲ ἀγάλματα ἀργὰ, ἄπρακτα, ἀναίσθητα,
C προσδεῖται, καὶ προσκαθηλοῦται, καὶ προσπήγνυται, χωνεύεται, ῥινᾶται, πρίεται, περιξέεται, γλύφεται. Κωφὴν μὲν (47) δὴ γαῖαν ἀεικίζουσιν οἱ ἀγαλματοποιοὶ, τῆς οἰκείας ἐξιστάντες φύσεως ὑπὸ τῆς τέχνης προσκυνεῖν (48) ἀναπείθοντες· προσκυνοῦσι δὲ οἱ θεοποιοὶ οὐ θεοὺς καὶ δαίμονας, κατά γε αἴσθησιν τὴν ἐμὴν, γῆν δὲ καὶ τέχνην, τὰ ἀγάλματα ὅπερ ἐστίν (49). Ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ ἄγαλμα ὕλη νεκρὰ, τεχνίτου χειρὶ μεμορφωμένη. Ἡμῖν δὲ (50) οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμα· νοητὸν οὐχ αἰσθητόν ἐστιν ὁ Θεὸς, etc.

✠ P. 45 ED. POTTER, 34 ED. PARIS.

(41) Ἀγυιέα. Ἀγλέα Nov., mendose.

(42) *Τούτους*. Τούτοις Flor., Sylb., quod Heinsius mutavit in τούτους· idque firmat Nov.

(43) *Μέλει, οὐ κν.* Μέλλει· οὐ κνίσσης, οὐχ αἵματος καπνοῦ, Nov.

(44) *Σπάλακες*. Ἀσπάλακες Nov., quorum utrumque in usu est.

(45) *Ἢ ἁπτικήν*. Omittit Nov.

(46) *Ἀλλὰ ζῇ γε*. Ἀλλὰ καὶ ζῇ, Nov.

(47) *Κωφὴν μέν*. Respicit *Iliad*. Ω, v. 54:

Κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων.
Surdam enim terram probro afficit præ furore.

(48) *Ὑπὸ τῆς τέχνης, καὶ πρ.* Ὑπὸ τῆς τέχνης προσκυνεῖν ἀναπείθοντες, *arte ut adorent inducentes*, Nov.

(49) *Τὰ ἀγάλματα, ὅπερ ἐστίν*. C., inverso ordine, legendum putat ὅπερ ἐστὶ τὰ ἀγάλματα. SYLBURG.

(50) *Ἡμῖν δέ*. Vetus lectio est, Ἡμῖν δὲ, οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν· νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστι νοητὸν, οὐχ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα. Ubi e margine in contextum irrepsisse videntur ista verba, νοητόν, οὐχ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα· uti ex iis expunctis legendum sit, ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστιν, ὁ Θεός. SYLBURG.—Recte irrepsisse aliquid notat Sylburgius. Veram lectionem pete ex interpretatione. Nempe, ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμα· νοητὸν οὐχ αἰσθητόν ἐστιν ὁ Θεὸς, etc. Cætera repetuntur, et sensum turbant: quare ejiciantur. HEINSIUS. — P. Faber cap. 2 *Dodecameni* hæc habet: Verum Deum esse aut solum, vel unum Deum esse dicitur, idolorum dæmonumque falso Dei nomen usurpan-
D tium habita ratione, ut scilicet ea nequaquam pro diis habenda esse doceatur; eoque pertinet, quod apud Clementem scriptum est, τὸν ὄντα ὄντως μὴ γνωρίζοντες Θεόν. Item quod aliquanto post, ubi nullum sensile simulacrum, quale gentibus, esse Christianis, sed verum Deum ipsa mente atque cognitione comprehendi docet. His enim verbis exprimit, ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστι νοητὸν, οὐχ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα· ὁ Θεὸς μόνος ὄντως Θεός. Sed hæc obscura et mendosa ita, meo quidem animo, correxeris, si pro priore νοητόν legeris νοητοῦ, et posterius illud αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα, tanquam superfluum, et a librario, vel a Scholiaste quodam, repetitum, expunxeris: neque enim dubito, quin ita prorsus Clemens exararit: ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητοῦ δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστι νοητὸν ὁ Θεὸς ὁ μόνος ὄντως Θεός. Atque ut antiquitus Judæi, Romana etiam vigente republica, Deum ineffabilem et invisibilem existimantes, nullo simulacro adhibito co-

ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν· νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστιν, ὁ Θεὸς, ὁ μόνος ὄντως Θεός. Καὶ δὴ ἔμπαλιν ἐν αὐταῖς που ταῖς περιστάσεσιν οἱ δεισιδαίμονες, οἱ τῶν λίθων προσκυνηταὶ, ἔργῳ μαθόντες ἀναίσθητον ὕλην μὴ σέβειν, αὐτῆς ἡττώμενοι τῆς χρείας, ἀπόλλυνται ὑπὸ δεισιδαιμονίας· καταφρονοῦντες δ' ὅμως τῶν ἀγαλμάτων, φαίνεσθαι δὲ μὴ βουλόμενοι αὐτῶν ὅλως περιφρονοῦντες, ἐλέγχονται ὑπ' αὐτῶν τῶν θεῶν, οἷς δὴ τὰ ἀγάλματα πεφήμισται (51). Διονύσιος μὲν γὰρ ὁ τύραννος, ὁ νεώτερος, θοιμάτιον τὸ χρύσεον περιελόμενος τοῦ Διὸς ἐν Σικελίᾳ, προσέταξεν αὐτῷ ἐρεοῦν περιτιθέναι, χαριέντως φήσας, τοῦτο *ἄμεινον εἶναι τοῦ χρυσίου, καὶ θέρους κουφότερον, καὶ κρύους ἀλεεινότερον*. Ἀντίοχος δὲ (52) ὁ Κυζικηνὸς, ἀπορούμενος χρημάτων, τοῦ Διὸς τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν, πεντεκαίδεκα πηχῶν τὸ μέγεθος ὂν, προσέταξε χωνεῦσαι, καὶ τῆς ἄλλης τῆς ἀτιμοτέρας ὕλης ἄγαλμα παραπλήσιον ἐκείνῳ, πετάλοις κεχρυσωμένον, ἀναθεῖναι πάλιν. Αἱ δὲ χελιδόνες (53), καὶ τῶν ὀρνέων τὰ πλεῖστα, κατεξαιροῦσιν (54) αὐτῶν τῶν ἀγαλμάτων εἰσπετόμενα, οὐδὲν φροντίσαντα οὔτε Ὀλυμπίου Διὸς, οὔτε Ἐπιδαυρίου Ἀσκληπιοῦ, οὐδὲ μὴν Ἀθηνᾶς Πολιάδος, ἢ Σαράπιδος Αἰγυπτίου· παρ' ὧν οὐδὲ αὐτῶν τὴν ἀναισθησίαν τῶν ἀγαλμάτων ἐκμανθάνετε. Ἀλλ' εἰσὶ μὲν κακοῦργοί τινες ἢ πολέμιοι ἐπιθέμενοι, οἵ δι' αἰσχροκέρδειαν ἐδῄωσαν τὰ ἱερὰ, καὶ τὰ ἀναθήματα ἐσύλησαν, ἢ καὶ αὐτὰ ἐχώνευσαν τὰ ἀγάλματα· καὶ εἰ Καμβύσης (55) τις, ἢ Δαρεῖος, ἢ ἄλλος μαινόμενος τοιαῦτα ἄττα ἐπεχείρησεν, καὶ εἰ τὸν Αἰγύπτιόν τις ἀπέκτεινεν Ἆπιν, γελῶ μὲν, ὅτι τὸν θεὸν ἀπέκτεινεν αὐτῶν, ἀγανακτῶ δὲ, εἰ κέρδους χάριν ἐπλημμέλει. Ἑκὼν οὖν ἐκλήσομαι τῆσδε τῆς κακουργίας, πλεονεξίας ἔργα, οὐχὶ δὲ ἀδρανείας τῶν εἰδώλων ἔλεγχον νομίζων. Ἀλλ' οὔτιγε τὸ πῦρ καὶ οἱ σεισμοὶ κερδαλέοι (56), οὐδὲ μὴν φοβοῦνται ἢ δυσωποῦνται, οὐ τοὺς δαίμονας, οὐ τὰ ἀγάλματα,

✠ P. 46 ED. POTTER.

A aut dæmonibus, sed, ex quibus constant simulacra terræ et artificio persolvunt hi, qui deos faciunt. Nam aliud certe nihil est simulacrum, quam inanima terra, cui artificis manus formam impressit. Apud nos autem haud quidem e sensili materia sensile simulacrum, sed quod sola mente percipitur, est Deus, qui solus vere Deus est. Ac rursus cum superstitiosi illi mortales, qui lapides adorant, adversam fortunam passi, ex ipsa re didicerint, quod materia sensus expers non sit ✠ divinis honoribus afficienda, ipsa necessitate et indigentia victi, metu falsæ religionis miseram sui jacturam patiuntur : et cum simulacra contemnant, ea tamen contemnere videri nolint, ipsorum deorum, quorum nominibus inscripta sunt, infortuniis et calamitatibus
B arguuntur. Nam Dionysius tyrannus junior, cum in Sicilia auream vestem Jovi detraxisset, jussit eum indui lanea, facete dicens, eam *esse aurea meliorem : ut quæ esset æstate levior, et hieme calidior*. Antiochus autem Cyzicenus, cum egeret pecunia, Jovis auream statuam, quæ quindecim cubitorum erat, fundi jussit, et ex alia viliori materia statuam illi similem, laminis inauratam, ejus loco reponi. Quinetiam hirundines, aliæque aves quamplurimæ advolantes, alvos in ipsa simulacra exonerant, nulla ratione habita, aut Olympii Jovis, aut Epidaurii Æsculapii, aut Minervæ Poliadis, aut Sarapidis Ægyptii; a quibus etiam ipsis vos necdum didicistis simulacra esse sensu penitus destituta. Nonnunquam etiam a prædonum vel hostium manu
C irruptione facta, incensa templa, donaria direpta, ipsa etiam simulacra turpis lucri gratia liquata sunt. Quod si Cambyses aliquis, vel Darius, aliusve quispiam insanus hujusmodi facinus aliquod tentaverit,
16 aut Ægyptium Apin occiderit : quod quidem ipsorum deum occiderit, risum mihi commovet;

lucere ; sic hodie Christianis nullum intelligibilis Dei simulacrum esse scripsit, sed intelligibile duntaxat, eum scilicet (ut equidem sentio, nam hoc a Clemente non explicatur) qui revera ipse Deus est, Filium Dei unigenitum. COLLECT.

(51) *Πεφήμισται*. Ἐπιπεφήμισται, Nov.

(52) *Ἀντίοχος δέ*. Arnobius, lib. VI *contra Gentes : Antiochum Cyzicenum ferunt quindecim cubitorum* (sic enim in Romana editione correctum est) *Jovem ex delubro aureum sustulisse, et ex ære bracteolis substituisse fucatum*. Fuit hic Antiochus Syriæ rex, Sidetis filius; regnavitque annos XVIII. Josephus, *Antiq.* lib. XIII, cap. 19; Eusebius et Justinus. Paulo post Arnob. secutus est Clementem, qui ante tribuit juniori Dionysio, quod alii seniori. Deinde, ut notat P. Victorius, lib. XXI, cap. 10, Cicero, lib. III *De nat. deor.*, id factum in Peloponneso ait, Clemens in Sicilia : sed vereor, inquit, ne hoc M. Tullio imposuerit, quod legens hoc factum in fano Jovis Olympii, ob dignitatem Peloponnesii fani putarit id in Peloponneso commissum. Sed in Sicilia quoque Jovis Olympii fanum fuisse T. Livius auctor est, lib. XXIV; et Diodorus Siculus. *Liberalis Dionysii* vertit Hervetus paulo post Græc. Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως. Arnobius : *Ubi Liber Eleutherius cum Athenis?* Ab Eleutheris, urbe Bœotiæ, cujus civis Ἐλευθερεύς. COLLECT.

(53) *Αἱ δὲ χελιδόνες*. Tertullian., *Apol.*, cap. 12 : *Igitur si statuas, et imagines frigidas mortuorum suorum simillimas, non adoramus, quas milvi, et mures, et araneæ intelligunt, nonne laudem magis quam pœnam merebatur repudium agniti erroris?* Minutius, Octavio : *Quanto verius de diis vestris animalia muta naturaliter judicant? mures, hirundines, milvi, non sentire eos sciunt, rodunt, inculcant, insident, ac nisi abigatis, in ipso dei vestri ore nidificant*, etc. Conf. Arnobius, lib. VI; Lactantius, lib. II, cap. 4; Augustinus, *in psalm.* CXIII. Simile est
D illud Horatii lib. I, sat. 8, vers. 37, *De Priapo :*

Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum.

(54) *Κατεξαιροῦσιν*. Quod sæpius dictum est, αι et ε a librariis confundi solere, id hoc loco repetendum; nam Clemens procul dubio scripsit κατεξερῶσιν, *alvum exonerant* in simulacra : sic in *Ranis* Aristophanes κατατιλᾷ τῶν Ἑκαταίων.

(55) *Καμβύσης*. Herodotus lib. III refert, quomodo Cambyses Apin Ægyptium occiderit. Quin etiam satis notum est, Persas, cum Græciam oppugnabant, obvia quæque templa combussisse : Cicero lib. II *De legibus : Nec sequor*, inquit, *magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia et libera.*

(56) *Σεισμοὶ κερδαλέοι*. Lowthius mavult σεισμοὶ σμερδαλέοι. Verum σεισμοὺς κερδαλέους dixit, quemadmodum paulo post πῦρ σωφρονοῦν.

sin vero turpis lucri causa id patraverit, doleo et indignor. Hæc itaque scelera, quæ non minus hominum avaritiam, quam deorum imbecillitatem ostendunt, haud invitus oblivione tegam. Quinetiam ignis, motusque terræ ea sunt astutia præditi, ut dæmones et simulacra non magis quam calculos, qui littoribus maris a fluctibus accumulari solent, pertimescant aut revereantur. Satis mihi perspectum est, ignem eos arguere, et superstitioni remedium afferre posse. Ignis in lucem te deducet, si vis hac amentia liberari. Hic enim templum, quod Argis erat, una cum sacerdote ✠ Chryside, combussit. Hic Ephesiæ Dianæ templum, quod post Amazonum tempora secundum erat; Romanumque haud semel Capitolium depopulatus est. Idem a Sarapidis fano Alexandriæ non abstinuit; et Bacchi Eleutherei delubrum Athenis diruit; Apollinis autem Delphici ædem, primo quidem procella disjecit, dein vero sapiens ignis funditus delevit. Atque hæc tibi relata sunt, velut eorum præfatio, quæ pollicetur ignis. Cur etiam ipsi statuarum artifices non inducunt vobis in animum, quotquot paulo cordatiores estis, inertem materiam contemnere? Phidias quidem Atheniensis, qui Olympii Jovis digito inscripsit OMNES JUVANS PULCHER: minime quidem Jovem, sed amasium suum esse pulchrum significans: Praxiteles etiam, qui, ut auctor est Posidippus de Cnido scribens, cum Veneris simulacrum fabricaretur, Cratinæ, amicæ cuidam suæ, quam potuit simillimam effinxit, ut illi sane miseri Praxitelis amicam venerarentur. Phryne vero Thespiaca meretrix cum florebat, universi pictores ejus formam in simulacris Veneris exprimebant: quemadmodum etiam lapicidæ in Mercuriis Athe-

✠ P. 47 ED. POTTER, 35 ED. PARIS.

A οὐ μᾶλλον ἢ τὰς ψηφῖδας, τὰς παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς σεσωρευμένας τοῖς κύμασιν (57). Οἶδα ἐγὼ πῦρ ἐλεγκτικὸν καὶ δεισιδαιμονίας ἰατρικόν. Εἰ βούλει παύσασθαι τῆς ἀνοίας, φωταγωγήσει σε τὸ πῦρ. Τοῦτο τὸ πῦρ καὶ τὸν ἐν Ἄργει νεὼν σὺν καὶ τῇ ἱερείᾳ κατέφλεξε (58) Χρυσίδι (59)· καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος, δεύτερον μετὰ Ἀμαζόνας, καὶ τὸ ἐν Ῥώμῃ Καπιτώλιον ἐπινενέμηται πολλάκις· οὐκ ἀπέσχετο δὲ οὐδὲ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρέων πόλει Σαράπιδος ἱεροῦ, Ἀθήνησι γὰρ τοῦ Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως κατήρειψε τὸν νεὼν, καὶ τὸν ἐν Δελφοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος πρότερον ἥρπασεν θύελλα, ἔπειτα ἠφάνισε πῦρ σωφρονοῦν (60). Τοῦτό σοι προοίμιον ἐπιδείκνυται, ὧν ὑπισχνεῖται τὸ πῦρ. Οἱ δὲ τῶν ἀγαλμάτων δημιουργοὶ οὐ δυσωποῦσιν ὑμῶν τοὺς ἔμφρονας, τῆς
B ὕλης καταφρονεῖν; ὁ μὲν Ἀθηναῖος (61) Φειδίας ἐπὶ τῷ δακτύλῳ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἐπιγράψας, ΠΑΝΤΑΡΚΗΣ ΚΑΛΟΣ· οὐ γὰρ καλὸς αὐτῷ ὁ Ζεὺς, ἀλλ' ὁ ἐρώμενος ἦν· ὁ Πραξιτέλης δὲ, ὡς Ποσίδιππος ἐν τῷ περὶ Κνίδου (62) διασαφεῖ, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄγαλμα τῆς Κνιδίας κατασκευάζων, τῷ Κρατίνης τῆς ἐρωμένης εἴδει παραπλήσιον πεποίηκεν αὐτὴν, ἵν' ἔχοιεν οἱ δείλαιοι τὴν Πραξιτέλους ἐρωμένην (63) προσκυνεῖν. Φρύνη δὲ ὁπηνίκα ἤνθει ἡ ἑταίρα ἡ Θεσπιακὴ, οἱ ζωγράφοι πάντες τῆς Ἀφροδίτης εἰκόνας πρὸς τὸ κάλλος ἀπεμιμοῦντο Φρύνης, ὥσπερ αὖ καὶ οἱ λιθοξόοι τοὺς Ἑρμᾶς Ἀθήνησιν πρὸς Ἀλκιβιάδην ἀπείκαζον. Ὑπολείπεται τῆς σῆς κρίσεως τὸ ἔργον ἐπάξαι, εἰ βούλει, καὶ τὰς ἑταίρας προσκυνεῖν. Ἐντεῦθεν, οἶμαι, κινηθέντες οἱ βασιλεῖς
C οἱ παλαιοὶ, καταφρονοῦντες τῶν μύθων τούτων, ἀνέδην (64), διὰ τὸ ἐξ ἀνθρώπων ἀκίνδυνον, σφᾶς αὐτοὺς θεοὺς ἀνηγόρευον· ταύτῃ κἀκείνους διὰ τὴν δόξαν ἀπηθανατίσθαι (65) διδάσκοντες· Κῆϋξ μὲν Αἰόλου (66), Ζεὺς

(57) *Τοῖς κύμασιν*. Τὰ κύματα, Nov. Mox, ἰατρικόν pro ἰατικόν, idem.

(58) *Σὺν καὶ τῇ ἱερείᾳ κατέφλεξεν Χρυσίδι*. Paulus Leopard. lib. VI, cap. 11; *Adv. Jovinianum*, lib. I, apud D. Hieron. Recte legitur, nec est *Chry-...* legendum, ut quidam arbitrantur, tametsi apud Pausaniam legatur τὴν ἱερείαν Χρυσηΐδα: auctores habeo Thucydiden in II et IV: *Templum Junonis apud Argos deflagravit Chryside sacerdote, cum lucernam ardentem coronis apposuisset, illic ita soporata, ut incensa omnia non sentiret: propter quod Argivos verita, protinus in Phliuntem nocte confugit*. Clementem item Alexandr. et Arnobium, lib. VI: *Ubi Juno regina, cum inclytum ejus fanum* D *sacerdotemque Chrysidem eadem vis flammæ Argiva in civitate deleret? Ubi Serapis Ægyptius, cum consimili casu jacuit, solutus in cinerem cum mysteriis omnibus atque Iside?* Collect.

(59) *Χρυσίδι*. Arnobius et Thucydides *Chrysidem* vocant; Pausanias vero Χρυσηΐδα in *Corinthiacis*, p. 115, quo loco refert eam non quidem, ut ait Clemens, cum templo conflagrasse, sed in Arcadiam ad Tegeatas confugisse, ibique in templo Minervæ Aleæ religione loci se tutatam esse adversus Argivos, qui eam ad pœnas exposcebant, quod ejus somnolentia templum Junonis conflagrasset.

(60) *Πῦρ σωφρονοῦν*. Tertullianus, *Scorpiaco: Sapiens ignis effigiem vituli defundit illis, sugillans illic cor habentes, ubi et thesaurum*. Minutius Felix *Octavio: Illic sapiens ignis membra urit et reficit, carpit et nutrit, sicut ignes fulmine corpora tangunt, nec absumunt*. Collect.

(61) *Ὁ μὲν Ἀθηναῖος*. Arnobius sexto: *Inter significes ille memoratus Phidias et primus, cum Olympiam formam Jovis molimine operis extulisset immensi, super Dei digito* Pantauches (leg. *Pantarces*) *inscripsit*, Pulcher: *nomen autem fuerit amati ab se pueri, atque obscena cupiditate dilecti*. Idem iterum: *Quis Praxitelen nescit, Posidippum si relegat, ad formam Cratinæ meretricis, quam infelix perdite diligebat, os Veneris Gnidiæ solertiarum coegisse certamine? Sed sola est hæc Venus, cui de scorti vultu translatitium decus auctum est? Phryne illa Thespiaca (sicut illi referunt, qui negotia Thespiaca scriptitarunt) cum in acumine ipso esset pulchritudinis, venustatis, et floris, exemplarium fuisse perhibetur cunctarum, quæ in opinione sunt, Venerum, sive per urbes Graias, sive istic quo fluxit amor talium cupiditasque signorum*, etc. Ibidem rursus: *Quis est enim, qui ignoret, Athenienses illos Hermas Alcibiadis ad corporis similitudinem fabricatos?* Hæc scilicet Arnobius pro more suo ex Clemente.

(62) *Περὶ Κνίδου*. Sic legendum ut prius, potius quam περὶ Κνιδίου. Sylburg.

(63) *Τὴν Πραξιτέλους ἐρωμένην*. A. et H. τὴν τοῦ Πραξιτέλους ἐρωμένην. C. τὴν ὑπὸ Πραξιτέλους ἐρωμένην. In exemplari perperam erat τὴν ὁ Πρ. ἐρωμένην. Nostræ lectionis exemplum mox. Id.

(64) *Ἀνέδην*. Ἀναίδην, Nov. Solent autem hæ voces inter se commutari, ut superius adnotatum est. Huic loco ἀναίδην magis convenire videtur.

(65) *Ἀπηθανατίσθαι*. Ἀπαθανατίσαι, Nov. Sed aliquis in margine adnotavit ἀπηθανατῆσθαι.

(66) *Κῆϋξ μὲν Αἰόλου*. Κῆϋξ μὲν ὁ Αἰόλου, Nov.

ὑπὸ τῆς Ἀλκυόνης τῆς γυναικός· Ἀλκυόνη δὲ αὖθις, ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς Ἥρα προσαγορευομένη. Πτολεμαῖος δὲ (67) ὁ τέταρτος, Διόνυσος ἐκαλεῖτο· καὶ Μιθριδάτης ὁ Ποντικὸς, Διόνυσος καὶ αὐτός· ἐβούλετο δὲ καὶ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν, καὶ κερασφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, τὸ καλὸν ἀνθρώπου ὑβρίσαι (68) σπεύδων κέρατι. Καὶ οὔτι γε βασιλεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται θείαις προσηγορίαις σφᾶς αὐτοὺς ἐσέμνυνον, ὡς Μενεκράτης ὁ ἰατρὸς, Ζεὺς οὗτος ἐπικεκλημένος. Τί με δεῖ (69) καταλέγειν Ἀλέξαρχον (70); γραμματικὸς οὗτος τὴν ἐπιστήμην γεγονὼς, ὡς ἱστορεῖ Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, αὐτὸν κατεσχημάτιζεν εἰς ἥλιον. Τί δεῖ καὶ Νικαγόρου μεμνῆσθαι; Ζελείτης τὸ γένος ἦν, κατὰ τοὺς Ἀλεξάνδρου γεγονὼς χρόνους· *Ἑρμῆς προσηγορεύετο ὁ Νικαγόρας, καὶ τῇ στολῇ τοῦ Ἑρμοῦ ἐκέχρητο*, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖ· ὅπου γε καὶ ὅλα ἔθνη (71) καὶ πόλεις αὔτανδροι, κολακείαν ὑποδυόμεναι, ἐξευτελίζουσι τοὺς μύθους περὶ (72) τῶν θεῶν, ἰσοθέους ἄνθρωποι κατασχηματίζοντες ἑαυτοὺς, ὑπὸ δόξης πεφυσημένοι, ἐπιψηφιζόμενοι τιμὰς ἑαυτοῖς ὑπερόγκους· νῦν μὲν τὸν Μακεδόνα τὸν ἐκ Πέλλης τὸν Ἀμύντορος Φίλιππον ἐν Κυνοσάργει νομοθετοῦντες προσκυνεῖν, τὸν τὴν κλεῖν κατεαγότα, καὶ τὸ σκέλος πεπηρωμένον, ὃς ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμόν· αὖθις δὲ τὸν Δημήτριον, θεὸν καὶ αὐτὸν ἀναγορεύοντες· καὶ ἔνθα μὲν ἀπέβη τοῦ ἵππου Ἀθήναζε εἰσιὼν *Καταιβάτου* ἱερόν ἐστι Δημητρίου· βωμοὶ δὲ πανταχοῦ, καὶ γάμος ὑπὸ Ἀθηναίων αὐτῷ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς ηὐτρεπίζετο. Ὁ δὲ τὴν μὲν θεὸν ὑπερηφάνει (73), τὸ ἄγαλμα γῆμαι μὴ δυνάμενος· Λαμίαν δὲ τὴν ἑταίραν ἔχων, εἰς ἀκρόπολιν ἀνῄει, καὶ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐνεφύρετο (74) παστῷ, τῇ παλαιᾷ παρθένῳ τὰ τῆς νέας ἐπιδεικνὺς ἑταίρας σχήματα. Οὐ

A niensibus effingere Alcibiadem conabantur. Superest itaque, ut tu nunc judices, si velis, utrum fœdas meretrices adorare debeas. His autem, ut quidem videtur, moti sunt veteres reges, ut, contemptis ejusmodi fabulis, aperte atque palam, propterea quod nullum ab hominibus periculum impenderet, se deos renuntiarent : ea quippe ratione significabant, illos quoque gloria et dignitate sua immortalitatem esse consecutos. Ita Ceyx, filius Æoli, Jupiter ab uxore Alcyone nominatus est : sicut vicissim Alcyone, Juno a marito. Ptolemæus autem quartus, quemadmodum ✠ etiam Mithridates Ponticus, Bacchus vocabatur. Voluit autem Alexander filius videri Ammonis, et cornutus a statuariis effingi, humanam formam turpi cornu dedecorans.
B Non solum vero reges, sed privati etiam sibi deorum nomina arrogabant : ut Menecrates medicus, qui cognominatus est Jupiter. Quid porro opus est referre Alexarchum? Is, cum grammaticen professus fuisset, ut scribit Aristus Salaminus, sese in solem transformavit. Aut quid refert Nicagoræ meminisse? Erat ille Zelites genere, et Alexandri tempore florebat : *Mercurius appellabatur Nicagoras, et Mercurii amictu usus est*, ut ipse testatur : cum integræ quoque gentes, urbesque frequentissimæ fœdissima adulatione fabulas, quæ de diis narrantur, in ludibria vertant; dum homines semetipsos diis pares faciunt, vanaque gloria inflati, immodicos honores sibi decernunt : jam enim Macedonii Pellæo Amyntæ filio Philippo, cui tibia et
C clavicula fractæ, oculusque effossus erat, divinos honores Cynosargis tribuendos decernunt : jam vero Demetrium etiam deum renuntiant, cui Athenienses, quo loco ab equo descendit, cum Athenas

✠ P. 48 ED. POTTER, 36 ED. PARIS.

Apollodorus, *Bibliothec*. lib. I, cap. 2, Halcyonen inter Æoli filias numerat; Ceyca, Luciferi filium, Æoli autem generum, ducta Halcyone, facit, cap. 3 : Ἀλκυόνην δὲ Κῆϋξ ἔγημεν, Ἑωσφόρου παῖς. Οὗτοι δὲ δι' ὑπερηφανίαν ἀπώλοντο· ὁ μὲν γὰρ τὴν γυναῖκα ἔλεγεν Ἥραν, ἡ δὲ τὸν ἄνδρα Δία. Ζεὺς δὲ αὐτοὺς ἀπωρνέωσε· καὶ τὴν μὲν ἀλκυόνην ἐποίησε, τὸν δὲ κήϋκα. *Cæterum Alcyonen Ceyx, Luciferi filius, sibi in matrimonium duxit. Hi ob superbiam exstincti fuerunt. Ille enim conjugem suam, Junonem : hæc vero virum suum, Jovem appellabat. Utrumque autem Jupiter in aves, illam in alcyonem, hunc in mergum, mutavit.*

(67) *Πτολεμαῖος δέ*. P. Victorius lib. VII, cap. 4, locum ex oratione pro Flacco indicat, *et Mithridatem, deum, illum patrem, illum conservatorem Asiæ, illum Dionysium Bacchum Liberum nominabant*. Athenæus, lib. V : *Obviam processisse artifices Bacchi, et libationes factas, cum Athenio regis Mithridatis prætextu per Atticam circumferretur*. Vide eumdem Victorium cap. 7, 19. Ptolemæo, Auletæ filio, Cleopatræ fratri, cognomen Dionysii tribuunt Eusebius in *Chronico*, et alii passim. COLLECT.

(68) *Τὸ κ. ἀνθρ. ὑβρ*. Τὸ κ. τοῦ ἀνθρ. Nov.

(69) *Τί με δεῖ*. Athenæus lib. III meminit Alexarchi cujusdam, Cassandri Macedoniæ regis fratris, qui dicebatur Uranopolidis conditor, et loquendi peculiares formas invexerat. Itaque ad Cassandri duces scripserat, *Alexarchus bellator primipilos Solis filios salvere jubet*. Idem lib. VII Menecratis meminit, ejusque epistolam ad Philippum affert, cujus hoc initium est : *Tu quidem in Macedonia regnas, at ego in Medicina*. Recitat et versus cujusdam, qui ait Nicostratum se Herculem dixisse, et alium quemdam se Mercurium autumasse chlamide ornatum, caduceo, et alis, Nicagoram scilicet Zelitem, qui patriæ tyrannidem occupavit. COLLECT.

(70) *Ἀλέξαρχον*. Ἀνάξαρχον, Nov.

(71) *Ὅπου γε καὶ ὅλα ἔθνη*. Asteriscum præfigi his verbis curavimus, ut lector meminerit aliquid deesse. Desunt autem hæc sine dubio, aut ejusdem sententiæ, ἀλλὰ τί ταῦτα λέγων ὅπου γε, etc. HEINSIUS. Mihi vero non apparet quidquam deesse :
D proinde asteriscum Heinsianum delevi.

(72) *Μύθους περί*. Μύθους τοὺς περί, Nov. Recte.

(73) *Ὑπερηφάνει*. Ὑπερηφανεῖ Nov. Hoc verbum Clemens accusativo alias etiam connectit. *Strom*. II, pag. 367 : ὑπερηφάνησεν...διδόμενα αὐτῷ· *contempsit, quæ ei dabantur*. Ignatius, *ad Smyrnæos*, cap. 10 : ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε, οὐδὲ ἐπαισχύνθητε· *quæ non despexistis, nec erubuistis*. Suidas : *Ὑπερηφανῶ αἰτιατικῇ· accusativo gaudet*. Origenes, *adv. Cels*., lib. VIII, p. 412 : Ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τινα ἐπιφάνειαν γεγονέναι, τὰ μὲν τῆς ἀνθρωπίνης τέχνης ὑπερηφάνειςαν, ἀναβαίνειν δὲ πειραθεῖσι τῷ λογισμῷ ἐπ' αὐτὸν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν. *Sed eis se aliquo modo ostendere, qui, spretis simulacris humana arte factis, conati sunt ad altissimum Deum ratione ascendere*. Quo loco in margine adnotatum est ὑπερφρονήσασιν; sed legendum facili litterarum permutatione, ὑπερηφανήσασιν.

(74) *Ἐνεφύρετο*. Ἐνεφυρᾶτο, Nov.

ingrederetur, Demetrii *Descensoris* templum constituerunt : iidem aras illi quamplurimas, et Minervæ conjugium parabant. Hic autem interea, dea quidem contempta, cujus simulacrum haud potuit uxorem ducere, cum Lamia meretrice ascendit in arcem, quacum in thalamo Minervæ congressus, seni virgini juvenis meretricis motus ostendit. Non est ergo Hipponi succensendum, qui mortem suam immortalitate donavit : etenim ille monimento suo elegiacum hoc carmen inscribi jussit :

A νέμεσις τοίνυν οὐδὲ Ἵππωνι, ἀπαθανατίζοντι τὸ θάνατον τὸν ἑαυτοῦ· ὁ Ἵππων γὰρ οὗτος ἐπιγραφῆναι ἐκέλευσεν τῷ μνήματι τῷ ἑαυτοῦ τόδε τὸ ἐλεγεῖον·

Hic est Hipponis tumulus, quem immortalibus
diis parem fecit Parca mortuum.

Ἵππωνος τόδε σῆμα, τὸν ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Ἶσον ἐποίησεν (75) *μοῖρα καταφθιμένον.*

Præclare quidem, o Hippo, hominum errorem nobis ostendis. Et si tibi loquenti non crediderint, saltem mortui discipuli fiant. Hoc oraculum Hipponis est : id igitur perpendamus. Qui a vobis adorantur, ✠ cum prius homines fuerint, deinde mortem obierunt; affecit autem ipsos honore cum temporis diuturnitas, tum etiam fabularum licentia. Solent enim, nescio quomodo, ea, quæ sunt præsentia, ipsa consuetudine in contemptum venire; quæ autem sunt præterita, quia propter obscuritatem temporis refelli haud facile possunt, ex fabularum commentis honorem consequi; et hæc quidem fidem nullam acquirere, illa vero haberi in admiratione. Proinde qui olim sunt mortui, longo tempore erroris se venditantes, a posteris dii esse existimantur : quæ quidem ita esse fidem faciunt vestra mysteria, solemnes conventus, vincula etiam, et vulnera, et lacrymæ deorum :

Εὖγε, Ἵππων, ἐπιδεικνύεις ἡμῖν τὴν ἀνθρωπίνην πλάνην. Εἰ γὰρ καὶ λαλοῦντί σοι μὴ πεπιστεύκασι, νεκροῦ γενέσθωσαν μαθηταί. Χρησμὸς οὗτός ἐστιν Ἵππωνος· νοήσωμεν αὐτόν. Οἱ προσκυνούμενοι παρ' ὑμῖν ἄνθρωποι γενόμενοί ποτε, εἶτα μέντοι τεθνᾶσιν· τετίμηκε δὲ αὐτοὺς ὁ μῦθος, καὶ ὁ χρόνος· φι- B λεῖ γάρ (76) πως, τὰ μὲν παρόντα, συνηθείᾳ καταφρονεῖσθαι, τὰ δὲ παρῳχηκότα, τοῦ παραυτίκα ἐλέγχου κεχωρισμένα χρόνων ἀδηλίᾳ, τετιμῆσθαι τῷ πλάσματι, καὶ τὰ μὲν ἀπιστεῖσθαι, τὰ δὲ καὶ θαυμάζεσθαι. Αὐτίκα γοῦν οἱ παλαιοὶ νεκροὶ τῷ πολλῷ τῆς πλάνης χρόνῳ σεμνυνόμενοι τοῖς ἔπειτα νομίζονται θεοί. Πίστις ὑμῖν τῶνδε, αὐτὰ ὑμῶν τὰ μυστήρια, αἱ πανηγύρεις, δεσμὰ καὶ τραύματα, καὶ δακρύοντες θεοί·

Hei mihi! quod Sarpedonem, hominum charissimum,
Fatum est a Patroclo, Menœtii filio, vinci.

Ὤ μοι ἐγὼ (77), *ὅτε μοι Σαρπηδόνα, φίλτατον ἀνδρῶν,*
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.

C

Superata est Jovis voluntas, et ille victus ob Sarpedonem luctu afficitur. Merito igitur **17** vos ipsi idola et dæmonas eos vocastis, cum et Minervam ipsam, et reliquos deos, qui eos improbe honoravit, Homerus, dæmonas appellaverit:

Κεκράτηται τὸ θέλημα τοῦ Διὸς, καὶ ὁ Ζεὺς ὑμῖν διὰ Σαρπηδόνα οἰμώζει νενικημένος. Εἴδωλα γοῦν εἰκότως αὐτοὺς, καὶ δαίμονας ὑμεῖς αὐτοὶ κεκλήκατε· ἐπεὶ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν αὐτὴν καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς, κακίᾳ τιμήσας Ὅμηρος, δαίμονας προσηγόρευσεν·

— Illa autem ascendit Olympum,
Ad domum Jovis ægidem tenentis, aliosque dæmonas.

... Ἡ δ' Οὔλυμπόνδε βεβήκει
Δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους.

Quomodo igitur deorum adhuc numero haberi poterint simulacra et dæmones, immundi sane et abominandi spiritus, quos omnes fatentur esse terrenos, et lutulentos, qui degravantur suo pondere, et circa mortuorum monimenta atque sepulcra versantur? quibus etiam in locis umbrosa phanta- D

Πῶς οὖν ἔτι θεοὶ (78) τὰ εἴδωλα καὶ οἱ δαίμονες, βδελυρὰ ὄντως καὶ πνεύματα ἀκάθαρτα, πρὸς πάντων ὁμολογούμενα γήϊνα, καὶ δεισαλέα, κάτω βρίθοντα, περὶ τοὺς τάφους καὶ τὰ μνημεῖα καλινδούμενα; περὶ ἃ δὴ (79) καὶ ὑποφαίνονται, ἀμυδρῶς σκιοειδῆ φαντάσματα. Ταῦθ' ὑμῶν οἱ θεοὶ, τὰ εἴδωλα, αἱ

✠ P. 49 ED. POTTER, 37 ED. PARIS.

(75) *Θεοῖσιν Ἶσον ἐποίησεν*. Herodianus, lib. IV in principio; Suetonius, in *Claudio*, cap. 45; Cornelius Tacitus *Annal.* XV, extremo; Eutropius, in *Joviano*. R. SYLBURG.— Mox, παρ' ὑμῶν pro παρ' ὑμῖν Nov.

(76) *Φιλεῖ γάρ*. Sententiam hanc de præsentium neglectu, tractat etiam Maximus Tyrius, p. 172 et 197, ac Plutarchus item *Περὶ εὐθυμίας*. H. SYLB.

(77) *Ὦ μοι ἐγώ*. Ἐγὼν habet Homer. *Iliad.* Π, v. 433. Versus, quos Clemens paulo post recitat, occurrunt *Iliad.* A, v. 221.

(78) *Πῶς οὖν ἔτι θεοί*. Scribe, πῶς οὖν ἔτι θεοὶ τὰ εἴδωλα, καὶ οἱ θεοὶ καὶ οἱ δαίμονες, βδελυρὰ ὄντως καὶ ἀκάθαρτα πνεύματα; HEINS.

(79) *Περὶ ἃ δή*. Nescio an rectius περὶ ᾅδη, ut infernales umbræ intelligantur. H. divise legit περὶ ἃ δὴ καὶ ὑποφαίνονται. SYLBURG. — Περὶ ἃ δὴ καὶ ὑποφαίνονται ἀμυδρῶς, σκ., *circa quæ quidem obscure apparent*, Nov., recte. Quam lectionem firmat Platonis locus, quem Clemens hæc verba scribens imitatus est : is exstat *Phædon.*, p. 61, ubi de pravorum hominum animabus agens: Ἐμβριθὲς δέ γε, ὦ φίλε, inquit, τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι, καὶ βαρὺ, καὶ γεῶδες, καὶ ὁρατόν· ὃ δὴ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ, βαρύνεταί τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ ᾅδου, ὥσπερ λέγεται, περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους καλινδουμένη· περὶ ἃ δὴ καὶ ὤφθη ἄττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι· διὸ καὶ ὁρῶνται. *Ponderosum vero, o amice, id putandum est, et grave, terrenumque, et visibile, quod anima ejusmodi secum trahit : ideoque ab eo gravatur, et rursus ad visibilem trahitur locum metu invisibilis atque occulti : et, quemadmodum*

σκιαὶ, καὶ πρὸς τούτοις χωλαὶ ἐκεῖναι (80) καὶ ῥυσαὶ, *παραβλῶπες ὀφθαλμῶν*, αἱ Λιταὶ, αἱ Θερσίτου μᾶλλον αἱ Διὸς θυγατέρες (81). Ὥστε μοι δοκεῖν χαριέντως φάναι τὸν Βίωνα (82)· *Πῶς ἂν ἐνδίκως οἱ ἄνθρωποι παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσωνται τὴν εὐτεκνίαν, ἣν οὐδ' αὐτῷ παρασχεῖν ἴσχυσεν;* Οἴμοι τῆς ἀθεότητος! Τὴν ἀκήρατον οὐσίαν, τὸ ὅσον ἐφ' ὑμῖν, κατορύττετε (83)· καὶ τὸ ἄχραντον ἐκεῖνο, καὶ τὸ ἅγιον, τοῖς τάφοις ἐπικεχώκατε, τῆς ἀληθῶς ὄντως οὐσίας (84) συλήσαντες τὸ Θεῖον. Τί δὴ οὖν τὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς οὐ θεοῖς προσενείματε γέρα (85); τί δαὶ, καταλιπόντες τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν τετιμήκατε; Τί δ' ἄλλο χρυσὸς, ἢ ἄργυρος, ἢ ἀδάμας, ἢ σίδηρος, ἢ χαλκὸς, ἢ ἐλέφας, ἢ λίθοι τίμιοι (86), οὐχὶ γῆ τε καὶ ἐκ γῆς; Οὐχὶ δὲ μιᾶς μητρὸς ἔκγονα τῆς γῆς τὰ πάντα ταῦτα ὅσα ὁρᾷς; Τί δὴ οὖν, ὦ μάταιοι καὶ κενόφρονες (πάλιν γὰρ δὴ ἐπαναλήψομαι), τὸν ὑπερουράνιον βλασφημήσαντες τόπον, εἰς τοὔδαφος κατεσύρατε τὴν εὐσέβειαν, χθονίους ὑμῖν ἀναπλάττοντες θεούς· καὶ τὰ γεννητὰ ταῦτα πρὸ τοῦ ἀγεννήτου μετιόντες Θεοῦ, βαθυτέρῳ περιπεπτώκατε ζόφῳ; Καλὸς ὁ Πάριος λίθος, ἀλλ' οὐδέπω Ποσειδῶν· καλὸς ὁ ἐλέφας, ἀλλ' οὐδέπω Ὀλύμπιος· ἐνδεὴς ἀεί ποτε ἡ ὕλη τῆς τέχνης· ὁ Θεὸς δὲ ἀνενδεής. Προῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα (87)· ἡ ὕλη καὶ τὸ πλούσιον τῆς οὐσίας πρὸς μὲν τὸ κέρδος ἀγώγιμον, μόνῳ δὲ τῷ σχήματι γίνεται σεβάσμιον. Χρυσός ἐστι τὸ ἄγαλμά σου, ξύλον ἐστὶ, λίθος ἐστὶ, γῆ ἐστιν, ἐὰν ἄνωθεν νοήσῃς, μορφὴν παρὰ τοῦ τεχνίτου προσλαβοῦσα. Γῆν δὲ ἐγὼ πατεῖν, οὐ προσκυνεῖν μεμελέτηκα· οὐ γάρ μοι θέμις ἐμπιστεῦσαί ποτε τοῖς ἀψύχοις τὰς τῆς ψυχῆς ἐλπίδας. Ἰτέον οὖν, ὡς ἔνι μάλιστα, ἐγγυτάτω τῶν ἀγαλμάτων, ὡς οἰκεία ἡ

A smata obscure conspici solent. Hi itaque sunt dii vestri, simulacra et umbræ; quibus addam *claudas* illas, *rugosas*, *strabisque oculis Litas*, Thersitæ potius dicendas, quam Jovis filias. Unde non infacete interrogatum a Bione videtur, *quo tandem jure homines* ✠ *formosos liberos a Jove peterent, quos ipse sibi præbere non potuit?* O impietatem! Naturam corruptionis immunem defoditis, quod sanctum intemeratumque est sepulcris obruitis, Deumque adeo ipsum, quoad a vobis fieri potest, vera sua natura spoliatis. Cur igitur Dei honores iis, qui non sunt dii, tribuistis? Cur, cœlo relicto, terram coluistis? Quid est enim aliud aurum, vel argentum, vel adamas, vel ferrum, vel æs, vel ebur, vel pretiosi lapides? annon terra, et ex terra? Nonne hæc om-
B nia, quocunque oculos vertis, ex eodem terræ, quasi communis parentis, gremio prodierunt? Cur igitur, o fatui et amentes (juvat enim id repetere), terrestres vobis deos comminiscendo in illas regiones, quæ ultra supremum cœli spatium incoluntur, contumeliosi estis, omnemque pietatem humi deprimitis; et, posthabito æterno ingenitoque Deo, quæ sunt facta et genita persequentes, in profundissimam caliginem incidistis? Pulcher quidem est Parius lapis; sed nondum est Neptunus. Pulchrum est ebur; sed nondum est Olympius. Materia semper indiget arte; Deus autem est nullius rei indigus. Prodiit ars; formam induit materia: cujus quidem substantiæ pretium est ad lucrum utile, sola vero forma venerationem ei conciliat. Itaque
C statua tua aurum est, lignum est, lapis est, terra denique est, si originem ejus persequare, quæ ab artifice formam accepit. Ego autem terram calcare

✠ P. 50 ED. POTTER, 38 ED. PARIS.

fertur, circa monumenta sepulcraque versatur, circa quæ jam nonnulla apparuerunt animarum umbrosa phantasmata, qualia præferunt simulacra tales animæ, quæ videlicet non puræ decesserunt a corpore, sed visibile aliquid trahentes: quo fit, ut videri possint. Eumdem locum respicit Origenes, *contra Cels.*, lib. VII, pag. 334: Ἡ δὲ φαύλη, καὶ ὑπὸ τῶν ἁμαρτάδων καθελκομένη ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ μηδ' ἀναπνεῦσαι (forte l. ἀνανεῦσαι) δυναμένη, τῇδε φέρεται καὶ καλινδεῖται, ἡ μέν τις ἐπὶ τὰ μνήματα, ἔνθα καὶ ὤφθη σκιοειδῶν ψυχῶν φαντάσματα, ἡ δέ τις ἁπαξαπλῶς περὶ τὴν γῆν· ποδαπὰ χρὴ νομίζειν εἶναι πνεύματα τὰ ὅλους, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, αἰῶνας προσδεθέντα, ὥσπερ εἴτε μαγγανείαις τισὶν, εἴτε καὶ διὰ τὴν σφετέραν κακίαν, οἰκοδομαῖς καὶ τόποις; *Quæcumque autem mala est* anima, *in terram depressa peccatorum onere, sine respiratione agitatur et volutatur huc illuc, quædam circa monumenta, ubi etiam umbrosa quædam animarum spectra interdum conspiciuntur, aliæ circa terram passim volitantes: quales esse spiritus eos censendum est, qui tot integris, ut ita dicam, sæculis, sive aliquibus incantationibus, sive suapte malitia, sunt alligati certis locis et ædificiis.* Putabant scilicet animas atque etiam reliquos spiritus seu materia concretos esse, seu materiali vehiculo inclusos. Conf. quæ adnotata sunt pag. 35.

(80) *Χωλαὶ ἐκ.* Respicit *Iliad.* I, v. 499:

Καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο
Χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ.

Sunt enim Litæ Jovis filiæ magni,
Claudæ, rugosæque, et strabis oculis.

E quo loco scribendum apud Clementem παραβλῶπες ὀφθαλμώ, pro παραβλῶπες ὀφθαλμῶν.

(81) *Μᾶλλον αἱ Διὸς θυγ.* C. A. et H. μᾶλλον ἢ ὡς Διὸς θυγ. *magis quam Jovis filiæ.* Sylburg. Vel, μᾶλλον ἢ Διός.

(82) *Βίωνα.* Aliquis in margine Nov. adnotavit juxta hoc nomen, ἱστορικὸς οὗτος ἐγένετο, *hic erat historiæ scriptor.* Porro Clemens intelligit Bionem Boristhenitem, philosophum e schola Theodori, deorum contemptoris.

(83) *Κατορύττετε.* Κατόρυττε, Nov.

(84) *Τῆς ἀληθῶς ὄντως οὐσίας.* B. et A. τῆς ἀληθῶς οὔσης οὐσίας. Sylb. Malim τῆς ἀληθῶς ὄντως οὐσίας.

D (85) *Συλήσαντες τὸ... προσενείματε γέρα.* Hæc omittit Nov.

(86) *Λίθοι τίμιοι.* Λίθος τίμιος, Nov.

(87) *Προῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα.* Deus nulla re indiget; idola arte indigent et certa figura. Utrumque enim illis additur, ut fiant id quod sunt, hoc est dii, ex opinione miserorum gentilium. Scribe, προσῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα, *accessit ars, circumjecta est figura.* Nisi quod interpres legisse videatur προσβέβληται· quod optime convenit cum altero: προσῆλθεν, προσβέβληται· utrumque enim notat accessisse aliquid; idque τῷ ἀνενδεεῖ, qui est Deus. Heins. — Legendum iisdem verbis manentibus, sola interpunctione mutata, προῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα ἡ ὕλη· καὶ τ., *prodiit*, vel *præcessit*, *ars*, *figuram induit materia*, etc. Sic paulo post: Τὸ ἄγαλμα... γῆ ἐστιν, ἐὰν ἄνωθεν νοήσῃς, μορφὴν παρὰ τοῦ τεχνίτου προσλαβοῦσα.

didici, non adorare. Neque enim mihi fas unquam spem animæ meæ rebus inanimis credere. Quocirca ad simulacra quam proxime accedendum est: quam enim conjunctus, et quasi sociatus sit cum ipsis error, eorum aspectus facile convincet: solent enim speciem habitumque dæmonum clarissime exprimere. Itaque si quis statuas pictasque imagines perlustraverit, is sane ex turpibus eorum figuris deos vestros statim agnoscet; Bacchum quidem, ex amictu; Vulcanum, artis suæ insignibus; Cererem, calamitatis descriptione; Ino, vitta; Neptunum, tridente; Jovem, cygno. Rogus Herculem monstrat. Si quis nudæ mulieris imaginem conspexerit, ipsius animo aurea Venus statim obversatur. Proinde Cyprius ille Pygmalion eburneæ statuæ, ✠ quæ nudam Venerem repræsentabat, amore arsit. Hunc itaque Cyprium statuæ forma captum, cum ea coivisse, auctor est Philostephanus; alteram porro Cnidi fuisse Venerem eximia pulchritudine effictam e lapide, cujus incensum amore quemdam alium cum lapide consuetudinem habuisse, scribit Posidippus; ille quidem libro quem de Cypro, hic autem in eo, quem de Cnido conscripsit. Tanta inerat arti decipiendi potentia, ut libidinosos homines ejus fraudibus captos in barathrum illiceret. Quascunque autem vires ostentet hujusmodi ars, minime tamen eos fallere valet, qui sunt ratione præditi, ejusque ex præscripto vivunt. Utcunque enim pingendi arte columbæ fuerint adeo ad vivum expressæ, ut ad eas aliæ columbæ advolarint, imaginum similitudine deceptæ; et ad equarum imagines adhinniverint equi: utcunque puella quædam imaginis, et formosus juvenis Cnidiæ statuæ amore capti fuisse memorentur; tamen soli oculi spectantium eo artificio decepti sunt; neque enim aliquis unquam sanæ mentis aut cum dea congressus est, aut una cum mortua sese inhumavit, aut in dæmonis lapidisve amorem incidit. Vos autem ars aliis

✠ P. 51 ED. POTTER, 39 ED. PARIS.

A ✠ *sole et luna, quæ ipsi amaverunt, et quibus ipsi servierunt, et civitas eorum incendetur* [37]. Dicit autem fore, ut etiam elementa et mundus cum ipsis pereant: *Terra*, inquit, *veterascet, et cœlum præteribit, verbum autem Dei manet in æternum.* Quid vero, cum Deus rursus se ostendere per Moysen velit? *Videte, videte, quod ego sum, et non est alius Deus præter me. Ego occidam, et vivere faciam: percutiam, et ego medebor: et non est qui eripiet e meis manibus* [38]. Placetne vero alium quoque vatem audire? universum prophetarum chorum cum Moyse concinentem habes. Quid illis dicit sanctus Spiritus per Oseam prophetam, haud gravabor enuntiare: *Ecce ego firmans tonitru, et creans spiritum: cujus manus cœli quoque fundarunt militiam* [39]. B Atque iterum per Isaiam: nam et hoc quoque dictum commemorabo tibi: *Ego sum, ego sum*, inquit, *Dominus, qui loquor justitiam, et annuntio veritatem. Congregamini, et venite; simul consultate, qui servamini e gentibus. Non cognoverunt, qui tollunt lignum, sculpturam eorum; et deos orantes, qui eos non servabunt* [40]. Deinde paulo inferius: *Ego*, inquit, *Deus, et non est præter me justus, et servator: non est excepto me. Convertimini ad me, et salvi eritis, qui estis ex finibus terræ. Ego sum Deus, et non est alius, per meipsum juro* [41]. Et simulacrorum cultoribus iratus, ait: *Cui assimilastis Dominum, aut cui similitudini assimilastis ipsum? Num imaginem fecit faber, aut aurifex auro fuso* C *ipsum auro illivit* [42]? et quæ deinceps inde sequuntur. Quocirca ne vosmet posthac simulacrorum cultui addicatis, sed nunc saltem cavete has minas: *Ejulabunt enim sculptilia, et quæ manu facta sunt* [43], vel hi potius, quibus in istis est fiducia; est enim materia sensus expers. Quinetiam Dominus, inquit, *concutiet urbes, quæ habitantur, et manu comprehendet universum orbem terræ, velut nidum* [44]. Quid vero mysteria tibi atque dicta Sapientiæ e sapientissimo Hebræorum puero annuntiem? *Dominus creavit me initium viarum suarum* D *ad opera sua* [45]. Et, *Dominus dat sapientiam, et a*

✠ P. 67 ED. POTTER, 51-52 ED. PARIS. [37] Jer. VIII, 2; XXXIV, 20; IV, 26. [38] Deut. XXXII, 39. [39] Amos IV, 13. [40] Isa. XLV, 19, 20. [41] Ibid. 21, 22, 23. [42] Isa. XL, 18, 19. [43] Isa. X, 10, 11. [44] Ibid. 14. [45] Prov. VIII, 22.

(47) *Παραδειγματισθήσονται.* Hoc etiam loco diversas ejusdem Prophetæ sententias in unam confudit. Jerem. VIII, 2: *Καὶ ψύξουσιν αὐτὰ πρὸς τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἀστέρας, πᾶσαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, ἃ ἠγάπησαν, καὶ οἷς ἐδούλευσαν, καὶ ἔσονται εἰς παράδειγμα ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς.* Idem cap. XXXIV, 20: *Καὶ δώσω αὐτοὺς τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, καὶ ἔσται θνησιμαῖα αὐτῶν βρῶσις τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς.* Et cap. IV, 26: *Καὶ πᾶσαι αἱ πόλεις ἐμπεπυρισμέναι πυρὶ ἀπὸ προσώπου Κυρίου.* Porro in illis, quæ mox sequuntur, respexisse videtur, et in unum confudisse Isa. XL, 8; LI, 6; Luc. XVI, 17.

(48) *Ἕτερος.* Additamentum Clementis. Mox, ἀποκτείνω pro ἀποκτενῶ, Bibl. Græc.

(49) *Ὡσηέ.* Locus, qui ex Osee citatur, reperitur Amos cap. IV, 13: Διότι Κύριος εἶ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα. COLLECT. — Quæ sequuntur, petita fuisse videntur e Ps. VIII, 4: Ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα δακτύλων σου, σελήνην καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας, aliisque locis, quibus stellæ dicuntur στρατιὰ οὐρανοῦ.

(50) *Ἐγώ εἰμι, φησὶν, ὁ Κύριος ὁ λαλῶν.* Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ λαλῶν Nov. et Bib. Græc. Proinde φησὶν interpretis additamentum est.

(51) *Προσευχόμενοι θεοῖς.* Προσευχόμενοι πρὸς θεούς, Bibl. Græc.

(52) *Πλὴν ἐμοῦ δ.* Hunc locum sic distinguit Nov.: πλὴν ἐμοῦ δίκαιος· καὶ σωτὴρ οὐκ ἔστι π. ἐ. Mox, ἐπ' ἐμέ pro πρὸς μέ, Bibl. Græc. Dein, κατ' ἐμοῦ pro κατ' ἐμαυτοῦ, Nov. Paulo post, καί τινι ὁμ. pro ἢ τινι ὁμ. Bibl. Græc.

(53) *Ὀλολύξει.* Respicit Isa. X, 10, 11: Ὀλολύξατε τὰ γλυπτὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν Σαμαρείᾳ· ὃν τρόπον ἐποίησα Σαμαρείᾳ καὶ τοῖς χειροποιήτοις αὐτῆς, οὕτω ποιήσω καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῖς εἰδώλοις αὐτῆς.

facie ejus cognitio et intelligentia [46]. *Quousque, piger, jaces, quando autem ex somno excitaberis* [47]? *sin autem fueris impiger, veniet tanquam fons messis tua* [48], Verbum paternum, ✠ *bonus lychnus, Dominus qui inducit lucem, fidem omnibus, et salutem* [49]. *Dominus* enim *qui fecit terram in virtute sua*, ut ait Jeremias [50], *erexit orbem terræ in sapientia sua.* Etenim nos, qui ad simulacra procideramus, Sapientia, quæ ejus est Verbum, erigit ad veritatem: quæ prima est a lapsu resurrectio. Hinc, ut nos a cultu simulacrorum penitus averteret, pulcherrime clamavit Moyses: *Audi, Israel: Dominus Deus tuus, Deus unus est* [51]. Et, *Dominum Deum tuum adorabis, et ei soli servies* [52]. Quocirca tandem aliquando intelligite, homines, a Davide, beato illo psalmorum auctore, admoniti, *apprehendite disciplinam, ne aliquando irascatur Dominus, et pereatis de via justa, quando exarserit velociter furor ejus. Beati omnes qui confidunt in ipso* [53]. Jam vero singulari nos misericordia complectens Dominus, salutare nobis canticum, quasi modos ad quos prælia ineuntur, dedit: *Filii hominum, usquequo gravi eritis corde?* **24** *Quare diligitis vanitatem, et quæritis mendacium* [54]? Quænam igitur ea *vanitas*, quodnam est *mendacium?* Id tibi exponet sanctus Domini Apostolus, quo loco Græcos reprehendit, *Quod cum Deum cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt, neque gratias ei egerunt; sed vani facti sunt in cogitationibus suis, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et servierunt creaturæ potius quam creatori* [55]. Quandoquidem igitur hic *Deus* est is qui *in principio fecit cœlum et terram* [56], tu autem Deum non habens cognitum, divino cultu et honore cœlum dignaris, quæ te excusatio ab impietatis crimine defendet? Attende iterum prophetam dicentem: *Deficiet quidem sol, et cœlum obscurabitur, splendebit autem omnipotens in æternum, et concutientur cœlorum virtutes, et cœli convolventur ut pellis extensi et contracti* (etenim hæc sunt prophetarum verba), *et terra fugiet a facie Domini.*

σιάν. Τί σοι σοφίας ἀναγγέλλω μυστήρια, καὶ ῥήσεις ἐκ παιδὸς Ἑβραίου σεσοφισμένου; *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ.* Καὶ, *Κύριος δίδωσι σοφίαν, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις καὶ σύνεσις. Ἕως πότε* (54), *ὀκνηρὲ, κατάκεισαι; πότε δὲ ἐξ ὕπνου ἐγερθήσῃ; Ἐὰν δὲ ἄοκνος ᾖς, ἥξει σοι ὥσπερ πηγὴ ὁ ἀμητός σου*, ὁ Λόγος ὁ πατρικὸς, *ὁ ἀγαθὸς λύχνος* (55), *ὁ Κύριος ἐπάγων τὸ φῶς, τὴν πίστιν πᾶσι, καὶ σωτηρίαν. Κύριος* γὰρ, *ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ*, ὥς φησιν Ἱερεμίας, *ἀνώρθωσε τὴν οἰκουμένην ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ·* προπεσόντας γὰρ ἡμᾶς ἐπὶ τὰ εἴδωλα, ἡ σοφία, ἥ ἐστιν ὁ Λόγος αὐτοῦ, ἀνορθοῖ ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν· καὶ αὕτη πρώτη τοῦ παραπτώματος ἀνάστασις. Ὅθεν ἀποτρέπων εἰδωλολατρείας ἀπάσης ὁ θεσπέσιος παγκάλως ἀνακέκραγε Μωϋσῆς· *Ἄκουε, Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεός* (56) *σου, Κύριος εἷς ἐστι·* καὶ, *Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.* Νῦν δὴ οὖν σύνετε, ὦ ἄνθρωποι, κατὰ τὸν μακάριον ψαλμῳδὸν ἐκεῖνον τὸν Δαβίδ· *δράξασθε παιδείας, μήποτε ὀργισθῇ Κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας, ὅτ' ἂν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ· μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ.* Ἤδη δὲ, ὑπεροικτείρων ἡμᾶς ὁ Κύριος, τὸ σωτήριον ἐνδίδωσι μέλος, οἷον ἐμβατήριον ῥυθμόν· *Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; Ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος;* Τίς οὖν ἡ *ματαιότης*, καὶ τί τὸ *ψεῦδος*; Ὁ ἅγιος Ἀπόστολος τοῦ Κυρίου, τοὺς Ἕλληνας αἰτιώμενος, ἐξηγήσεταί σοι, *Ὅτι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ* (57) *ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου. καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα.* Καὶ μὴν ὅ γε Θεὸς οὗτος, ὃς *ἐν ἀρχῇ ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν* Σὺ δὲ τὸν μὲν Θεὸν οὐ νοεῖς, τὸν δὲ οὐρανὸν προσκυνεῖς, καὶ πῶς οὐκ ἀσεβεῖς; Ἄκουε πάλιν προφήτου λέγοντος· *Ἐκλείψει* (58) *μὲν ὁ ἥλιος, καὶ ὁ οὐρανὸς σκοτισθήσεται· λάμψει δὲ ὁ παντοκράτωρ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, καὶ οἱ οὐρανοὶ εἱλιγήσονται ὡς δέῤῥις ἐκτεινόμενοι καὶ συστελλόμενοι* (αὗται γὰρ αἱ προφητικαὶ φωναί)· *καὶ ἡ γῆ φεύξεται ἀπὸ προσώπου Κυρίου.*

CAPUT IX.

Graviter illos peccare, qui benignam Dei vocationem spernunt, aut negligunt.

Possem etiam alias tibi Scripturas afferre pene innumerabiles, quarum ne *apex quidem unus præteribit* [57-58], qui non perficiatur. Spiritus enim sanctus,

Καὶ μυρίας ἂν ἔχοιμί σοι Γραφὰς παραφέρειν, ὧν οὐδὲ *κεραία παρελεύσεται μία*, μὴ οὐχὶ ἐπιτελὴς γενομένη· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου, τὸ ἅγιον Πνεῦμα,

✠ P. 68 ED. POTTER, 52-53 ED. PARIS. [46] Prov. II, 6. [47] Prov. VI, 9. [48] Ibid. 11. [49] Ibid 23 [50] Jer. X, 12. [51] Deut. VI, 4. [52] Ibid. 13; X, 20. [53] Psal. II, 12, 13. [54] Psal. IV, 3. [55] Rom. I, 21 23, 25. [56] Gen. I, 1. [57-58] Matth. V, 18; Luc. XVI, 17.

(54) *Ἕως πότε.* Ἕως τινός Bibl. Græc. Mox, σοι post ἥξει omittunt.

(55) *Ὁ ἀγαθὸς λ.* Similia occurrunt Prov. VI, 20, 22, 23: Υἱὲ, φύλαξον νόμους πατρός σου... ἡνίκα ἂν περιπατῇς ἐπάγου αὐτὴν, καὶ μετὰ σοῦ ἔστω... ὅτι λύχνος ἐντολὴ νόμου καὶ φῶς· ὁδὸς ζωῆς, καὶ ἔλεγχος, καὶ παιδεία. Ea, quæ scripsit Clemens, si verba respicias, frustra quærentur.

(56) *Κύριος ὁ Θ.* Κύριος ὁ Θεὸς, σοῦ Κύριος, εἷς ἐστι Nov.; ἡμῶν pro σου, Bibl. Græc. Mox, φοβηθήσῃ pro προσκυνήσεις, Bibl. Græc.

(57) *Τοῦ Θεοῦ.* Τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ Bibl. Græc.

(58) *Ἐκλείψει.* His similia occurrunt psal. CI 26; Isa. XIII, 10; Ezech. XXXII, 7; Joel. II, 10, 31; III, 15. Ipsa verba, prout ea recitat Clemens nondum inveni.

ἐλάλησεν ταῦτα. *Μὴ τοίνυν μηκέτι* (59), φησὶν, *υἱέ μου, ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου· μηδ' ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.* Ὦ τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας! Οὐδ' ὡς μαθηταῖς ὁ διδάσκαλος, οὐδ' ὡς οἰκέταις ὁ κύριος, οὐδ' ὡς Θεὸς ἀνθρώποις, *πατὴρ δὲ ὡς, ἠπίως* νουθετεῖ υἱούς (60)· εἶτα Μωϋσῆς μὲν ὁμολογεῖ *ἔμφοβος* εἶναι *καὶ ἔντρομος*, ἀκούων περὶ τοῦ Λόγου· Σὺ δὲ, τοῦ Λόγου ἀκροώμενος τοῦ θείου, οὐ δέδιας; οὐκ ἀγωνιᾷς; οὐχὶ ἅμα τε εὐλαβῇ, καὶ σπεύδεις ἐκμαθεῖν, τουτέστι σπεύδεις εἰς σωτηρίαν, φοβούμενος τὴν ὀργὴν, ἀγαπήσας τὴν χάριν, ζηλώσας τὴν ἐλπίδα, ἵνα ἐκκλίνῃς τὴν κρίσιν; Ἥκετε, ἥκετε, ὦ νεολαία ἡ ἐμή· ἢν γὰρ μὴ *αὖθις ὡς τὰ παιδία γενήσεσθε*, καὶ *ἀναγεννηθῆτε*, ὡς φησὶν ἡ Γραφὴ, (τὸν ὄντως ὄντα Πατέρα οὐ μὴ ἀπολάβητε,) *οὐδ' οὐ μὴ εἰσελεύσησθέ ποτε εἰς τὴν βασιλείαν* B *τῶν οὐρανῶν*. Πῶς γὰρ εἰσελθεῖν ἐπιτέτραπται τῷ ξένῳ; Ἀλλ' ὅταν, οἶμαι, ἐγγραφῇ (61), καὶ πολιτευθῇ, καὶ τὸν πατέρα ἀπολάβῃ, τότε ἐν τοῖς (62) τοῦ πατρὸς γενήσεται, τότε κληρονομῆσαι καταξιωθήσεται, τότε τῆς βασιλείας τῆς πατρῴας κοινωνήσει τῷ γνησίῳ, *τῷ ἠγαπημένῳ*. Αὕτη γὰρ ἡ *πρωτότοκος* (63) *Ἐκκλησία*, ἡ ἐκ πολλῶν ἀγαθῶν συγκειμένη *παιδίων*· ταῦτ' ἐστὶ *τὰ πρωτότοκα, τὰ ἐναπογεγραμμένα ἐν οὐρανοῖς* καὶ τοσαύταις *μυριάσιν ἀγγέλων συμπανηγυρίζοντα*. Πρωτότοκοι δὲ παῖδες ἡμεῖς οἱ τρόφιμοι τοῦ Θεοῦ, οἱ τοῦ πρωτοτόκου γνήσιοι φίλοι, οἱ πρῶτοι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τὸν Θεὸν νενοηκότες, οἱ πρῶτοι τῶν ἁμαρτιῶν ἀπεσπασμένοι, οἱ πρῶτοι τοῦ διαβόλου κεχωρισμένοι. Νυνὶ δὲ τοσούτῳ τινές εἰσιν C ἀθεώτεροι (64), ὅσῳ φιλανθρωπότερος ὁ Θεός· ὁ μὲν γὰρ ἐκ δούλων υἱοὺς ἡμᾶς γενέσθαι βούλεται, οἱ δὲ, καὶ υἱοὶ γενέσθαι ὑπερηφανήκασιν. Ὦ τῆς ἀπονοίας πολλῆς (65)! τὸν Κύριον ἀπαισχύνεσθε; Ἐλευθερίαν ἐπαγγέλλεται· ὑμεῖς δὲ εἰς δουλείαν ἀποδιδράσκετε. Σωτηρίαν χαρίζεται· ὑμεῖς δὲ εἰς ἄνθρωπον ὑποφέρεσθε (66). Ζωὴν δωρεῖται αἰώνιον· ὑμεῖς δὲ *τὴν κόλασιν* ἀναμένετε· καὶ τὸ *πῦρ* δὲ προσκοπεῖτε (67), ὃ *ἡτοίμασεν ὁ Κύριος τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Ἀπόστολος, *Μαρτύρο-*

A qui Domini quasi os est, ea est elocutus. *Noli ergo amplius*, inquit, *fili, negligere castigationem Domini, neque deficias, cum ab eo argueris* [59]. O admirabilem erga homines amorem! Non se quemadmodum magister adversus discipulos gerit, nec quemadmodum dominus adversus servos, nec quemadmodum ✠ Deus adversus homines, sed *tanquam pater* filios *mitissime* admonet. Deinde fatetur quidem Moyses se *exterritum ac tremebundum fuisse* [60], cum de Verbo audiret: Tu autem ipsum Verbum audiens, nihil times? nihil admodum commoveris? Nonne simul et ipsum revereris, et ex eo discere festinas; hoc est festinas ad salutem, iram quidem timens, gratiam diligens, spem vero propositam sequens, ut declines judicium? Venite, venite, mei juvenes, nisi B enim *efficiamini rursus pueri*, et *regeneremini*, ut ait Scriptura [61], neque verum Patrem recipere, *neque in regnum cœlorum ingredi* unquam poteritis. Peregrino enim ingredi qua tandem ratione permitti potest? Is tamen, ut ego quidem existimo, cum fuerit inscriptus, et civitate donatus, patremque acceperit, tunc in sui patris domo manebit, tunc hæres instituetur, tunc ingenuo ejus *dilectoque Filio* [62] paterni regni socius atque particeps erit. Hæc enim est *primogenita Ecclesia*, quæ ex multis *pueris* constat. Hi sunt *primogeniti, qui conscripti sunt in cœlis*, et una cum tot *angelorum myriadibus dies festos concelebrant* [63]. Primogeniti autem nos filii, qui sumus Dei alumni, et primogeniti ejus germani amici; qui primi ex omnibus hominibus Deum agnovimus, primi a peccatis liberati, primi a consortio diaboli separati sumus. Jam vero tanto magis impii sunt nonnulli, quanto benignior est Deus ac humanior. Etenim cum Deus nos ex servis filios fieri voluit, hi in numerum ejus filiorum assumi fastidiunt. O incredibilem amentiam! pudetne vos Domini? Is quidem libertatem pollicetur, vos autem aufugitis in servitutem. Is salutem largitur, vosque in perniciem vestram ruitis. Is æternam salutem donat, et vos *supplicium* exspectatis, et cum præstolamini *ignem*,

✠ P. 69 ED. POTTER, 53-54 ED. PARIS. [59] Prov. III, 11; Hebr. XII, 5. [60] Hebr. XII, 21. [61] Matth. XVIII, 3; Luc. XVIII, 17; Joan. III, 5. [62] Matth. III, 17. [63] Hebr. XII, 22, 23.

(59) *Μὴ τοίνυν μηκέτι*. Μηκέτι τοίνυν Nov.

(60) *Πατὴρ δὲ ὡς, ἠπίως νουθετεῖ υἱούς*. Malim πατὴρ δὲ ὡς ἤπιος, νουθετεῖ υἱούς· *tanquam vero mitis pater, admonet filios*. Quam lectionem præbet Nov. Eidem favet Homerus, cujus hoc hemistichium est,

. . . . *πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν*.

Solet autem hæc vox peculiariter dici de paterno affectu in liberos. Unde apud Homer. Jupiter Minervæ dicit *Il*. Θ, v. 40:

. . . *ἐθέλω δέ τοι ἤπιος εἶναι*.

Item Paulus I Thess. II, 7, 8: Ἀλλ' ἐγεννήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, οὕτως, etc. Mox Ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι.

(61) *Ἐγγραφῇ*. Respicit veterem Atheniensium, aliarumque gentium morem, quo qui civitate donabantur, aliquem e civibus patrem sibi asciscebant, ejusque nomine in publicis tabulis inscribebantur. Conf. *Archæologiæ Græcæ* lib. I, c. 9.

(62) *Ἐν τοῖς*. Videtur Christi dictum respexisse, D quod refert Lucas II, 49: *Οὐκ ᾔδειτε, ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου δεῖ εἶναί με; nesciebatis, quia in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?*

(63) Αὕτη γὰρ ἡ *πρωτότ*. Respicit Hebr. XII, 22, 23: *Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων, πανηγύρει καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων. Sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis.*

(64) *Ἀθεώτεροι*. Ἀθεώρητοι Nov.

(65) *Τῆς ἀπ. πολλῆς*. Τῆς ἀπ. τῆς πολλῆς Nov. Mox, ἐπαισχύνεσθε pro ἀπαισχύνεσθε substituit Tatiani editor, pag. 45.

(66) *Εἰς ἄνθρωπον ὑποφ*. Sunt qui malint, εἰς ἀπώλειαν ὑποφέρεσθε· ut σωτηρία suum habeat contrarium. SYLBURG.

(67) *Προσκοπεῖτε*. Σκοπεῖτε Nov.

quem paravit Dominus *diabolo et angelis ejus* [64]. Propterea beatus Apostolus, *Obtestor*, inquit, *per Dominum, ne amplius ambuletis sicut et gentes ambulant in vanitate mentis suæ, obtenebratum habentes intellectum, et abalienati a vita Dei propter ignorantiam, quæ est in ipsis ex obduratione cordis ipsorum. Qui, cum dedoluerant, semetipsos dediderunt* ✠ *proterviæ ad operandam omnem impuritatem et avaritiam* [65]. Cum autem ejusmodi testis hominum amentiam, invocato Dei nomine, arguerit, nunquid aliud restat incredulis, quam judicium et condemnatio? Nec vero curam eorum deponit Dominus, sed instat ipsis assidue hortando, perterrefaciendo, impellendo, excitando, admonendo: et hos quidem, qui erroribus fuerunt impliciti, expergefactos e mediis tenebris excitat. *Expergiscere*, inquit, *qui dormis, et surge a mortuis, et illucescet tibi Christus* Dominus [66], ille Sol resurrectionis, *qui ante luciferum genitus est* [67], suisque radiis vitam præbuit. Ne quis itaque spernat Verbum ac nihili faciat, ne forte semetipsum imprudens contempsisse reperiatur. Dicit enim alicubi Scriptura: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione in die tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri in probatione* [68]. Quænam autem est illa *probatio?* Si cupis discere, sanctus tibi Spiritus explicabit: *Et viderunt*, inquit, *opera mea quadraginta annis. Quare infensus fui generationi huic, et dixi, Semper errant corde; ipsi vero non cognoverunt vias meas. Itaque juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam* [69]. En minas! en exhortationem! en pœnam! Cur igitur etiamnum iratum nobis Deum ex clementi et benefico facimus? Cur non aures nostras Verbo patefacimus, Deumque hospitem puris et intaminatis animabus excipimus? Ejus enim promissio immensæ sane gratiæ ac beneficii loco erit, *si hodie vocem ejus audierimus*; cæterum illud hodie in dies augetur, quandiu hodie nominatur. Usque enim ad consummationem rerum ultimam et *hodiernus* dies, et discendi tempus permanet. Exinde verum illud *hodie*, Dei scilicet dies nunquam defecturus, in omnia usque sæcula extenditur. Quocirca *voci* divini Verbi semper *pareamus*:

A *μαι ἐν Κυρίῳ*, φησὶ, *μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς καὶ τὰ ἔθνη* (68) *περιπατεῖ, ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν, ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ ὄντες, καὶ ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν· οἵτινες ἑαυτοὺς παρέδωκαν ἀπηλγηκότες τῇ ἀσελγείᾳ εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης καὶ πλεονεξίας.* Τοιούτου μάρτυρος ἐλέγχοντος τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄνοιαν καὶ Θεὸν (69) ἐπιβοωμένου, τί δὴ ἕτερον ὑπολείπεται τοῖς ἀπίστοις ἢ κρίσις καὶ καταδίκη; Οὐκ ἀμελεῖ δὲ ὁ Κύριος παραινῶν, ἐκφοβῶν, προτρέπων, διεγείρων, νουθετῶν· ἀφυπνίζει γέ τοι, καὶ τοῦ σκότους αὐτοῦ τοὺς πεπλανημένους διανίστησιν. *Ἔγειρε* (70), φησὶν, *ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν· καὶ ἐπιφαύσει*
B *σοι ὁ Χριστὸς* Κύριος, ὁ τῆς ἀναστάσεως Ἥλιος, *ὁ πρὸ ἑωσφόρου γεννώμενος*, ὁ ζωὴν χαρισάμενος ἀκτῖσιν ἰδίαις. Μὴ οὖν περιφρονείτω τις τοῦ Λόγου, μὴ λάθῃ καταφρονῶν ἑαυτοῦ. Λέγει γάρ που ἡ Γραφή· *Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν δοκιμασίᾳ* (71). Ἡ δὲ δοκιμασία τίς ἐστιν; Εἰ θέλεις μαθεῖν, τὸ ἅγιόν σοι Πνεῦμα ἐξηγήσεται· *Καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου*, φησὶ, *τεσσαράκοντα ἔτη* (72). *Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ταύτῃ, καὶ εἶπον· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσ-*
C *ελεύσονται εἰς τὴν ἀνάπαυσίν μου.* Ὁρᾶτε τὴν ἀπειλήν. Ὁρᾶτε τὴν προτροπήν· ὁρᾶτε τὴν τιμήν. Τί δὴ οὖν ἔτι τὴν χάριν εἰς ὀργὴν μεταλλάσσομεν, καὶ οὐχὶ ἀναπεπταμέναις ταῖς ἀκοαῖς καταδεχόμενοι τὸν Λόγον, ἐν ἁγναῖς ξενοδοχοῦμεν ταῖς ψυχαῖς (73) τὸν Θεόν; Μεγάλη γὰρ τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἡ χάρις, *ἐὰν σήμερον τῆς* (74) *φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσωμεν.* Τὸ δὲ σήμερον καθ' ἑκάστην αὐτοῦ αὔξεται τὴν ἡμέραν, ἔστ' ἂν ἡ σήμερον ὀνομάζηται. Μέχρι δὲ συντελείας καὶ ἡ *σήμερον* καὶ ἡ μάθησις διαμένει· καὶ τότε ἡ ὄντως *σήμερον*, ἡ ἀνελλιπὴς τοῦ Θεοῦ ἡμέρα, τοῖς αἰῶσι συνεκτείνεται. Ἀεὶ οὖν *τῆς φωνῆς ὑπακούωμεν* τοῦ θείου Λόγου· ἡ σήμερον γὰρ ἀΐδιος αἰών ἐστιν εἰκών (75)· σύμβολον δὲ τοῦ φωτὸς, ἡμέρα (76)· φῶς

✠ P. 70 ED. POTTER, 54-55 ED. PARIS. [64] Matth. xxv, 41, 46. [65] Ephes. iv, 17, 18, 19. [66] Ephes. v, 14. [67] Psal. cix, 3. [68] Psal. xciv, 8, 9. [69] Ibid. 9, 10, 11. [70] Joann. x, 3, 16.

(68) *Τὰ ἔθνη.* Τὰ λοιπὰ ἔθνη Bibl. Græc. Mox, καὶ post ὄντες omitt. Dein, ἐν πλεονεξίᾳ pro καὶ πλεονεξίας, ibid.

(69) *Καὶ Θεόν.* Τὸν Θεόν Nov.

(70) *Ἔγειρε.* Ἔγειραι Bibl. Græc.

(71) *Ἐν δοκιμασίᾳ.* Ἐδοκίμασαν Bibl. Græc. Ea, quæ sequuntur, hoc modo distinguit Nov. Ἡ δὲ δοκιμασία τίς ἐστιν εἰ θέλεις μαθεῖν.

(72) *Τεσσαράκοντα ἔτ.* Τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, Bibl. Græc.

(73) *Ταῖς ψυχαῖς.* Ταῖς omittit Nov.

(74) *Ἐὰν σήμερον τ.* Hæc sic distingui possunt: *Ἐὰν σήμερον τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσωμεν* (*τὸ δὲ σήμερον καθ' ἑκάστην αὐτοῦ αὔξεται τὴν ἡμέραν*) *ἔς τ' ἂν ἡ σήμερον ὀνομάζηται· Si hodie vocem ejus audierimus* (*illud autem hodie singulis diebus ei accrescit*) *quamdiu nominetur hodie.* Po-
D strema verba sumpsit ex Hebr. iii, 13: *Ἀλλὰ παρακαλεῖ τε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται.*

(75) *Ἡ σήμερον γὰρ ἀΐδιος αἰὼν ἐστιν εἰκών.* Sic Flor., Sylb., itemque ms. Nov. In Heinsiana vero editione, quam Parisienses exprimunt, *αἰών* mutatum est in αἰῶνος. Sylburgius scribi voluit ἀϊδίου αἰῶνός ἐστιν εἰκών, *æterni sæculi imago est.* Quam lectionem dicit firmari a Basil. pag. 665, et Gregor. Naz., p. 229. Fortasse aliquis ad marginem libri sui εἰκών adnotavit, vel, ut interpretamentum vocis σύμβολον, quæ sequitur; vel, quia putabat τὸ σήμερον non esse αἰῶνα, sed tantum αἰῶνος εἰκόνα. Etenim sæpissime fit ut quæ ad marginem adnotata fuere, ab imperitis scriptoribus in textum recipiantur.

(76) *Ἡμέρα.* Ἡ ἡμέρα Nov. recte.

δὲ, ὁ Λόγος *ἀνθρώποις*, δι' οὗ καταυγαζόμεθα τὸν A θεόν. Εἰκότως ἄρα πιστεύσασι μὴν καὶ ὑπακούουσιν *ἡ χάρις ὑπερπλεονάσει*· ἀπειθήσασι δὲ καὶ *πλανωμένοις κατὰ καρδίαν*, *ὁδούς τε τὰς* κυριακὰς *μὴ ἐγνωκόσιν*, ἃς *εὐθείας ποιεῖν* καὶ εὐτρεπίζειν παρήγγειλεν Ἰωάννης· τούτοις δὲ προσώχθισεν ὁ θεὸς, *καὶ ἀπειλεῖ*. Καὶ δὴ καὶ τὸ τέλος τῆς ἀπειλῆς αἰνιγματωδῶς ἀπειλήφασιν οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑβραίων πλανῆται· *οὐ γὰρ εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν* λέγονται *διὰ τὴν ἀπιστίαν*, πρινὴ (77) σφᾶς αὐτοὺς, κατακολουθήσαντας τῷ Μωϋσέως διαδόχῳ, ὀψέ ποτε ἔργῳ μαθεῖν, οὐκ ἂν ἄλλως σωθῆναι, μὴ οὐχὶ (78) ὡς Ἰησοῖ (79) πεπιστευκότας. Φιλάνθρωπος δὲ ὢν *ὁ Κύριος*, *πάντας ἀνθρώπους εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας* παρακαλεῖ, ὁ τὸν *Παράκλητον* ἀποστέλλων. Τίς οὖν ἡ ἐπίγνωσις; θεοσέβεια· *θεοσέβεια δὲ πρὸς πάντα* B *ὠφέλιμος*, κατὰ τὸν Παῦλον, *ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς*, *τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης*. Πόσου ὁμολογήσαιτε, ὦ ἄνθρωποι, εἰ ἐπιπράσκετο σωτηρία ἀΐδιος, ὠνήσασθαι (80) ἄν; οὐδὲ εἰ τὸν Πάκτωλόν τις ὅλον, τοῦ χρυσίου τὸ ῥεῦμα τὸ μυθικὸν, ἀπομετρήσειε, ἀντάξιον σωτηρίας μισθὸν ἀριθμήσει. Μὴ οὖν ἀποκάμητε· ἔξεστιν ὑμῖν, ἣν ἐθέλητε, ἐξωνήσασθαι τὴν πολυτίμητον σωτηρίαν οἰκείῳ θησαυρῷ, ἀγάπῃ καὶ πίστει ζωῆς (81)· ὅς ἐστιν ἀξιόλογος μισθός. Ταύτην ἡδέως τὴν τιμὴν ὁ Θεὸς λαμβάνει· *Ἠλπίκαμεν* γὰρ *ἐπὶ Θεῷ ζῶντι*, *ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων*, *μάλιστα πιστῶν*. Οἱ δὲ ἄλλοι, περιπεφυκότες τῷ κόσμῳ, οἷα φύκιά τινα ἐνάλοις πέτραις, ἀθανασίας ὀλιγωροῦσιν· καθάπερ ὁ Ἰθακήσιος γέρων (82), οὐ C τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς ἐν οὐρανῷ πατρίδος, πρὸς δὲ καὶ τοῦ ὄντως ὄντος ἱμειρόμενος φωτὸς, ἀλλὰ *τοῦ καπνοῦ*. Θεοσέβεια δὲ, ἐξομοιοῦσα τῷ Θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν τὸν ἄνθρωπον, κατάλληλον ἐπιγράφεται διδάσκαλον Θεὸν, τὸν (83) καὶ μόνον ἀπεικάσαι κατ' ἀξίαν δυνάμενον ἄνθρωπον Θεῷ. Ταύτην Ἀπόστολος (84) τὴν διδασκαλίαν, θείαν ὄντως ἐπιστάμενος, *Σὺ δὲ, ὦ Τιμόθεε* (85), φησὶν, *ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας*, *τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως ἐν Χριστῷ* (86)· *ἱερὰ* γὰρ ὡς ἀληθῶς τὰ ἱεροποιοῦντα καὶ θεοποιοῦντα (87) *γράμματα*· ἐξ ὧν *γραμμάτων* καὶ συλλαβῶν τῶν *ἱερῶν*

25 nam *hodie* illud significat æternitatem: dies vero lucem notat: *lux* autem *hominum* est Verbum [71], cujus ope Deum videmus. Merito igitur his, qui crediderunt, et morigeri fuerunt, *superabundabit gratia* [72]; incredulis autem et contumacibus, qui *errant corde, et non cognoverunt vias Domini* [73], quas Joannes *rectas facere* jussit [74], infensus est et *minatur* Deus. Cujus quidem minationis ✠ finis veteribus illis Hebræis, qui errabant in deserto, ænigmate quodam erat significatus; dicuntur enim *non fuisse in requiem ingressi propter incredulitatem* [75], antequam Moysis successorem secuti, sero tandem ipso usu forent edocti, se non posse aliter salvos fieri, quam si Jesu crediderint. *Dominus* autem, cum sit humani generis amantissimus, *Paracletum* mittit, qui *omnes homines* hortetur *ad cognoscendam veritatem* [76]. Quæ est igitur ea cognitio? pietas erga Deum. *At pietas ad omnia utilis est*, dicente Paulo [77], *ut quæ promissionem habeat vitæ præsentis ac futuræ*. Si æterna vita venum exponeretur, quanti vos, o homines, eam empturos promitteretis? Ne si Pactolum quidem, qui totus aureo, ut est in fabulis, decurrit flumine, quis dederit, pro salute justum pretium numeraverit. Quamobrem ne vos animus deficiat. Licet vobis, si videtur, hanc pretiosissimam salutem propriis vestris thesauris, charitate, vivaque fide, quæ merces haud injusta reputatur, emere. Hoc pretium Deus lubenter accipit: *Speravimus* enim *in Deo vivo, qui est servator omnium hominum, præcipue* vero *fidelium* [78]. Cæteri autem mundo, velut alga marinis rupibus, circumnati, immortalitatem spernunt: quemadmodum Ithacensis ille senex, haud quidem veræ cœlestisque patriæ, aut veræ lucis, sed *fumi desiderio* flagrabat. Pietas autem, ut hominem Deo, quoad potest, assimilet, idoneum ipsi magistrum Deum ascribit, qui solus hominem, prout est dignum, Deo similem efficere valet. Quam doctrinam cum Apostolus vere divinam esse sciat: *Tu autem*, inquit, *o Timothee, a puero sacras litteras novisti, quæ te possunt sapientem reddere ad salutem per fidem, quæ est in Christo* [79]; fieri enim nequit, ut

✠ P. 71 ED. POTTER, 55-56 ED. PARIS. [71] Joan. I, 9. [72] I Tim. I, 14. [73] Psal. XCIV, 10. [74] Matth. III, 3. [75] Hebr. III, 18, 19. [76] I Tim. II, 4. [77] I Tim. IV, 8. [78] I Tim. IV, 10. [79] II Tim. III, 15.

(77) *Πρινή*. Πρὶν ἢ Nov. Mox, κατακολουθήσαντες D pro κατακολουθήσαντας, idem.

(78) *Οὐχί*. Omittit Nov.

(79) *Ἰησοῖ*. A. Ἰησοῦ mavult Sylburg. Quam conjecturam firmare videtur ms. Nov., qui Ἰησοῦς habet, scil. pro Ἰησοῦ.

(80) *Ὠνήσασθαι*. Hanc vocem quidam perperam in ὠνήσεσθε mutandum putarunt. Paulo ante, πόσον pro πόσου habet Nov.

(81) *Πίστει ζωῆς*. Quidam scribendum putant πίστει ζωρᾷ, *fide mera, sincera* Quod inusitatum esse videtur. Forte ζωῆς juxta πολυτίμητον σωτηρίαν, interpretamenti loco, in margine libri adnotatum, postea in textum irrepsit.

(82) *Ὁ Ἰθακήσιος γέρων*. Ulysses. Respicit autem Clemens *Odyss*. A, vers. 57:

..... *αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς,*
Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται ....

..... *Cæterum Ulysses*
Cupiens vel fumum exsilientem videre
Suæ terræ, mori desiderat .....

(83) *Τόν*. Omittit Nov.

(84) *Ἀπόστολος*. Malim ὁ Ἀπόστολος, cum articulo, ut et alibi passim. SYLBURG. Hanc lectionem firmat Nov.

(85) *Ὦ Τιμόθεε*. Clementis additamentum.

(86) *Πίστεως ἐν X*. Πίστεως τῆς ἐν X. Bibl. Græc.

(87) *Θεοποιοῦντα*. Clemens, Platonem secutus, sæpe dicit homines per virtutem ac pietatem non solum Deo assimilari, sed etiam deos quodammodo fieri. Conf. hujus libri pag. 71, et quæ ibi adnotata erunt.

illæ *litteræ* non sint *sacræ*, quæ non modo sanctos, sed etiam divinos faciunt. Unde *scripturas* etiam illas, seu volumina, quæ ex his *litteris* syllabisque *sacris* constant, Apostolus appellat [80] *divinitus inspiratas*, ut quæ essent *utiles ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Neminem certe aliorum sanctorum hortationes perinde commovebunt, ac ipse Dominus, qui genus humanum tantopere dilexit. Is enim ✠ aliud nihil agitat, nihil molitur, nisi ut homines sint salvi ac incolumes. Quocirca urget eos ac impellit ad salutem, clamans : *Appropinquavit regnum cœlorum* [81]. Qua voce attentes sibi homines eos facit, qui paulo timidiores erant. Apostolus itidem Domini cohortans Macedonas, divinam vocem interpretatur : *Appropinquavit Dominus*, inquit, *cavete ne deprehendamur vacui* [82]. Vos autem adeone estis metu vacui, adeone potius increduli, ut nec ipsi Domino, nedum Paulo, ne quidem cum *pro Christo obsecrat* [83], fidem habentes, *gustetis ac videatis* [84] Christum esse Deum? Fides vos introducet, experientia docebit, Scriptura instituet, *Venite*, dicens, *o filii, audite me, timorem Domini docebo vos* [85]. Deinde quasi jam fide imbutis breviter subjicit : *Quis est homo qui vult vitam, qui diligit videre dies bonos* [86] ? Nos, inquiemus, tales sumus, qui bonum colimus, bonosque sectamur. Audite igitur, qui *procul;* audite, qui *prope* estis [87]. Verbum a nemine unquam celatum fuit, sed, quasi publica lux, illucet *omnibus hominibus* [88], et quod ad ipsum nemo est Cimmerius. Properemus consequi salutem renascendo. Properemus, ad exemplum unitatis unicæ naturæ, uno multi amore conjungi et coalescere : bonæque monadis videndæ studio incensi, qui ejus bonitatis participes sumus, unitatem pariter sequamur. Multorum enim in unum concursus, in divinam quamdam concordiam a variis ac discordibus vocibus

A τὰς συγκειμένας γραφὰς, τὰ συντάγματα, ὁ αὐτὸς ἀκολούθως Ἀπόστολος *θεοπνεύστους* καλεῖ, *ὠφελίμους οὔσας πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ· ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος.* Οὐκ ἄν τις οὕτως ἐκπλαγείη τῶν ἄλλων ἁγίων τὰς προτροπὰς, ὡς αὐτὸν τὸν Κύριον, τὸν φιλάνθρωπον. Οὐδὲν γὰρ ἀλλ' ἢ τοῦτο ἔργον μόνος ἐστὶν αὐτῷ, σώζεσθαι τὸν ἄνθρωπον. Βοᾷ γοῦν, ἐπείγων εἰς σωτηρίαν αὐτός· *Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν·* ἐπιστρέφει (88) τοὺς ἀνθρώπους, πλησιάζοντας τῷ φόβῳ. Ταύτῃ καὶ ὁ Ἀπόστολος τοῦ Κυρίου, παρακαλῶν τοὺς Μακεδόνας, ἑρμηνεὺς γίνεται τῆς θείας φωνῆς· *Ὁ Κύριος* (89) *ἤγγικεν*, λέγων, *εὐλαβεῖσθε μὴ καταληφθῶμεν κενοί.* Ὑμεῖς δὲ, ἐς B τοσοῦτον ἀδεεῖς (90), μᾶλλον δὲ ἄπιστοι, μήτε αὐτῷ πειθόμενοι τῷ Κυρίῳ, μήτε τῷ Παύλῳ, καὶ ταῦτα ὑπὲρ *Χριστοῦ δεομένῳ γεύσεσθε* (91), *καὶ ἴδετε ὅτι Χριστὸς ὁ Θεός*; ἡ πίστις εἰσάξει, ἡ πεῖρα διδάξει, ἡ Γραφὴ παιδαγωγήσει, *Δεῦτε, ὦ τέκνα*, λέγουσα· *ἀκούσατέ μου, φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς.* Εἶτα, ὡς ἤδη πεπιστευκόσι, συντόμως ἐπιλέγει· *Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς;* Ἡμεῖς ἐσμὲν, φήσομεν, οἱ τἀγαθοῦ προσκυνηταὶ, οἱ τῶν ἀγαθῶν ζηλωταί. Ἀκούσατε οὖν οἱ *μακρὰν* (92), ἀκούσατε οἱ *ἐγγύς*· οὐκ ἀπεκρύβη τινὰς ὁ Λόγος· φῶς ἐστι κοινὸν, ἐπιλάμπει *πᾶσιν ἀνθρώποις*· οὐδεὶς Κιμμέριος ἐν Λόγῳ. Σπεύσωμεν εἰς σωτηρίαν, ἐπὶ τὴν παλιγγενεσίαν, εἰς μίαν ἀγάπην (93) συναχθῆναι οἱ πολλοὶ, κατὰ τὴν τῆς μοναδικῆς οὐσίας ἕνωσιν· C σπεύσωμεν (94) ἀγαθοεργούμενοι ἀναλόγως ἑνότητα διώκωμεν, τὴν ἀγαθὴν ἐκζητοῦντες μονάδα. Ἡ δὲ ἐκ πολλῶν ἕνωσις, ἐκ πολυφωνίας καὶ διασπορᾶς ἁρμονίαν λαβοῦσα θεϊκὴν, μία γίνεται συμφωνία, ἑνὶ χορευτῇ καὶ διδασκάλῳ τῷ Λόγῳ ἑπομένη, ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν ἀναπαυομένη, *Ἀββᾶ* λέγουσα, *ὁ πατήρ·* ταύτην ὁ Θεὸς τὴν φωνὴν τὴν ἀληθινὴν ἀσπάζεται παρὰ τῶν αὐτοῦ παίδων πρώτην καρπούμενος.

✠ P. 72 ED. POTTER, 56-57 ED. PARIS. [80] I Tim. III, 16, 17. [81] Matth. IV, 17. [82] Philipp. IV, 5. [83] II Cor. V, 20. [84] Psal. XXXIII, 9. [85] Ibid. 12. [86] Ibid. 13. [87] Esther. IX, 20. [88] Joann. I, 9.

(88) *Ἐπιστρέφει.* Sic distingue, Ἐπιστρέφει τοὺς ἀνθρώπους πλησιάζοντας, τῷ φόβῳ. *Eos, qui ad se accedunt, per timorem convertit.*

(89) *Ὁ Κύρ.* S. Scripturæ sensum, non verba, recitat. Porro καταλειφθῶμεν pro καταληφθῶμεν habet Nov.

(90) *Ἀδεεῖς.* Hervetus legit ἐνδεεῖς, quod A. minus placet. SYLBURG.

(91) *Γεύσεσθε.* A. et H. γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Θεός, ex psalmo XXXIII. Hervetus interpres vulgatam lectionem secutus est : in qua ut interrogatio locum habet, ita in altera non habet. SYLBURG. — Alludit ad psalm. XXXII 9 : Γεύσασθε, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Sic *Pædag.* lib. I, c. 6, p. 103 illa I Pet. II, recitans, εἰ ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος, scripsit : Εἰ ἐγεύσασθε ὅτι Χριστὸς ὁ K. *Strom.* V, pag. 579, iterum psalmi verba sic scribit, Γεύσασθε, καὶ ἴδετε ὅτι Χριστὸς ὁ Κύριος. *Protrept.*, p. 76, χρηστὸς ὁ σύμπας ἀνθρώπων βίος, τῶν Χριστὸν ἐγνωκότων. Denique *Strom.* II, similiter in his vocibus ludit : Οἱ εἰς τὸν Χριστὸν πεπιστευκότες, χρηστοί τε εἰσὶ, καὶ λέγονται· *Qui in Christum crediderunt*, χρηστοί, *boni*, *sunt et dicuntur.* Verum eo loco Χριστοί potius legendum esse, D nonnulli existimant. S. Justinus, *Apol.* I, p. 6 : Ὅσον τε ἐκ τοῦ κατηγορουμένου ἡμῶν ὀνόματος χρηστότατοι ὑπάρχομεν· *Quod ad nomen ipsum* Christianorum *spectat, quod criminis loco nobis objicitur, optimi* (χρηστότατοι) *certe sumus.* Idem paulo post : Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα· τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον· *Christiani esse deferimur : atqui bonum* (χρηστὸν) *odisse, injustum est.* Gentiles per ignorantiam *Chrestum*, sæpe vocabant Christum. Conf. Suetonius in *Claudio* cap. 25 ; Lucianus in *Philopatride ;* Tertullianus, *Apol.*, cap. 3; Lactantius, lib. IV, cap. 7; Theophilus initio lib. I, *Ad Autolyc.*

(92) *Ἀκούσατε οὖν οἱ μ.* Hæc verba οὖν οἱ μακρὰν ἀκούσατε omittit Nov. Porro respicit Clemens Pauli verba ad Ephes. II, 17 : Εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς. Ut mox Joan. I, 9 : Τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

(93) *Εἰς μίαν ἀγάπ.* Imitatur Christi dictum, quod refert Joan. XVII, 21, 22, 23.

(94) *Ἕνωσιν σπεύσ.* Sic distingui possit, ἕνωσιν. σπεύσωμεν· ἀγαθοεργούμενοι, ἀναλόγως ἑνότ.

redacta, unum concentum efficit, eumdemque chori ducem et magistrum sequitur, et in eadem requiescens veritate, *dicit Abba, pater* [89]. Hanc Deus germanam filiorum suorum vocem, quam primam ei offerre solent, amplectitur.

CAPUT X.

Respondens objectioni Gentilium, qua nefas esse aiebant morem patrium deserere, eo impensius hortatur illos ad veritatem amplectendam, qua ab erroribus istis liberentur.

A 'Αλλ' ἐκ πατέρων (95), φατὲ, παραδεδομένον ἡμῖν ἔθος ἀνατρέπειν οὐκ εὔλογον. Καὶ τί δὴ οὐχὶ τῇ πρώτῃ τροφῇ τῷ γάλακτι χρώμεθα, ᾧ δήπουθεν συνείθισαν ἡμᾶς ἐκ γενετῆς αἱ τιτθαί; Τί δαὶ αὔξάνομεν ἢ μειοῦμεν τὴν πατρῴαν οὐσίαν, καὶ οὐχὶ τὴν ἴσην, ὡς παρειλήφαμεν, διαφυλάττομεν; Τί δαὶ οὐκέτι τοῖς κόλποις (96) τοῖς πατρῴοις ἐναποβλύζομεν, ἢ καὶ τὰ ἄλλα, ἃ νηπιάζοντες ὑπὸ μητράσιν τε ἐκτρεφόμενοι, γέλωτα ὤφλομεν, ἐπιτελοῦμεν ἔτι (97)· ἀλλὰ σφᾶς αὐτοὺς, καὶ εἰ μὴ παιδαγωγῶν ἐτύχομεν ἀγαθῶν, ἐπηνωρθώσαμεν; εἶτα ἐπὶ τῶν παθῶν αἱ παρεκβάσεις, καίτοι ἐπιζήμιοι καὶ ἐπισφαλεῖς οὖσαι, ὅμως γλυκεῖαί πως προσπίπτουσιν (98)· ἐπὶ δὲ τοῦ βίου, B οὐχὶ τὸ ἔθος καταλείποντες τὸ πονηρὸν καὶ ἐμπαθὲς καὶ ἄθεον, κἂν οἱ πατέρες χαλεπαίνωσιν, οὐκ ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ἐκκλινοῦμεν, καὶ τὸν ὄντως ὄντα πατέρα ἐπιζητήσομεν (99), οἷον δηλητήριον φάρμακον τὴν συνήθειαν ἀπωσάμενοι; Τοῦτ' αὐτὸ γάρ τοι τὸ κάλλιστον τῶν ἐγχειρουμένων ἐστὶν ὑποδεῖξαι ὑμῖν, ὡς ἀπὸ μανίας καὶ τοῦ τρισαθλίου τούτου ἔθους ἐμισήθη ἡ θεοσέβεια· οὐ γὰρ ἂν ἐμισήθη ποτὲ ἢ ἀπηγορεύθη ἀγαθὸν τοσοῦτον, οὗ μεῖζον (1) οὐδὲν ἐκ Θεοῦ δεδώρηταί πω τῇ τῶν ἀνθρώπων γενέσει, εἰ μὴ συναρπαζόμενοι τῷ ἔθει, εἶτα μέντοι ἀποβύσαντες τὰ ὦτα ἡμῖν, οἷον ἵπποι (2) σκληραύχενες ἀφηνιάζοντες, τοὺς χαλινοὺς ἐνδακόντες, ἀποφεύγετε τοὺς λόγους, ἀποσείσασθαι μὲν (3) τοὺς ἡνιόχους ὑμῶν τοῦ βίου ἡμᾶς ἐπιποθοῦντες, ἐπὶ δὲ τοὺς κρημνοὺς τῆς ἀπωλείας C ὑπὸ τῆς ἀνοίας φερόμενοι, ἐναγῆ τὸν ἅγιον ὑπολαμβάνετε τοῦ Θεοῦ Λόγον. Ἕπεται τοιγαροῦν ὑμῖν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα, τὰ ἐπίχειρα τῆς ἐκλογῆς (4)·

Νοῦς φροῦδος, ὦτ' ἀχρεῖα, φροντίδες κεναί.

Καὶ οὐκ ἴστε ὡς παντὸς μᾶλλον τοῦτο ἀληθὲς, ὅτι

At vero, inquitis, evertere consuetudines a majoribus nobis traditas, rationi minime consentaneum est. Proinde cur non lacte etiam utimur, tanquam primo alimento, cui nutrices nostræ, statim ac fuimus in lucem editi, nos assuefecerunt? Cur augemus patrum facultates, vel minuimus; ✠ nec eumdem modum, quem illi nobis reliquere, deinceps perpetuo servamus? Cur nec in sinus patrum cibos nostros regerimus, nec etiam alia adhuc facimus, quibus olim, cum parvuli essemus, et a matribus aleremur, risum commovimus; sed nosmetipsos, etiam nullo præcipiente magistro, corrigimus et emendamus? Quod si in affectibus excessus, etsi sint admodum periculosi et exitiales, tamen aliqua nos voluptate afficiunt: cur non etiam in vita, ex hac flagitiosa, perturbata affectibus atque impia consuetudine ad veritatem, patribus licet ringentibus, deflectemus; et rejecta, tanquam mortifero veneno, consuetudine, verum patrem quæremus? Nam **26** a nobis quidem nihil pulchrius aut præclarius suscipi potest, quam si vobis ostenderimus, hanc insanam ac plane miserrimam consuetudinem esse veræ pietati inimicissimam. Nec enim aut odio haberi, aut omnino repudiari potuit tam eximium beneficium, quo Deus nihil unquam majus humano generi tribuit, nisi consuetudine abrepti, obturatis deinde auribus, tanquam contumaces equi detrectantes habenas, et frenos mordentes, rationes fugeretis, vitæ vestræ nos magistros et aurigas excutere cupientes: et amentia vestra præcipites in exitium acti, sanctum Dei Verbum existimaretis exsecrandum esse ac detestabile. Quamobrem vos electionis vestræ præmia sequuntur, ut ait Sophocles,

Mens vana, aures inutiles, cogitationes irritæ.

Et nescitis veris omnibus hoc esse verius, quod

✠ P. 73 ED. POTTER, 57 ED. PARIS. [89] Marc. XIV, 36; Rom. VIII, 15.

(95) *'Αλλ' ἐκ πατέρ.* Hanc rationem quam ethnici Christianis semper objiciebant, refellit etiam Justinus M. initio *Cohort. ad Græcos.*

(96) *Τοῖς κόλποις.* Respicit verba Phœnicis ad Achillem alumnum, quæ refert Homerus *Iliad.* I, v. 484:

Πρίν γ' ὅτε δή σ', ἐπ' ἐμοῖσιν ἐγὼ γούνασσι καθίσας,
Ὄψου τ' ἄσαιμι προταμὼν, καὶ οἶνον ἐπισχών,
Πολλάκι μοι κατέδευσας ἐνὶ στήθεσσι χιτῶνα
Οἴνου, ἀποβλύζων ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ.

(97) *Ὤφλομεν, ἐπιτελοῦμεν ἔτι.* Ὀφλῶμεν, ἐπὶ τέλους μὲν ἔτι Nov.

(98) *Γλυκεῖαί π. π.* Lowthius ait: « Locus mancus et corruptus. Sensus videtur esse: *Siquidem officium* esse ducimus, immoderatos animi affectus coercere, cur non pari ratione absurdas consuetudines ab animi perturbationibus profectas rejicimus? » Porro nos alium sensum in Latina versione expressimus.

(99) *Ἐπιζητήσομεν.* H. Ἐπιζητήσωμεν, subjunctivo modo. SYLBURG. — Quam lectionem firmat Nov.

D (1) *Οὗ μεῖζον.* Ad Christianam philosophiam accommodat quod de profana dixit Plato in *Timæo*: Οὗ μεῖζον, inquit, ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν, οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. Id Latine vertit Cicero, *Academ. Quæst.* lib. I, c. 2: *Totum igitur illud philosophiæ studium mihi quidem ipse sumo, et ad vitæ constantiam quantum possum, et ad animi delectationem: nec ullam arbitror, ut apud Platonem est, majus aut melius a diis datum munus homini.* Idem lib. XV, epist. 4, extrema, de philosophia dicit: *Qua nec mihi charior ulla unquam res in vita fuit, nec hominum generi majus a diis munus ullum est datum.*

(2) *Οἷον ἵπποι.* Iterum Platonem imitatur Phædri pag. 1226, 1227. Eadem comparatione inferius usus est Clemens *Pædag.* lib. II, cap. 10.

(3) *Μέν.* Μέντοι Nov.

(4) *Τῆς ἐκλογῆς.* Cæcæ nempe ac stolidæ: qua mendacium veritati prætulistis. V. SYLBURG.

boni piique homines, eo quod bonum coluerunt, A bonam mercedem consequentur; qui autem contra sunt mali, meritam pœnam. Quin etiam ipsi sceleris principi imminet supplicium; proinde ei minatur Zacharias: *Increpabit te, qui elegit Jerusalem. Nonne ecce hoc est ut torris evulsus ex igne* [90]? Quænam igitur insita est in animis hominum voluntariæ mortis appetitio? Cur ad hunc mortiferum *torrem*, quocum necesse est eos una comburi, ✠ confugerunt: cum integrum ipsis fuerit, honeste ex Dei præcepto, non autem ex consuetudine vivere? nam Deus quidem vitam largitur; prava autem consuetudo, postquam excesserint hac vita, seram illis affert inter supplicia pœnitentiam. *Passus autem vel stultus didicit*, quod superstitio quidem exitium et interitum, pietas vero salutem afferat. B Conspiciuntur sæpenumero, qui simulacris se addixerunt, coma quidem sordida et inculta, vestibus laceratis et squalore obsitis deformati, lavationibus prorsus abstinentes, unguibus in immanem longitudinem excrescentibus plane efferati, quamplurimi etiam virilitatem exsecti, qui re quidem ipsa satis ostendunt, sepulcra quædam mortuorum aut carceres fuisse simulacrorum templa. Hi sane mihi lugere deos, non colere videntur: ut qui ea patiantur, quæ misericordia potius digna sunt, quam pietate. Vos autem etiamne estis cæci, nec ad omnium rerum Herum et totius universitatis Dominum oculos attollere curatis? An non ex his carceribus elabi, et ad misericordiam e cœlo demissam C confugere vobis in animo est? Deus enim hominem, perinde ac mater ad pullum e nido excidentem advolans, pro sua singulari in eum benevolentia sustentat: quod si serpens aliquis pullo inhiet, *mater circumvolat charissimos natos deflens;* Deus vero pater figmentum suum quærit, et lapsum curat, et feram abigit, et pullum recuperans, ut subvolet in nidum, hortatur. Cæterum canes, cum aberraverunt, sagaci nare dominum persequi et indagare solent. Quin etiam equi excusso insessore, vel uno sibilo edito, domino suo paruerunt. *Novit autem*, inquit, *bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui: Israel autem me non novit* [91]. Quid ergo Dominus? Obliviscitur tantæ injuriæ, etiamnum D

A ἄρα εἰ μὲν ἀγαθοὶ καὶ θεοσεβεῖς, ἀγαθῆς τῆς ἀμοιβῆς τεύξονται, τἀγαθὸν τετιμηκότες, οἱ δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων πονηροὶ τῆς καταλλήλου τιμωρίας. Καὶ τῷ γε ἄρχοντι τῆς κακίας ἐπήρτηται κόλασις· ἀπειλεῖ γοῦν αὐτῷ ὁ προφήτης Ζαχαρίας· *Ἐπιτιμήσαι ἐν σοὶ ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλήμ· οὐκ ἰδοὺ τοῦτο ὡς* (5) *δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός;* Τίς (6) οὖν ἔτι τοῖς ἀνθρώποις ὄρεξις ἔγκειται θανάτου ἑκουσίου; τί δαὶ τῷ δαλῷ τῷ θανατηφόρῳ τούτῳ προσπεφεύγασιν (7), μεθ' οὗ καταφλεχθήσονται, ἐξὸν βιῶναι καλῶς, κατὰ τὸν Θεὸν, οὐ κατὰ τὸ ἔθος; Θεὸς μὲν γὰρ ζωὴν χαρίζεται, ἔθος δὲ πονηρὸν, μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, μετάνοιαν κενὴν ἅμα τιμωρίᾳ προστρίβεται· *Παθὼν* (8) *δέ τε νήπιος ἔγνω*, ὡς ἀπολλύει δεισιδαιμονία, καὶ σώζει θεοσέβεια. Ἰδέτω B τις ὑμῶν τοὺς παρὰ τοῖς εἰδώλοις λατρεύοντας, κόμῃ ῥυπῶντας, ἐσθῆτι πιναρᾷ καὶ κατεῤῥηγυίᾳ (9) καθυβρισμένους, λουτρῶν μὲν παντάπασιν ἀπειράτους, ταῖς δὲ τῶν ὀνύχων ἀκμαῖς ἐκτεθηριωμένους, πολλοὺς δὲ καὶ τῶν αἰδοίων ἀφῃρημένους, ἔργῳ δεικνύντας τῶν εἰδώλων τὰ τεμένη, τάφους τινὰς ἢ δεσμωτήρια. Οὗτοί μοι δοκοῦσι πενθεῖν, οὐ θρησκεύειν τοὺς θεούς· ἐλέου μᾶλλον ἢ θεοσεβείας ἄξια πεπονθότες. Καὶ ταῦτα ὁρῶντες, ἔτι τυφλώττετε, καὶ οὐχὶ πρὸς τὸν Δεσπότην τῶν πάντων καὶ Κύριον τῶν ὅλων (10) ἀναβλέψετε; οὐχὶ δὲ καταφεύξεσθε ἐκ τῶν ἐνταῦθα δεσμωτηρίων, ἐκφεύγοντες ἐπὶ τὸν ἔλεον τὸν ἐξ οὐρανῶν; Ὁ γὰρ Θεὸς ἐκ πολλῆς τῆς φιλανθρωπίας ἀντέχεται τοῦ ἀνθρώπου, ὥσπερ ἐκ C καλιᾶς ἐκπίπτοντος νεοττοῦ ἡ μήτηρ ὄρνις ἐφίπταται· εἰ δέ που καὶ θηρίον ἑρπυστικὸν περιχάνοι τῷ νεοττῷ, *μήτηρ δ' ἀμφιποτᾶται, ὀδυρομένη φίλα τέκνα* (11)· ὁ δὲ Θεὸς πατὴρ καὶ ζητεῖ τὸ πλάσμα, καὶ ἰᾶται τὸ παράπτωμα, καὶ διώκει τὸ θηρίον, καὶ τὸν νεοττὸν αὖθις ἀναλαμβάνει, ἐπὶ τὴν καλιὰν ἀναπτῆναι παρορμῶν. Εἶτα κύνες μὲν, ἤδη πεπλανημένοι, ὀδμαῖς ῥινηλατοῦντες, ἐξίχνευσαν τὸν δεσπότην· καὶ ἵπποι τὸν ἀναβάτην ἀποσεισάμενοι, ἐν ἵππου συρίγματι ὑπήκουσαν τῷ δεσπότῃ (12)· *Ἔγνω δὲ*, φησὶ, *βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω.* Τί οὖν ὁ Κύριος; Οὐ μνησικακεῖ, ἔτι ἐλεεῖ, ἔτι τὴν μετάνοιαν ἀπαιτεῖ. Ἐρέσθαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰ D οὐκ ἄτοπον ὑμῖν δοκεῖ, πλάσμα ὑμᾶς τοὺς ἀνθρώ-

✠ P. 74 ED. POTTER, 58 ED. PARIS. [90] Zach. III, 2. [91] Isa. I, 3.

(5) *Ὡς.* Hæc particula addita ex vulg. Bibl. editione. SYLBURG. — Hunc locum Theodoretus explicat de Jesu, Josedec filio, et aliis, qui, cum paulo ante a captivitate rediissent, captivitatis ferebant signa, paupertatem et inopiam. Torris enim semiustulatum lignum est ex igne arreptum. Hieronymus eodem modo explicat. Similis locus est Amos IV, 11, quem reperies lib. I *Pædagogi* cap. 8. COLLECT.

(6) *Τίς.* Omittit Nov.

(7) *Προσπεφεύγασιν.* Προσφεύγουσι Nov. Mox, καταφλεγήσονται pro καταφλεχθήσονται, idem.

(8) *Παθών.* Hemistichium ex Hesiod. *Oper. et Dier. lib.* I, vers. 216.

(9) *Κατεῤῥηγυίᾳ.* Scribe κατεῤῥωγυίᾳ, quod habet Nov.

(10) *Κύριον τὸν ὅλων.* Κύριον τῶν ὅλων rectius, ut sup[illegible]a. SYLBURG. — Quam correctionem firma[illegible] Nov.

(11) *Ὀδυρομένη φίλα τέκνα.* Hemistichium est Homeri *Iliad.* B, v. 315, ubi describitur illud auspicium, seu prodigium avicularum, quas draco devoravit,

. . . *ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα.*

COLLECT. — Hic etiam ἀμφεποτᾶτο habet Nov.

(12) *Καὶ ἵπποι τὸν ἀναβάτην ἀποσεισάμενοι, ἐν ἵππου συρίγματι ὑπήκουσαν τῷ δεσπότῃ.* Hæc vel imprudenti Herveto exciderunt, vel consulto, quod mendosa essent, suppressa sunt. Forte ita corrigi possunt, ἐν ὑποσυρίγματι, vel ἀποσυρίγματι, vel etiam, ut quibusdam placet, ἑνί που συρίγματι, *equi ipsi excusso insessore, vel uno sibilo edito, domino parere solent.* Jul. Pollux *Περὶ ἱππασίας*· Κλωγμῷ δὲ ἐξεγείρειν (ms. ἐπεγείρειν) τὸν ἵππον ἐρεῖς καὶ ῥοίζῳ· *dicis etiam sibilo et stridore equum excitare.* COLLECT.

πους ἐπιγεγονότας τοῦ Θεοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν ψυ- A χὴν εἰληφότας, καὶ ὄντας ὅλως τοῦ Θεοῦ, ἑτέρῳ δουλεύειν δεσπότῃ· πρὸς δὲ καὶ θεραπεύειν ἀντὶ μὲν τοῦ βασιλέως τὸν τύραννον, ἀντὶ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ τὸν πονηρόν; Τίς γὰρ, ὦ πρὸς τῆς ἀληθείας, σωφρονῶν γε, τἀγαθὸν καταλείπων, κακίᾳ σύνεστιν; Τίς δαὶ, ὅστις τὸν Θεὸν ἀποφεύγων, δαιμονίοις συμβιοῖ; Τίς δαὶ, υἱὸς εἶναι δυνάμενος τοῦ Θεοῦ, δουλεύειν ἥδεται; Ἢ τίς οὐρανοῦ πολίτης εἶναι δυνάμενος, ἔρεβον διώκει, ἐξὸν παράδεισον γεωργεῖν, καὶ οὐρανὸν περιπολεῖν, καὶ τῆς ζωτικῆς καὶ ἀκηράτου μεταλαμβάνειν πηγῆς, κατ' ἴχνος (13) ἐκείνης τῆς φωτεινῆς ἀεροβατοῦντα νεφέλης, ὥσπερ ὁ Ἠλίας, θεωροῦντα τὸν ὑετὸν σωτήριον (14); Οἱ δὲ, σκωλήκων δίκην, περὶ τέλματα καὶ βορβόρους, τὰ ἡδονῆς ῥεύματα, καλινδούμενοι, ἀνονήτους καὶ ἀνοήτους ἐκβόσκονται B τρυφὰς, ὑώδεις τινὲς ἄνθρωποι. Ὕες γὰρ, φησὶν (15), *ἥδονται βορβόρῳ μᾶλλον ἢ καθαρῷ ὕδατι*· καὶ *ἐπὶ φορυτῷ* (16) *μαργαίνουσι*, κατὰ Δημόκριτον. Μὴ δῆτα οὖν, μὴ δῆτα ἐξανδραποδισθῶμεν, μηδὲ ὑώδεις γενώμεθα, ἀλλ' ὡς τέκνα φωτὸς γνήσια, ἐναθρήσωμεν καὶ ἀναβλέψωμεν εἰς τὸ φῶς, μὴ νόθους ἡμᾶς (17) ἐξελέγξῃ ὁ Κύριος, ὥσπερ ὁ ἥλιος τοὺς ἀετούς. Μετανοήσωμεν οὖν, καὶ μεταστῶμεν ἐξ ἀμαθίας εἰς ἐπιστήμην, ἐξ ἀφροσύνης εἰς φρόνησιν, ἐξ ἀκρασίας εἰς ἐγκράτειαν, ἐξ ἀδικίας εἰς δικαιοσύνην, ἐξ ἀθεότητος εἰς Θεόν. Καλὸς ὁ κίνδυνος (18) αὐτομολεῖν πρὸς Θεόν· πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ἐστὶν ἀπολαῦσαι ἀγαθῶν τοὺς δικαιοσύνης ἐραστὰς, οἱ τὴν ἀΐδιον διώκομεν σωτηρίαν, ἀτὰρ δὴ καὶ ὧν αὐτὸς αἰνίττεται ὁ Θεὸς διὰ Ἠσαΐου λαλῶν· *Ἔστι κληρο-* C *νομία τοῖς θεραπεύουσι Κύριον*· καλή γε καὶ ἐράσμιος ἡ κληρονομία, οὐ χρυσίον, οὐκ ἄργυρος, οὐκ ἐσθὴς, ἔνθα που *σὴς καὶ τὰ τῆς γῆς λῃστής που* καταδύεται, περὶ τὸν χαμαίζηλον πλοῦτον ὀφθαλμιῶν· ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ θησαυρὸς τῆς σωτηρίας, πρὸς ὃν γε ἐπείγεσθαι χρὴ, φιλολόγους γενομένους. Συναπαίρει (19) δὲ ἡμῖν ἐνθένδε τὰ ἔργα τὰ ἀστεῖα, συνίπταται (20) τῷ τῆς ἀληθείας πτερῷ. Ταύτην ἡμῖν τὴν κληρονομίαν ἐγχειρίζει ἡ ἀΐδιος διαθήκη τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀΐδιον δωρεὰν χορηγοῦσα (21)· ὁ δὲ φιλόστοργος

A miseretur, etiamnum exposcit pœnitentiam. Jam vero quærere ex vobis velim, ecquidnam vobis videatur absurdius, quam ut vos, qui a Deo facti estis, qui animas vestras illi debetis acceptas, et toti denique, quanticunque forte estis, ejus estis, alii cuipiam domino serviatis; præterea ut pro rege tyrannum, pro bono pessimum colatis? Quis enim, o per veritatem, cui sana mens inest, bono derelicto, malitiæ adhæret? Quis Deum fugiet, ut dæmoniorum convictu fruatur? Quis, cum Dei filiis annumerari liceat, servitutem ducit potiorem? Aut quis in erebum recipi contendit cum ✠ cœli civis esse possit; cum ei liceat paradisum colere, et cœlos circuire, vitalisque et perennis esse fontis particeps *lucidam* illam *nubem* B per aera sequenti, et salutarem pluviam, velut olim Elias, contemplanti? Cæteri autem, instar vermium, in paludibus ac cœno, voluptatis nempe fluentis, volutantes, stultis ac inutilibus pascuntur deliciis, porcini plane homines. *Solent enim porci*, ut aiunt, *cœno potius quam puriore aqua delectari*, et, quod a Democrito dictum accepimus, *fœdas colluviones insane concupiscunt.* Nequaquam igitur nos mancipari sinamus aut porcis effici similes, sed tanquam germani *lucis filii* [92], sursum oculos attollamus adversus lucem, ne quemadmodum sol aquilas, ita nos Dominus adulterinos arguat. Agamus ergo pœnitentiam, et ab ignoratione transeamus ad scientiam, ab imprudentia ad prudentiam, ab intemperantia ad temperantiam, ab injustitia ad justitiam, C ab impietate ad Deum. Pulchrum est periculum ad Deum transfugere. Nam cum alia bona permulta proposita nobis sint, qui justitiam colimus, vitamque æternam persequimur, tum ea vero præcipue; quæ Deus ipse per Isaiam significavit: *Constat cultoribus Domini hæreditas* [93]: perpulchra sane et amabilis hæreditas, non aurum, non argentum, non vestis, quam *tinea; nec res terrenæ quas latro* subit [94], humilium abjectarumque divitiarum amore captus; verum *thesaurus* ille salutis, ad quem nos oportet contendere, Verbi amatores factos. Hinc

✠ P. 75 ED. POTTER, 59 ED. PARIS. [92] Ephes. v, 8. [93] Isa. LIV, 17. [94] Matth. VI, 19, 20.

(13) *Κατ' ἴχνος*. Respicere videtur III Reg. XVIII, D 44, 45: *Ἰδοὺ νεφέλη μικρὰ, ὡς ἴχνος ἀνδρὸς, ἀνάγουσα ὕδωρ.... καὶ ἐγένετο ὑετὸς μέγας.* Et Matth. XVII, 5: *Ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς*, nempe, Moysem et Eliam.

(14) *Τὸν ὑετὸν σωτήριον*. Malim, articulo geminato, τὸν ὑετὸν τὸν σωτήριον, ut alibi passim, et paulo ante. SYLBURG.

(15) *Φησίν*. A. φασὶν plurali numero: ut alludat ad proverbium. SYLBURG. — Hoc proverbiale dictum rursus laudavit Clemens *Strom.* I, p. 270: Εἰ δὲ μὴ πάντων ἡ γνῶσις, ὄνος λύρας, ἥ φασιν οἱ παροιμιαζόμενοι, τοῖς πολλοῖς τὰ συγγράμματα· ὕες γοῦν βορβόρῳ ἥδονται μᾶλλον ἢ καθαρῷ ὕδατι.

(16) *Ἐπὶ φορυτῷ*. Hervetus vertit, *in paleæ cumulo*: φορυτὸς licet Hesychio significet ἄχυρα, et quisquilias aridas, sumitur tamen pro colluvione quavis: ut Chrysostomus τὸν φορυτὸν τῶν ἁμαρτιῶν, dixit τὴν ἀκαθαρσίαν. Horatius, ... *amica luto sus*. COLLECT.

(17) *Ἡμᾶς*. Sic legit Sylburgius, pro ὑμᾶς.

(18) *Καλὸς ὁ κ.* Horatius lib. III, od. 25, v. 18:

. . . *Dulce periculum est,*
O Lenæe, sequi deum.

(19) *Συναπαίρει*. Et hoc Platoni suo debet Clemens. Sane Platonici amorem illum bonum et pudicum, qui a cœlo, ut volebat Socrates, non ab ulla libidine in animum philosophi illabitur, ἀστεῖον dicunt. Alcinous, plane ut hic Clemens, τὸ φαῦλον καὶ τὸ ἀστεῖον opposuit: Ἔστι δὲ ἐρωτικὴ, ἡ μὲν ἀστεία, ἡ τῆς σπουδαίας ψυχῆς, ἡ δὲ φαύλη, ἡ τῆς κακῆς. Ita, ἀστεῖα ἔργα dicit noster, τὰ ἀγαθά. Et Theodorus, ἐν ταῖς *Ἐκλογαῖς*, τὴν ἀστείαν ἀρετὴν dixit: Νοείτω μέγα, καὶ ἀπερινόητον, καὶ κάλλιστον φῶς, ἀπρόσιτον, πᾶσαν δύναμιν ἀγαθὴν, πᾶσαν ἀστείαν ἀρετὴν συγκεκληρωμένον. HEINSIUS.

(20) *Συνίπταται*. Καὶ συνίπταται. Nov. recte.

(21) *Χορηγοῦσα*. Χορηγοῦσαν. Nov.

autem una migrant bona ac præclara opera, pennisque veritatis nobiscum simul evolant. Hanc nobis hæreditatem, æternum sane donum, æternum Dei fœdus in manus tradit. Pater autem ille noster, qui vere est pater, nosque impensius amat, **27** hortari, monere, emendare, diligere nunquam desinit; nec enim desinit servare, verum optimum dat consilium, *Justi efficiamini, inquit Dominus. Qui sititis, ite ad aquam; et quicunque non habetis pecuniam, ite et emite, et bibite, absque pecunia* [95]. Ad lavationem, ad salutem, ad illuminationem hortatur, aperte ✠ propemodum clamans, Do tibi, o fili, terram et mare, atque cœlum : quæque in eis sunt, omnia tibi largior animantia. Tu modo, o fili, patrem *sitias*, Deus tibi gratis ostendetur; veritas enim non *venditur* [96]. Tibi volatilia, tibi aquatilia, tibi, denique, dat quæcunque terram habitant. Hæc eo sunt a Patre condita, ut vos iis grato memorique animo fruamini; quæ pecunia quidem emet nothus, qui *filius* est *perditionis* [97], cuique *mammonæ servire* [98] constitutum est : tibi vero tanquam tua permittit, legitimo scilicet filio, qui Patrem diligis, cujus gratia *adhuc operatur* [99], cuique soli hoc promissum facit : *Et terra extendetur in firmitatem;* nec enim destinata est corruptioni : *mea est enim universa terra* [1], tua vero erit, si Deum receperis. Hinc iis, qui crediderunt, hoc lætissimum nuntium defert Scriptura : *Sancti autem Domini erunt hæredes gloriæ Dei, et potentiæ ejus*. Quænam est ea, dic mihi, o beate, *gloria?* quam *oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit; et lætabuntur in regno Domini sui in æternum. Amen.* [2] Jam igitur accepistis, o homines, qualem quantamque Deus gratiam polliceatur; ex altera quoque parte, quæ supplicia minatus fuerit, audivistis. His Dominus ad salutem ducit, et metu et gratia hominem instituens. Quid cunctamur? cur non effugimus supplicium? cur non recipimus donum? Cur autem ea, quæ præstantiora sunt, Deum scilicet præ malo, non eligimus, et simulacrorum cultui sapientiam

A οὗτος ἡμῶν πατὴρ, ὁ ὄντως πατὴρ, οὐ παύεται προτρέπων, νουθετῶν, παιδεύων, φιλῶν. Οὐδὲ γὰρ σώζων παύεται· συμβουλεύει δὲ τὰ ἄριστα· *Δίκαιοι γένεσθε* (22), *λέγει Κύριος. Οἱ διψῶντες, πορεύεσθε ἐφ' ὕδωρ· καὶ ὅσοι μὴ ἔχετε ἀργύριον, βαδίσατε, καὶ ἀγοράσατε, καὶ πίετε, ἄνευ ἀργυρίου.* Ἐπὶ τὸ λουτρὸν, ἐπὶ τὴν σωτηρίαν, ἐπὶ τὸν φωτισμὸν (23) παρακαλεῖ, μονονουχὶ βοῶν καὶ λέγων· Γῆν σοι δίδωμι καὶ θάλασσαν, παιδίον, οὐρανόν τε· καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα ζῶά σοι χαρίζομαι. Μόνον, ὦ παιδίον, *δίψησον* τοῦ Πατρός· ἀμισθεί σοι δειχθήσεται ὁ Θεός· οὐ *καπηλεύεται* ἡ ἀλήθεια. Δίδωσί σοι καὶ τὰ πτηνὰ, καὶ τὰ νηκτὰ (24), καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ταῦτά σου ταῖς εὐχαρίστοις τρυφαῖς (25) δεδημιούργηκεν ὁ Πατήρ· ἅπερ ἀργυρίῳ μὲν ὠνήσεται ὁ νόθος, ὃς *ἀπωλείας* ἐστὶ *παιδίον*, ὃς *μαμωνᾷ δουλεύειν* προῄρηται· B σοὶ δὲ τὰ σὰ ἐπιτρέπει, τῷ γνησίῳ λέγει, τῷ φιλοῦντι τὸν Πατέρα, δι' ὃν ἔτι ἐργάζεται, ᾧ μόνῳ καὶ ὑπισχνεῖται, λέγων· *Καὶ ἡ γῆ παραταθήσεται* (26) *εἰς βεβαίωσιν*· οὐ γὰρ κυροῦται (27) τῇ φθορᾷ· *Ἐμὴ γάρ ἐστι πᾶσα ἡ γῆ*· ἔστι δὲ σή (28), ἐὰν ἀπολάβῃς τὸν Θεόν. Ὅθεν ἡ Γραφὴ εἰκότως εὐαγγελίζεται τοῖς πεπιστευκόσιν· *Οἱ δὲ ἅγιοι* (29) *Κυρίου κληρονομήσουσι τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ*. Ποίαν, ὦ μακάριε, δόξαν, εἰπέ μοι; *ἣν ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ οὖς ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· καὶ χαρήσονται ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ τοῦ Κυρίου αὐτῶν εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* Ἔχετε, ὦ ἄνθρωποι, τὴν θείαν τῆς χάριτος C ἐπαγγελίαν· ἀκηκόατε καὶ τὴν ἄλλην τῆς κολάσεως ἀπειλήν· δι' ὧν ὁ Κύριος σώζει, φόβῳ καὶ χάριτι παιδαγωγῶν τὸν ἄνθρωπον. Τί μέλλομεν; τί οὐκ ἐκκλίνομεν τὴν κόλασιν; τί οὐ καταδεχόμεθα τὴν δωρεάν; τί δαὶ οὐχ αἱρούμεθα τὰ βελτίονα, Θεὸν ἀντὶ τοῦ πονηροῦ, καὶ σοφίαν εἰδωλολατρίας προκρίνομεν, καὶ ζωὴν ἀντικαταλλασσόμεθα θανάτῳ; *Ἰδοὺ τέθεικα* (30) *πρὸ προσώπου ὑμῶν*, φησὶ, *τὸν θάνατον καὶ τὴν ζωήν*. Πειράζει σε ὁ Κύριος, *ἐκλέξασθαι τὴν ζωήν*. Συμβουλεύει σοι ὡς πατὴρ (31), πείθεσθαι τῷ Θεῷ (32). *Ἐὰν γὰρ ἀκούσητέ μου,*

✠ P. 76 ED. POTTER, 60 ED. PARIS. [95] Isa. LV, 1. [96] II Cor. II, 17. [97] Joan. XVII, 12; II Thess. II, 3. [98] Matth. VI, 24; Luc. XVI, 13. [99] Joan. V, 17. [1] Levit. XXV, 23. [2] I Cor. II, 9.

(22) *Δίκαιοι γένεσθε.* Ἔσεσθέ μοι δίκαιοι Bibl. Græc. Mox, βαδίσαντες ἀγοράσατε pro βαδίσατε καὶ ἀγ. Dein φάγετε pro πίετε. Ibid.

(23) *Φωτισμόν.* Hac voce Patres baptismum, et gratiam baptizatis collatam ubique denotant, secuti Hebr. VI, 4 : Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου, etc. Clemens, *Pædag.* lib. I, cap. 6, p. 92, 93 : Τελειοῦται δὲ τῷ λουτρῷ μόνῳ, καὶ τοῦ Πνεύματος τῇ καθόδῳ ἁγιάζεται. — Βαπτιζόμενοι, υἱοποιούμεθα· υἱοποιούμενοι, τελειούμεθα.

(24) *Νηκτά.* Νοητά. Nov. mendose.

(25) *Τρυφαῖς.* Hervetus et A. malunt τροφαῖς, *alimentis*. Sylb. — Sed Clemens τρυφαῖς dixit, ut copiam et affluentiam rerum innueret.

(26) *Παραταθήσεται.* Sic Flor., Sylb.; παρασταθήσεται, Heinsiana, et reliquæ post eam editt. Vera lectio videtur fuisse, οὐ πραθήσεται, quam exhibet Nov. Clemens enim respicit Levit. XXV, 23 : Ἡ γῆ οὐ πραθήσεται εἰς βεβαίωσιν.

(27) *Κυροῦται.* Aptius κηροῦται *viliatur, læditur*, a κὴρ *noxa*. Ut apud Hesychium quoque, κεκηρωμένη, κεκακωμένη. Sylburg.—Sed nulla D mutatione opus est.

(28) *Ἔστι δὲ σή.* A. ἔστι δὲ καὶ σή, *est vero, et tua*. Sylb.—Quam lectionem firmat Nov. Paulo ante, πᾶσα omittunt Bibl. Græc.

(29) *Οἱ δὲ ἅγ.* Similia quædam occurrunt Prov. III, 35, Isa. LXV, 9. Verba hæc, ut etiam ea, quæ paulo post occurrunt, χαρήσονται ἐπί, etc., hactenus frustra quæsivi. Conf. Apoc. XI, 15.

(30) *Ἰδοὺ τέθ.* Hæc Moysis et Isaiæ dicta eodem, quo Clemens, sensu ante illum exhibuit Justin. M. *Apol.* I, c. 56, p. 84, 85. Porro δέδωκα pro τέθεικα habent Bibl. Gr. Neutrum agnoscit Justin.

(31) *Ὡς πατήρ.* Justinus loco superius dicto, Διὰ Ἠσαΐου, τοῦ ἑτέρου προφήτου, ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ· *per Isaiam, prophetam alium, velut a Patre rerum omnium et dominatore Deo.*

(32) *Πείθεσθαι τῷ Θ.* Πείθεσθε τῷ Θεῷ, Nov.,

A φησὶ, *καὶ θελήσητε, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε·* ὑπακοῆς ἡ χάρις. *Ἐὰν δὲ μὴ ὑπακούσητέ μου, μηδὲ θελήσητε, μάχαιρα ὑμᾶς καὶ πῦρ κατέδεται* (33)· παρακοῆς ἡ κρίσις. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησεν ταῦτα· νόμος ἀληθείας, Λόγος Κυρίου. Βούλεσθε ὑμῖν ἀγαθὸς γένωμαι σύμβουλος; Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν, ἀκούσατε· ἐγὼ (34), εἰ δυνατὸν, ἐνδείξομαι· ἐχρῆν μὲν ὑμᾶς, ὦ ἄνθρωποι, αὐτοῦ πέρι ἐννοουμένους τοῦ ἀγαθοῦ, ἔμφυτον ἐπάγεσθαι μάρτυρα ἀξιόχρεων, πίστιν αὐτόθεν οἴκοθεν περιφανῶς αἱρουμένην τὸ βέλτιστον, μηδὲ ζητεῖν εἰ μεταδιωκτέον ἐκπονεῖν (35). Καὶ γὰρ εἴ τῳ μεθυστέον, φέρε εἰπεῖν, ἀμφιβάλλειν χρή· ὑμεῖς δὲ, πρὶν ἢ ἐπισκέψασθε, μεθύετε· καὶ εἰ ὑβριστέον, οὐ πολυπραγμονεῖτε, ἀλλ' ἡ τάχος (36) ὑβρίζετε. Μόνον δ' ἄρα, εἰ θεοσεβητέον, ζητεῖτε, καὶ εἰ τῷ σόφῳ τούτῳ δὴ τῷ B Θεῷ καὶ τῷ Χριστῷ κατακολουθητέον· τοῦτο δὲ, βουλῆς καὶ σκέψεως ἀξιοῦτε, οὐδ' ὅ πρέπει Θεῷ, ὅ τί ποτέ ἐστι, νενοηκότες. Πιστεύσατε ἡμῖν κἂν ὡς μέθῃ, ἵνα σωφρονήσητε· πιστεύσατε κἂν ὡς ὕβρει, ἵνα ζήσητε. Εἰ δὲ καὶ πείθεσθαι βούλεσθε (37), τὴν ἐναργῆ τῶν ἀρετῶν ὑποπτεύσαντες πίστιν, φέρε ὑμῖν ἐκ περιουσίας τὴν περὶ τοῦ Λόγου παραθήσομαι πειθώ. Ὑμεῖς δὲ (καὶ γὰρ (38) τὰ πάτρια ὑμᾶς ἔτι τῆς ἀληθείας ἀπασχολεῖ ἔθη προκατεσχημένους)· ἀκούοιτ' ἂν ἤδη, τὸ μετὰ τοῦτο ὅπως ἔχει· καὶ δὴ μή τις ὑμᾶς τοῦδε τοῦ ὀνόματος αἰσχύνη προκαταλαμβανέτω, *ἥ τ' ἀνδράσι μέγα σίνεται* (39), παρατρέπουσα σωτηρίας. Ἀποδυσάμενοι δ' οὖν περιφανῶς ἐν τῷ τῆς ἀληθείας σταδίῳ γνησίως ἀγωνιζώμεθα, C βραβεύοντος μὲν τοῦ Λόγου τοῦ ἁγίου, ἀγωνοθετοῦντος δὲ τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων. Οὐ γὰρ σμικρὸν ὑμῖν (40) τὸ ἆθλον ἀθανασία πρόκειται. Μὴ οὖν ἔτι φροντίζετε, μηδὲ εἰ ὀλίγον τι (41) ὑμᾶς ἀγορεύουσι σύρφακές τινες ἀγοραῖοι, δεισιδαιμονίας ἄθεοι χορευταὶ, ἀνοίᾳ καὶ παρανοίᾳ ἐπ' αὐτὸ ὠθούμενοι τὸ βάραθρον, εἰδώλων ποιηταὶ, καὶ λίθων προσκυνηταί. Οἵδε γὰρ ἀνθρώπους ἀποθεοῦν τετολμήκασι, τρισκαιδέκατον (42) Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἀναγράφοντες

A præferimus, et pro morte vitam comparamus? *Ecce*, inquit, *ante faciem vestram posui mortem et vitam* [3]. Tentat te Dominus, ut *vitam eligas*. Hortatur, tanquam pater, et suadet, ut Deo obedias. *Si enim me*, inquit, *audieritis et volueritis, bona terræ comedetis* [4]: hanc constituit obedientiæ gratiam. *Sin autem mihi non obedieritis, neque volueritis, gladius vos et ignis devorabit* [5]: hoc adversus contumaciam judicium pronuntiat. *Hæc enim locutum est os Domini* [6], veritatis lex, Domini Verbum. ✠ Placetne, ut, quod maxime vobis expediat, consilium exponam? Vos igitur attendite; ego autem clare, pro meis viribus, exhibebo. Oportebat quidem vos, o homines, cum de bono cogitaretis, testem adhibuisse insitum ac idoneum, fidem, quæ B ex se statim ac sua natura eligit, quod est præstantissimum; nec an ea sit persequenda, tam diu quærere aut laborare. Nemo enim vestrûm dubitat, verbi causa, an oporteat inebriari; verum, priusquam consideretis, inebriamini. Nec valde solliciti estis, an liceat injuriam facere; sed eam, quam potestis celerrime, facitis; in hoc solum hæretis, an Deus sit colendus? et an hic sapiens, Deus nempe et Christus, sit sequendus? Hæc digna consultatione ac deliberatione vestra existimatis; quid sit Deo aptum ac decens, minime cogitantes. Credite saltem nobis, quemadmodum soletis ebrietati, ut sobrii evadatis. Credite saltem quemadmodum injuriæ, ut vitam consequamini. Quod si agnita virtutum manifesta fide, obtemperare volueritis, C ex abundanti vobis afferam, quæ ad eliciendum vestrum consensum a verbo suppeditata sunt. Vos autem (patrii enim mores sic vos præoccupaverunt, ut a veritatis studio huc usque penitus averterint) jam tandem ad ea, quæ consequuntur, animos attendite. Nec hujusce nominis pudor aliquis præceptos deterreat, *qui* a salute homines adducere, *maximumque* illis *damnum afferre* solet. Quapropter palam exuentes nos vestibus, in stadio veritatis

✠ P. 77 ED. POTTER, 61 ED. PARIS. [3] Deuter. XXX, 15, 19. [4] Isa. I, 19. [5] Ibid. 20. [6] Isa. I, 20; XXXIII, 11.

hanc sententiam ad ea, quæ sequuntur, trahens. Mox, Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, et paulo post ἐὰν δὲ μὴ θέλητε καὶ μὴ εἰσακούσητε. Bibl. Gr.

(33) *Μάχαιρα ὑμᾶς καὶ πῦρ κατ.* Hæc verba καὶ πῦρ, quæ Isaiæ textus hoc loco non agnoscit, interpretamentum esse vocis μάχαιρα, facile concedet, qui Justini verba legerit, loco superius dicto: Τὸ δὲ προειρημένον, *μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται*, οὐ λέγει διὰ μαχαιρῶν φονευθήσεσθαι τοὺς παρακούσαντας, ἀλλ' ἡ μάχαιρα τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ πῦρ, οὗ βορὰ γίνονται οἱ τὰ φαῦλα πράττειν αἱρούμενοι· διὰ τοῦτο λέγει, *μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησεν*. Εἰ δὲ καὶ περὶ τεμνούσης καὶ αὐτίκα ἀπαλλασσούσης μαχαίρας ἔλεγεν, οὐκ ἂν εἶπε, *κατέδεται*. *Quod autem superius dictum est, « Gladius depascet vos, » non innuit immorigeros gladiis cæsum iri: verum gladius Dei est ignis, cui pabulum fiunt, qui mala facere eligunt: propterea, « Gladius, inquit, depascet vos: os enim Domini locutum est. » Quod si de gladio dixisset, qui dissecat et confestim dimittit, verbo « depascet » usus non fuisset.* Huic vero interpretationi ansam præbuit alius Isaiæ locus, quo dicitur πῦρ κατέδεται ὑμᾶς, Isa. XXXIII, 11.

(34) *Ἐγώ.* Ἐγὼ δέ scribendum ex Nov.

(35) *Μηδὲ ζητεῖν εἰ μεταδιωκτέον ἐκπονεῖν.* A. ζητεῖν ἢ ἐκπονεῖν εἰ μεταδιωκτέον. SYLBURG.

(36) *Ἀλλ' ἡ τάχος.* Rectius ἀλλ' ᾗ τάχος, ut infra. ID.

(37) *Εἰ δὲ καὶ π. β.* Malim, εἰ δὲ καὶ μὴ πείθεσθαι βούλεσθε· *quod si nolitis mihi obtemperare, eo quod manifestam virtutum fidem suspectam habeatis,* D *age vobis ex abundanti*, etc. Nam ὑποπτεύειν non est *suspicere, admirari*, quo sensu id accepit Hervetus, sed *suspicari* et *dubitare*. Nisi potius scribendum sit ἐποπτεύσαντες.

(38) *Καὶ γάρ.* Οὐ γάρ Nov.

(39) *Ἥ τ' ἀνδράσι μέγα σίνεται.* Hesiodi est carmen in Oper. 316:

Αἰδὼς ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται, οὐδ' ὀνίνησιν.

Et Homeri *Iliad.* Ω, v. 45. Ex quibus locis hic corrigendus. Reperitur et apud Stobæum tit. *De verecundia* 31. Non ergo fortes solum, sed quosvis indicat poeta, et vitiosam verecundiam intelligit. COLLECT. — Perperam igitur quidam γίνεται pro σίνεται substituerunt.

(40) *Ὑμῖν.* Ἡμῖν Nov. recte.

(41) *Ὀλίγον τι.* Potest etiam legi ἄλογόν τι. H. V. SYLBURG.

(42) *Τρισκαιδέκατον.* Alexandro sc. addito, duodecim majorum deorum numerum augeri volebant.

legitime certemus, judice quidem sancto Verbo, Domino autem totius rerum universitatis certaminis instructore. Nobis enim haud leve præmium, immortalitas proposita est. Ne sit igitur curæ, si contentius de vobis loquantur quidam de fæce populi, qui impios superstitionis choros exercent, amentia sua ac insania præcipites in ipsum barathrum acti, simulacrorum fabricatores, lapidumque cultores. Hi sunt emim, qui homines ausi fuerunt in deos referre; qui Alexandrum Macedonem, quem Babylon ostendit mortuum, deum decimum tertium numerabant. Proinde divinum illum Sophistam, cui nomen erat Theocrito, non possum non suspicere ac admirari. Nam is, Alexandro mortuo vanas de diis opiniones, quæ in animis hominum insederant, irridens, ad suos cives, ✠ *Bono*, inquit, *o viri, estote animo, quandiu deos ante homines mori videtis.* Sane autem qui deos sibi corporeos et aspectabiles, horumque, qui procreati ac geniti sunt, colluviem asciscit, et veneratur, longe est illis ipsis dæmonibus infelicior. Deus enim nequaquam est, sicut dæmones, injustus, sed, quam fieri potest, justissimus: nec est illi quidquam similius, quam qui ex nobis quam justissimus fuerit:

Venite e viis tota gens operariorum,
Qui Jovis filiam visu terribilem, Operariam deam,
Appositis vannis colitis, stolidi,

qui lapidibus a vobismetipsis elaboratis divinos honores tribuitis. Huc etiam accedant Phidias vester et Polycletus, Praxiteles etiam et Apelles, et cæteri denique omnes qui mechanicas artes exercent, terreni terræ opifices: *Tunc enim*, ut quadam prophetia dicitur, *infeliciter hic evenient res, cum statuis crediderint.* Accedant, inquam (nec enim desinam vocare) viles illi ac sordidi artifices. Ho-

A θεὸν, ὃν Βαβυλὼν ἤλεγξε νεκρόν. Ἄγαμαι τοίνυν τὸν θεῖον σοφιστήν· Θεόκριτος (43) ὄνομα αὐτῷ· μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἐπισκώπτων ὁ Θεόκριτος τὰς δόξας τὰς κενὰς τῶν ἀνθρώπων, ἃς εἶχον περὶ θεῶν, πρὸς τοὺς πολίτας, *Ἄνδρες*, εἶπεν, *θαῤῥεῖτε ἄχρις ἂν ὁρᾶτε τοὺς θεοὺς πρότερον τῶν ἀνθρώπων ἀποθνήσκοντας*. Θεοὺς δὲ δὴ τοὺς ὁρατοὺς καὶ τὸν σύγκλυδα τῶν γενητῶν (44) τούτων ὄχλον ὁ προσκυνῶν καὶ προσεταιριζόμενος, αὐτῶν ἐκείνων τῶν δαιμόνων ἀθλιώτερος μακρῷ. Θεὸς γὰρ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ὥσπερ οἱ δαίμονες· ἀλλ', ὡς οἷόν τε (45), δικαιότατος, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδὲν, ἢ ὅτ' ἂν ἡμῶν γένηται ὅτι δικαιότατος. *Βᾶτε* (46) *εἰς ὁδὸν δὴ, πᾶς ὁ χειρῶναξ λεὼς, οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάτιν θεὸν στατοῖσι λίκνοις προτρέπεσθε* (47), *ἠλίθιοι*, τῶν λίθων δημιουργοί τε καὶ προσκυνηταί. Φειδίας (48) ὑμῶν καὶ ὁ Πολύκλειτος ἡκόντων, Πραξιτέλης τε αὖ καὶ Ἀπελλῆς, καὶ ὅσοι τὰς βαναύσους (49) μετέρχονται τέχνας, γήϊνοι γῆς ὄντες ἐργάται. *Τότε γὰρ*, φησί τις προφητεία, *δυστυχήσει τὰ τῇδε πράγματα, ὅτ' ἂν ἀνδριάσι πιστεύσωσιν*. Ἡκόντων οὖν αὖθις (οὐ καὶ ἀνήσω (50) καλῶν) οἱ μικροτέχναι (51). Οὐδεὶς που τούτων ἔμπνουν εἰκόνα δεδημιούργηκεν, οὐδὲ μὴν ἐκ γῆς μαλθακὴν ἐμάλαξε σάρκα. Τίς ἔτηξε μυελόν; ἢ τίς ἔπηξεν ὀστέα; τίς νεῦρα διέτεινεν; τίς φλέβας ἐφύσησεν; τίς αἷμα ἐνέχεεν ἐν αὐταῖς; ἢ τίς δέρμα περιέτεινεν; ποῦ δ' ἂν τίς αὐτῶν ὀφθαλμοὺς ποιῆσαι βλέποντας; τίς ἐνεφύσησε ψυχήν; τίς δικαιοσύνην ἐδωρήσατο; τίς ἀθανασίαν ὑπέσχηται; μόνος ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὁ ἀριστοτέχνας (52) Πατὴρ, τοιοῦτον ἄγαλμα ἔμψυχον ἡμᾶς, τὸν ἄνθρωπον, ἔπλασεν. Ὁ δὲ Ὀλύμπιος ὑμῶν, εἰκόνος εἰκὼν, πολύ τι τῆς ἀληθείας ἀπᾴδων, ἔργον ἐστὶ κωφὸν χειρῶν Ἀττικῶν (53). Ἡ (54) μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ εἰκὼν ὁ Λόγος αὐτοῦ· καὶ υἱὸς τοῦ Νοῦ γνήσιος, ὁ θεῖος Λόγος, φωτὸς

✠ P. 78 ED. POTTER, 61-62 ED. PARIS.

(43) *Θεόκριτος*. De Theocrito, Chio oratore, Metrodori discipulo, conf. Suidas, Vossius, *De histor. græc.*, lib. III, Jonsius, *De Scriptor. hist. philos.*, lib. I, c. 9. Memoratur illius aliud de Alexandro dictum apud Athenæum lib. I, c. 9.

(44) *Γενητῶν*. A. γεννητῶν, *genitorum*. SYLBURG. — Τούτων omittit Nov.

(45) *Οἷόν τε*. Οἴονται Nov.

(46) *Βᾶτε*. Primum memento esse versiculos, qui ab auctore adducuntur; deinde, scribendum esse,

Βᾶτ' ἐξ ὁδῶν δὲ πᾶς ὁ χειρῶναξ λεὼς,
Οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάτιν θεὸν,
Στατοῖσι λίκνοις προτρέπεσθ' ἠλίθιοι.

HEINSIUS.—Gatakerus *Advers.* c. 9, hoc modo versus hos scribit:

Βᾶτ' εἰς ὁδὸν δὲ πᾶς ὁ χειρῶναξ λεὼς,
Οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάτην στατοῖς
Λίκνοισι προετρέπεσθε......

Porro Ἐργάτην pro Ἐργάτιν habet Nov. Verisimile est Clementem scripsisse Ἐργάτην, quo nomine Minerva vocari solet.

(47) *Λίκνοις προτρέπεσθε*. Vannum in *Rustico* carmine appellasse Virgilium, notum omnibus est; qui tamen, dum agricolarum instrumentum hoc esse traderet, docuit in alio etiam usu illud haberi solitum; et in rebus divinis, maxime Liberi patris, frequens esse consuevisse. Eruditissimus enim poeta, quod ipse sciebat, aliis quoque ἐν παρέργῳ notum esse voluit. Intelligit autem, ut opinor, vannum, quod λίκνον Græci vocant, instrumentum ad cuncta pæne sacrificia idoneum, ut veteres grammatici tradunt; unde qui illud gerebat in sacris, λικνοφόρος vocabatur. Plutarchus, in *Alexandro*: Ἐκ τοῦ κιττοῦ καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων. P. Victorius, in *Varronem*. Suidas, Τὸ λίκνον πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν ἐπιτήδειόν ἐστι. Virgilius, I *Georg.*:

Arbuteæ crates, et mystica vannus Iacchi.

COLLECT.

(48) *Φειδίας*. Ὁ Φειδίας Nov.

(49) *Τὰς βαναύσους...τότε*. Hæc exciderunt e Nov.

(50) *Οὐ καὶ ἀνήσω*. Aptius opinor, οὐ γὰρ ἀνήσω, ut supra. SYLBURG. — Hanc conjecturam firmat Nov.

(51) *Μικροτέχναι*. Hos opponit τῷ ἀριστοτέχνῃ, de quo paulo post. Mox, ἔμπλουν pro ἔμπνουν, Nov. mendose.

(52) *Ἀριστοτέχνας*. A. ἀριστοτέχνης, sed Doricum ἀριστοτέχνας consulto usurpatum videtur, ut clarum sit fontis indicium. SYLBURG.

(53) *Χειρῶν Ἀττικῶν*. Hoc est, Phidiæ Atheniensis. Ejus enim opus fuisse Jovem Olympicum, testantur Clemens superius; Theophilus, *ad Autolyc.* lib. I; Pausanias, *Eliac.* I.

(54) *Ἡ*. Articulum hunc omissum in edit. Flor. supplevit A. SYLBURG.—Verum genuinam lectionem exhibet Nov., εἰκὼν μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ.

ἀρχέτυπον φῶς· εἰκὼν δὲ τοῦ Λόγου, ὁ ἄνθρωπος. Ἀληθινὸς (55) ὁ νοῦς ὁ ἐν ἀνθρώπῳ, ὁ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν διὰ τοῦτο γενενῆσθαι λεγόμενος, τῇ κατὰ καρδίαν φρονήσει τῷ θείῳ παρεικαζόμενος Λόγῳ, καὶ ταύτῃ λογικός· ἀνθρώπου δὲ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ γηγενοῦς, γήϊνος εἰκὼν τὰ ἀγάλματα τὰ ἀνδροείκελα, πόῤῥω τῆς ἀληθείας ἐπίκαιρον (56) ἐκμαγεῖον καταφαίνεται. Οὐδὲν οὖν ἀλλ' ἢ μανίας ἔμπλεως ὁ βίος ἔδοξέ μοι γεγονέναι, τοσαύτῃ σπουδῇ περὶ τὴν ὕλην καταγινόμενος. Ἐπιτέτραπται (57) δὲ ὑπὸ κενῆς δόξης ἡ συνήθεια, δουλείας μὲν γεύσασα ὑμᾶς, καὶ ἀλόγου περιεργασίας, νομίμων δὲ ἀνόμων καὶ ἀπατηλῶν ὑποκρίσεων ἄγνοια, αἰτία ἤδη κατασκευασθεῖσα (58) τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει κηρῶν ὀλεθρίων καὶ εἰδώλων ἐπιστυγῶν, πολλὰς τῶν δαιμόνων ἐπινοήσασα μορφὰς, κηλῖδα (59) τοῖς ἑπομένοις αὐτῇ ἐναπεμάξατο θανάτου μακροῦ. Λάβετε (60) οὖν ὕδωρ λογικὸν, λούσασθε οἱ μεμολυσμένοι, περιῤῥάνατε αὐτοὺς ἀπὸ τῆς συνηθείας ταῖς ἀληθιναῖς σταγόσιν· καθαροὺς εἰς οὐρανοὺς ἀναβῆναι δεῖ. Ἄνθρωπος εἶ (61), τὸ κοινότατον ἐπιζήτησον, τὸν δημιουργήσαντά σε· υἱὸς εἶ, τὸ ἰδιαίτατον ἀναγνώρισον, τὸν πατέρα. Σὺ δὲ ἔτι ταῖς ἁμαρτίαις παραμένεις (62), προστετηκὼς ἡδοναῖς; Τίνι λαλήσει Κύριος· *Ὑμῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν;* Ὑμῶν ἐστιν, ἐὰν θελήσητε, τῶν πρὸς τὸν Θεὸν τὴν προαίρεσιν (63) ἐσχηκότων· ὑμῶν, ἐὰν θελήσητε πιστεῦσαι μόνον, καὶ τῇ συντομίᾳ τοῦ κηρύγματος ἕπεσθαι· ᾗ ὑπακούσαντες οἱ Νινευῖται, τῆς προσδοκηθείσης ἁλώσεως μετανοίᾳ γνησίῳ τὴν καλὴν ἀντικατηλλάξαντο σωτηρίαν. Πῶς οὖν ἀνέλθω, φησὶν, εἰς οὐρανούς; Ὁδός ἐστιν ὁ Κύριος· *Στενὴ* μὲν, ἀλλ' *ἐξ οὐρανῶν*· στενὴ μὲν, ἀλλ' εἰς οὐρανοὺς ἀναπέμπουσα· στενὴ, ἐπὶ γῆς ὑπερορωμένη· πλατεῖα, ἐν οὐρανοῖς προσκυνουμένη. Εἶθ' ὁ μὲν ἄπυστος (64) τοῦ Λόγου, συγγνώμην τῆς πλάνης ἔχει τὴν ἄγνοιαν (65)· ὁ δὲ εἰς ὦτα βαλλόμενος, καὶ τῇ ψυχῇ παρὰ τῆς γνώμης

A rum sane nemo vivam unquam et spirantem imaginem effinxit, aut ex terra teneram carnem emollivit. Quis medullam liquefecit? quis ossa induravit? quis nervos distendit? quis venas inflavit? quis in eas sanguinem infudit? quis cutem circumduxit? **28** quis eorum unquam oculis a se formatis visum est largitus? quis animam inspiravit? quis imbuit justitia? quis pollicitus est immortalitatem? Solus, qui hæc universa condidit, nobilissimus artifex Pater hujusmodi nos animatam imaginem, hominem, formavit. Olympius autem vester, imaginis hujus imago, longissime discrepans a veritate, stupidum est Atticarum manuum artificium. Est enim imago Dei, ejus Verbum: Mentis nempe germanus filius, divinum Verbum, B lucis archetypa lux. Verbi autem imago est homo. ✠ Est enim in homine vera mens, qui *ad imaginem et similitudinem* Dei propterea *factus* esse dicitur [7]; cordis nempe atque animi sui sensu divino Verbo seu rationi assimilatus, eoque particeps rationis. Aspectabilis autem hujus ac terrigenæ hominis terrenas imagines, statuas scilicet humanam exprimentes figuram, caduca et fragilia simulacra, eaque a veritate alienissima esse, manifestum est. Unde non potuit mihi vita hominum non videri plena furoris, quæ tanto in materia studio ac ardore versata est. Vana porro opinio hanc consuetudinem, quæ servituti vos, curisque inutilibus ac rationi parum consentaneis subjecit, alit atque sustentat. Rituum enim impiorum, harumque fallaC cium imitationum ignoratio, exsecranda simulacra fabricandi, unaque tristissimarum cladium causa humano generi exstitit, varias dæmonum formas commenta, et iis, qui ipsam sequuntur, omnibus diuturnæ mortis notam impressit. Rationabilem igitur aquam accipite: Lavamini, qui polluti estis; verisque vosmet guttis a consuetudine purgate; pu-

✠ P. 79 ED. POTTER, 62-63 ED. PARIS. [7] Gen. I, 26.

(55) *Ὁ ἄνθρωπος· ἀληθινός.* Absurde hæc disjunxit Hervetus interpres, ut etiam editiones Clementis omnes. Legendum, ὁ ἄνθρωπος ἀληθινὸς, ὁ νοῦς ὁ ἐν ἀνθρώπῳ· *verus homo, mens scilicet, quæ in homine est.* LOWTHIUS. — Sæpenumero Clemens dicit humanam quidem mentem τοῦ Λόγου, filii Dei, hunc vero Patris imaginem esse. *Strom.* v, p. 594: Εἰκὼν μὲν γὰρ Θεοῦ Λόγος θεῖος... εἰκὼν δὲ εἰκόνος ἀνθρώπινος νοῦς. Conf. p. 75, 485, 671, 708, etc. Hinc Origenes εἰκόνα Θεοῦ dicit Christum fuisse, κατ' εἰκόνα vero hominem, *adv. Celsum*, lib. VI, pag. 319. Idem nescio an Clementem præ oculis habuerit lib. VIII, p. 389, 390, quo loco dicit, *Phidiæ Jovem Olympium nullius pretii videri collatum* πρὸς τὸν κατασκευασθέντα κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος Θεοῦ, *ad eum, qui ad imaginem creatoris Dei factus est.* Dein addit, Servatorem nostrum esse perfectam Dei imaginem; homines vero, quotquot eum imitantur, esse κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος.

(56) *Ἐπίκαιρον.* Malim ἐπίκηρον, quod Hesychio est ἐπίμοιρον, ἐπιθανάτιον, σαθρόν. Unde paulo post κηρῶν ὀλεθρίων mentio.

(57) *Ἐπιτέτραπται.* Hervetus exp. *permissa est*, ac si esset hæc vox ab ἐπιτρέπω deducta. Malim ἐπιτέθραπται a τρέφω, quod in versione expressimus. Quin etiam τὸ τετραμμένον apud Demosthenem D a τρέφω deductum citant Lexicographi.

(58) *Ἤδη κατασκευασθεῖσα.* Forsan legendum, ἥδη κατασκευάσασα. SYLBURG.

(59) *Κηλῖδα.* Lycophron vers. 165:

Πανώλεθρον κηλῖδα θωΰξας γένει.
Perniciosas posteris imprecatus diras.

(60) *Λάβετε.* Λαβέ Nov. In iis, quæ statim sequuntur, partim ad aquam baptismi, partim ad veteres lustrandi cæremonias alludit.

(61) *Ἄνθρωπος εἶ.* Hæc sic distinguit Nov. Ἄνθρωπος εἶ, τὸ κοινότατον· ἐπιζήτησον τὸν δημιουργήσαντά σε· υἱὸς εἶ, τὸ ἰδιαίτατον· ἀναγνώρισον τὸν πατέρα. *Homo es, si id spectemus, quod tibi cum aliis maxime commune est; eum require, a quo creatus es. Filius es, si spectemus, quod tibi maxime proprium est; patrem agnosce.*

(62) *Παραμένεις.* Sic legendum indicat tum Sylburgius, tum etiam Nov. Prius scriptum erat παραμένης, subjunct. modo.

(63) *Προαίρεσιν.* Sic locum hunc distinguit Nov. Prius scriptum fuit, προαίρεσιν ἐσχηκότων ὑμῶν, ἐὰν θελ.

(64) *Ὁ μὲν ἄπυστος.* Conf. *Strom.* II, p. 387.

(65) *Ἄγνοιαν.* Sic legendum pro vulgato ἄνοιαν. SYLBURG.

ros enim oportet esse, qui cœlum ascendunt. Homo cum sis, require quod est maxime commune, eum, a quo creatus es. Filius cum sis, agnosce quod est maxime proprium, tuum scilicet patrem. Tu autem voluptatibus addictus, et quasi illiquescens, etiamnum in peccatis permanes? Cui dicet Dominus: *Vestrum est regnum cœlorum?* [8] Vestrum est, quibus Deo parere propositum est, si velitis; vestrum, inquam, modo velitis credere, et compendiariam prædicationis viam sequi: cui obtemperantes Ninivitæ, acta sincere pœnitentia exspectatum excidium pulcherrima salute commutaverunt. Qua igitur, inquit, ratione patebit mihi ad cœlum aditus? *Via est Dominus* [9]: *angusta* [10] quidem, sed quæ *e cœlo* [11] venit; angusta quidem, sed quæ ad cœlum remittit; angusta, et qua nihil est in terris contemptius; lata tamen eadem, et in cœlis divino cultu dignata. Interea qui de Verbo nil unquam audivit, is propter ignorantiam erroris veniam consequitur; qui vero auribus accepit et consulto tamen incredulam mentem gerit, quo videbitur esse prudentior, eo magis ipsi sua cognitio nocebit; cum ipsa eum prudentia condemnet, quod optimum ✠ non elegerit. Est enim alioqui a natura homini insitum, ut ei quædam sit cum Deo conjunctio. Ac proinde quemadmodum equum non cogimus arare, neque taurum venari, ad id autem, ad quod natura aptum est, animal unumquodque trahimus: sic sane hominem, qui ad contemplationem cœli natus, et plane cœlestis planta est, id quod in ipso inest præ cæteris animantibus peculiare atque eximium sumentes, ut Deum cognoscat, et viaticum sibi in omnia sæcula suffecturum comparet, hortamur ac suademus. Da,

φέρων (66) τὴν ἀπείθειαν, ὅσῳ γε φρονιμώτερος εἶναι δόξει, πρὸς κακοῦ ἡ σύνεσις αὐτῷ· ὅτι τῇ φρονήσει κέχρηται κατηγόρῳ, τὸ βέλτιστον οὐχ ἑλόμενος. Πέφυκε γὰρ ἄλλως ὁ ἄνθρωπος (67)· οἰκείως ἔχειν (68) πρὸς Θεόν. Ὥσπερ οὖν τὸν ἵππον ἀροῦν οὐ βιαζόμεθα, οὐδὲ τὸν ταῦρον κυνηγετεῖν, πρὸς ὃ πέφυκε δὲ ἕκαστον τῶν ζώων περιέλκομεν· οὕτως ἀμέλει καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὴν οὐρανοῦ γενόμενον θέαν, φυτὸν οὐράνιον (69) ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ τὴν γνῶσιν παρακαλοῦμεν τοῦ Θεοῦ, τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ καὶ ἐξαίρετον καὶ ἰδιωματικὸν παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα κατειλημμένοι, αὔταρκες ἐφόδιον αἰώνων, θεοσέβειαν (70) παρασκευάζεσθαι συμβουλεύοντες. Γεώργει, φαμὲν, εἰ γεωργὸς εἶ· ἀλλὰ γνῶθι τὸν Θεὸν, γεωργῶν· Καὶ πλῆθι (71) ὁ τῆς ναυτιλίας ἐρῶν, ἀλλὰ τὸν οὐράνιον κυβερνήτην παρακαλῶν· στρατευόμενόν σε κατείληφεν ἡ γνῶσις; τοῦ δίκαια σημαίνοντος (72) ἄκουε στρατηγοῦ. Καθάπερ οὖν κάρῳ καὶ μέθῃ βεβαρημένοι, ἀνανήψατε, καὶ διαβλέψαντες ὀλίγον, ἐννοήθητε τί θέλουσιν ὑμῖν οἱ προσκυνούμενοι λίθοι, καὶ ἃ περὶ τὴν ὕλην κενοσπούδως δαπανᾶτε. Εἰς ἄγνοιαν καὶ τὰ χρήματα καὶ τὸν βίον, ὡς τὸ ζῆν ὑμῶν εἰς θάνατον καταναλίσκετε, τοῦτο μόνον τῆς ματαίας ὑμῶν ἐλπίδος εὑράμενοι τὸ πέρας· οὐδὲ αὐτοὺς οἷοί τε ὄντες οἰκτεῖραι, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς κατελεοῦσιν ὑμᾶς τῆς πλάνης ἐπιτήδειοι πείθεσθαι γίνεσθε, συνηθείᾳ κακῇ δεδουλωμένοι, ἧς ἀπηρτημένοι, αὐθαίρετοι, μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς, εἰς ἀπώλειαν ὑποφέρεσθε· *Ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς*· ἐξὸν ἀπομάξασθαι τὰ ἐμποδὼν τῇ σωτηρίᾳ, καὶ τὸν τῦφον, καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ τὸν φόβον, ἐπιφθεγγομένους τὸ ποιητικὸν δὴ τοῦτο·

inquam, agriculturæ operam, si agricola es; interim dum agros colis, Deum cognosce. Naviga, qui rei nauticæ deditus es; non ante tamen, quam cœlestem gubernatorem invocaveris. Militantem te deprehendit cognitio? audi imperatorem, qui nil tibi, nisi quod justum est, imperat. Proinde tanquam vino ac sopore gravati, redite tandem ad vosmetipsos: apertisque aliquantulum oculis, dispicite lapides, qui a vobis coluntur, et sumptus, quos in materiam frustra impenditis, quidnam sibi velint. Opes vestras, ac facultates in ignorantiam, quemadmodum ipsam quoque vitam in mortem effunditis, atque in hac sola vanæ vestræ spei finem reperitis. Interim adeo mancipati pravæ consuetudini estis, ut nec vestrum ipsi misereri, neque his, quos misertum est vestri erroris, morem gerere possitis; verum ea suspensi, ad extremum usque spiritum ultro in perniciem vestram ruitis. *Lux enim venit in mundum, sed dilexerunt homines potius tenebras quam lucem* [12]: cum ea, quæ saluti obstant, fastum, et divitias, et timorem, hoc dicto poetico abstergere licuisset:

Quo jam has ingentes opes fero? quo autem et ipse
Erro?

Πῆ δὴ (73) *χρήματα πολλὰ φέρω τάδε; πῆ δὲ καὶ αὐτὸς*
Πλάζομαι;

✠ P. 80 ED. POTTER, 63 ED. PARIS. [8] Matth. v, 3, 10. [9] Joan. xiv, 6. [10] Matth. vii, 13, 14. [11] Joan. iii, 13, 31. [12] Ibid. 19.

(66) *Φέρων*. Φέρει Nov. Mox, καὶ ὅσῳ γε φρ. SYLB.

(67) *Ὁ ἀνθρ*. Articulum omittit Nov.

(68) *Ἔχειν*. Sic legendum pro vulgato ἔχει. SYLBURG. — Quam correctionem firmat Nov.

(69) *Φυτὸν οὐράνιον*. Οὐράνιον φυτὸν esse hominem, tradit etiam Plutarchus *Περὶ φυγῆς*, et Plato, in *Timæi* epilogo. H. SYLBURG.

(70) *Ἐφόδιον αἰώνων, θεοσέβειαν*. Θεοσέβειαν omittit Nov. Gregorius Thaumat., *Panegyr. in Orig.*, p. 56-57, edit. Paris., dicit, *Legum* disciplinam esse μέγιστόν ἐφόδιον, *maximum subsidium*, Oratoriæ. Ἐφόδιον, *viaticum*. Persius, sat. v, v. 64, de sapientia;

. . . petite hinc, juvenesque, senesque,
Finem animo certum, miserisque viatica canis.

(71) *Πλῆθι*. Ἀντὶ τοῦ πλεῦσον, adnotavit aliquis in margine Nov.

(72) *Σημαίνοντος*. Non *significantis*, ut exp. Hervet., sed *imperantis*, quo sensu Homerus hac voce sæpe usus est, *Il.* A, v. 296; *Il.* K, v. 58; *Il.* Ξ, v. 85. Quin etiam in eo, quod sequitur, imitari videtur Homeri *Odyss.* Γ, v. 139:

Οἱ δ' ἦλθον οἴνῳ βεβαρηκότες υἷες Ἀχαιῶν.
Illi vero venerunt vino gravati filii Achivorum.

(73) *Πῆ δή*. Ulyssis verba Ithacam patriam igno-

Εἰ βούλεσθε (74) οὖν τὰς φαντασίας ταύτας τὰς κενὰς ἀποῤῥίψαντες, τῇ συνηθείᾳ αὐτῇ ἀποτάξασθαι, κενοδοξίᾳ ἐπιλέγετε,

Ψευδεῖς ὄνειροι, χαίρετ', οὐδὲν ἦτ' ἄρα.

Τί γὰρ ἡγεῖσθε, ὦ ἄνθρωποι (75), τὸν Τυφῶνα, καὶ τὸν Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκίδην, καὶ τὸν Ἀμύητον; ἢ παντί τῳ δῆλον, ὅτι λίθους, ὥσπερ καὶ τὸν Ἑρμῆν; Ὡς δὲ οὐκ ἔστι θεὸς ἡ ἅλως, καὶ ὡς οὐκ ἔστι θεὸς ἡ Ἶρις, ἀλλὰ πάθη ἀέρων καὶ νεφῶν· καὶ ὃν τρόπον οὐκ ἔστιν ἡμέρα θεὸς, οὐδὲ μὴν οὐδὲ ἐνιαυτὸς, οὐδὲ χρόνος ὁ ἐκ τούτων συμπληρούμενος· οὕτως οὐδὲ ἥλιος, οὐδὲ σελήνη, οἷς ἕκαστον τῶν προειρημένων διορίζεται. Τίς ἂν οὖν τὴν εὐθύνην, καὶ τὴν κόλασιν, καὶ τὴν δίκην, καὶ τὴν νέμεσιν, εὖ φρονῶν, ὑπολάβοι θεούς; Οὐδὲ γὰρ οὐδ' Ἐριννύες, οὐδὲ Μοῖραι, οὐδὲ Εἱμαρμένη, ἐπεὶ μηδὲ πολιτεία, μηδὲ δόξα, μηδὲ Πλοῦτος, θεοί· ὃν καὶ ζωγράφοι τυφλὸν ἐπιδεικνύουσιν. Εἰ δὲ Αἰδῶ, καὶ Ἔρωτα, καὶ Ἀφροδίτην ἐκθειάζετε, ἀκολουθούντων αὐτοῖς Αἰσχύνη, καὶ Ὁρμὴ, καὶ Κάλλος, καὶ Συνουσία. Οὐκουν ἔτ' ἂν εἰκότως (76) Ὕπνος καὶ Θάνατος, *θεὼ διδυμάονε* παρ' ὑμῖν νομίζοιντο, πάθη ταῦτα περὶ τὰ ζῶα συμβαίνοντα φυσικῶς· οὐδὲ μὴν Κῆρα, οὐδὲ Εἱμαρμένην, οὐδὲ Μοίρας, θεὰς ἐνδίκως ἐρεῖτε. Εἰ δὲ Ἔρις (77) καὶ Μάχη οὐ θεοὶ, οὐδὲ Ἄρης (78), οὐδὲ Ἐνυώ. Ἔτι τε εἰ αἱ ἀστραπαὶ, καὶ οἱ κεραυνοὶ, καὶ οἱ ὄμβροι οὐ θεοὶ, πῶς τὸ Πῦρ καὶ τὸ Ὕδωρ θεοί; πῶς δαὶ καὶ οἱ διαΐσσοντες καὶ οἱ κομῆται, διὰ πάθος ἀέρος γεγενημένοι; ὁ δὲ τὴν Τύχην θεὸν λέγων, καὶ τὴν Πρᾶξιν λεγέτω θεόν. Εἰ δὴ οὖν τούτων οὐδὲ ἓν θεὸς εἶναι νομίζεται, οὐδὲ μὴν ἐκείνων τῶν χειροκμήτων καὶ ἀναισθήτων πλασμάτων· πρόνοια δέ τις περὶ ἡμᾶς καταφαίνεται δυνάμεως θεϊκῆς· λείπεται οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο ὁμολογεῖν, ὅτι ἄρα ὄντως μόνος ἔστι (79) τε καὶ ὑφέστηκεν ὁ μόνος ὄντως ὑπάρχων Θεός· ἀλλὰ γὰρ μανδραγόραν ἤ τι ἄλλο φάρμακον πεπωκόσιν ἀνθρώποις ἐοίκασιν ἀνόητοι. Θεὸς δὲ ὑμῖν ἀνανῆψαι δοίη ποτὲ τοῦδε τοῦ ὕπνου, καὶ συνιέναι θεόν· μηδὲ χρυσὸν, ἢ λίθον, ἢ δένδρον, ἢ πρᾶξιν, ἢ πάθος, ἢ νόσον, ἢ φόβον ἰνδάλλεσθαι (80) ὡς θεόν. *Τρεῖς* (81) γὰρ *μύριοί εἰσιν*, ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ

A Proinde si constitutum vobis sit, his inanibus commentis repudiatis, ipsi consuetudini renuntiare, dicite vanæ opinioni:

Valete, mendacia somnia, nil enim fuistis.

Cur enim, o homines, existimatis Typhonem esse, ✠ Mercurium, et Andocidam, et Amyetum? annon cuilibet utique manifestum est lapides esse eos, sicut etiam ipsum Mercurium? Ut vero nec halo deus est, nec iris, sed quædam aeris ac nubium affectiones: quemadmodum etiam nec dies est inter deos recensendus, nec mensis, nec annus, nec, quod his completur, tempus: sic neque sol, neque luna, quibus ea, quorum jam facta mentio est, omnia definiuntur. Quisnam itaque sanus judi- B cium, et supplicium, et justitiam, et vindictam, deos esse putaverit? Neque enim Furiæ, neque Parcæ, neque Fatum; quoniam nec respublica, nec gloria, nec Plutus, quem pictores cæcum exhibent, deorum in numero habendi sunt. Sin autem Verecundiam, et Amorem, et Venerem in deos refertis, hos consequantur Infamia, et Libido, et Pulchritudo, et Coitus. Haud igitur jure gemelli a vobis dii posthac habebuntur Somnus et Mors, cum ea sint affectiones, quæ natura animalibus accidunt. Nec par est, ut vel Fortunam, vel Fatum, vel Parcas, deas appelletis. Sin autem Lis et Pugna **29** non sunt dii, nec Mars eo nomine, nec Enyo dignandi fuerint. Quin etiam si fulgura, et fulmina, et imbres, esse deos negatis, cur in eorum C numero Ignem et Aquam reponitis? cur item stellas discurrentes, aut cometas, quæ ex affectione quadam aeris nascuntur? Qui vero deam appellat Fortunam, deam quoque appellet Actionem. Quamobrem si neque ex his, neque ex istis simulacris, quæ humanis manibus fabricata, sensusque prorsus expertia sunt, quidquam deus habetur, sed inesse nobis constat quamdam divinæ virtutis præsensionem: nil aliud restat, quam ut hoc fateamur, quod qui solus vere exsistit Deus, vere solus et sit, et

✠ P. 81 ED. POTTER, 64 ED. PARIS.

rantis, in qua cum ingenti divitiarum acervo expositus fuerat, *Odyss.* N, v. 205.

(74) *Εἰ β.* Οὐ β. Nov.

(75) *Τί γὰρ ἡγεῖσθε, ὦ ἄνθρ.* Argumentum tale est: An vos hujus aut illius Mercurium, aut ab hoc aut illo consecratum Mercurium putatis? Non sane. Scitis enim esse lapidem, quem videtis. Expergiscimini ergo, et scitote ipsum quoque Mercurium, nihil aliud quam lapidem esse; quem vos, quia sæpe in lapidibus vidistis, persuadetis vobis esse deum. Scribendum arbitror τὸν Τυφῶνος Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκίδου, καὶ τὸν Ἀμυήτου. De Andocide Mercurio habes apud Æschinem in Oratione *contra Timarchum*, apud Hesychium et Harpocrationem. Hunc Mercurium, ut ex illis discimus, negabant plerique esse Andocidæ. Ipse quoque, ut notat Harpocration Andocides ἐν τῷ *Περὶ μυστηρίων* confessus erat, ὅτι τῆς Αἰγηΐδος εἴη τὸ ἀνάθημα. Ex hac tribu autem fuit Typho, cujus in *Eliacis* meminit Pausanias: qui et ipse alioquin de suo nomine dedicavit Mercurium, nisi ille fuerit τοῦ Ἀνδοκίδου. Nam Clemens diversos facere videtur. HEINSIUS. — Porro in Flor. et Sylb. scriptum est τὸν Τυφῶνα Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκ. Nescio quomodo factum, ut D posteriores edit. exhiberent τὸν Τυφῶνα, καὶ τὸν Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκ. Verisimile est vocem ἑρμῆν in margine juxta Τυφῶνα adnotatam, in textum irrepsisse.

(76) *Ἔτ' ἂν εἰκ.* Ἔστ' ἂν εἰκ. Nov. In sequentibus respicit cujusdam poetæ dictum, qui somnum et mortem appellavit *θεὼ διδυμάονε*. Homerus ὕπνον κασίγνητον θανάτοιο dixit *Il.* Ξ.

(77) *Εἰ δὲ Ἔρις.* Conf. Homeri *Il.* Δ, v. 440, *Il.* E, v. 891, et 592.

(78) *Ἄρης.* Ἔρις. Nov. mendose.

(79) *Ὄντως μόνος ἔστι.* Μόνος ὄντως ἔστι. Nov.

(80) *Ἰνδάλλεσθαι.* Ἰδάλλεσθε Nov. Clemens imitari videtur *Il.* Γ,

Ὥστε μοι ἀθανάτοις ἰνδάλλεται εἰσοράασθαι.

In iis quæ mox sequuntur, Hesiodi Ἔργ. α'. v. 250, exprimit:

Τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ,
Ἀθάνατοι Ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

(81) *Τρεῖς.* Rectius adverbialiter τρίς, *ter*: et seq. v. *δαίμονες ἀθάνατοι*, ut supra. SYLBURG. — Mihi posterior lectio nequaquam esse sollicitanda videtur.

fuerit. Qui vero id non sentiunt, persimiles sunt istis, qui mandragoram, aliudve istiusmodi pharmacum biberunt. Deus autem vobis concedat, ut ex hoc somno tandem experrecti, ipsum percipiatis; nec vobis aurum, nec lapis, nec arbor, nec actio, nec affectio, nec morbus, nec metus, Deo similis videatur. *Nam* haud dubie

Ter decies mille sunt in terra multos pascente dæmones, haud quidem *immortales*, sed neque mortales; nec enim sensus, ac proinde mortis participes sunt; sed cum e lapide ac ligno constent, dominorum loco ab hominibus habiti, eorum vitam ope consuetudinis gravissimo dedecore atque injuria ✠ afficiunt. *Domini* autem, inquit, *est terra, et plenitudo ejus* [13]. Cur igitur, cum Dei bonis frueris, eorum Dominum ignorare sustines? Relinque meam terram, inquiet Deus. Ne tu aquam, quæ per me scatet, attingas. Fructus, quos ego colo, ne percipias. Nutritia, o homo, Deo repende. Dominum tuum agnosce. Tu proprium es Dei figmentum. Quod autem est ejus proprium, quo jure fiat alienum? Nam quod abalienatum est, cum privetur proprietate, privatur etiam veritate. Annon enim quodammodo ut Niobe; vel, ut magis mystice vos alloquar, instar Hebrææ cujusdam mulieris, quam veteres Lot uxorem dicebant, sensu penitus estis orbati? Eam enim, quod Sodomorum amore capta esset, in lapidem conversam fuisse accepimus. Sunt porro Sodomitæ, homines athei, et impietati addicti, duri cordis ac stupidi. Deum credas hisce te verbis alloquentem audire: Ne lapides, et ligna, et aves, et serpentes, potius quam homines, sacras esse res existimes: econtra, homines vere sacros, feras autem id, quod sunt, habete. Nam homines quidam miseri ac infelices per corvum, aut graculum clarissimam edere vocem, per hominem vero nil prorsus loqui Deum putant: ac proinde corvum, velut Dei nuntium et interpretem, honore afficiunt; Dei vero hominem persequuntur, eumque, proh nefas! qui licet, nec crocitet, nec clocitet, tamen e ratione loquitur, eosque perhumaniter erudit, et ad colendam justitiam impellit, inhumaniter occidere conantur, nec spe cœlestis gratiæ, nec supplicii metu præpediti. Nec enim Deo fidem adhibent, aut ejus potentiam intelligunt. Cujus porro amor erga homines verbis exprimi non potest: is quanto odio scelera prosequatur, mente concipi nequit. Quemadmodum autem ira

A *χθονὶ πουλυβοτείρῃ* δαίμονες, οὐχ ἀθάνατοι, οὐδὲ μὴν θνητοί· οὐδὲ γὰρ αἰσθήσεως ἵνα καὶ θανάτου, μετειλήφασιν· λίθινοι δὲ καὶ ξύλινοι, δεσπόται ἀνθρώπων, ὑβρίζοντες καὶ παρασπονδοῦντες τὸν βίον διὰ τῆς συνηθείας. *Ἡ γῆ* δὲ, *τοῦ Κυρίου*, φησὶ, *καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς*. Εἶτα τί τολμᾷς ἐν τοῖς τοῦ Κυρίου τρυφῶν, ἀγνοεῖν τὸν Δεσπότην; Κατάλειπε τὴν γῆν τὴν ἐμὴν, ἐρεῖ σοι ὁ Κύριος· μὴ θίγῃς τοῦ ὕδατος, ὃ ἐγὼ ἀναδίδωμι· τῶν καρπῶν, ὧν ἐγὼ γεωργῶ, μὴ μεταλάμβανε (82)· ἀπόδος, ἄνθρωπε, τὰ τροφεῖα (83) τῷ Θεῷ· ἐπίγνωθί σου τὸν Δεσπότην· ἴδιον εἶ πλάσμα τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ οἰκεῖον αὐτοῦ, πῶς ἂν ἐνδίκως ἀλλότριον γένοιτο; Τὸ γὰρ ἀπηλλοτριωμένον, στερόμενον τῆς οἰκειότητος, στέρεται τῆς ἀληθείας. Ἠ γὰρ οὐχὶ Νιόβης τρόπον τινὰ, μᾶλλον δὲ, ἵνα μυστι-
B κώτερον πρὸς ὑμᾶς ἀποφθέγξωμαι, γυναικὸς τῆς Ἑβραίας δίκην, Λὼτ ἐκάλουν αὐτὴν (84) οἱ παλαιοὶ, εἰς ἀναισθησίαν μετατρέπεσθε; Λελιθωμένην ταύτην παρειλήφαμεν τὴν γυναῖκα, διὰ τὸ Σοδόμων ἐρᾷν· Σοδομῖται δὲ οἱ ἄθεοι, καὶ οἱ πρὸς τὴν ἀσέβειαν ἐπιστρεφόμενοι, σκληροκάρδιοί τε καὶ ἠλίθιοι. Ταύτας οἴου θεόθεν ἐπιλέγεσθαί σοι τὰς φωνάς· Μὴ γὰρ οἴου λίθους μὲν εἶναι ἱερὰ, καὶ ξύλα, καὶ ὄρνεα, καὶ ὄφεις, ἀνθρώπους οὐδαμῆ (85)· πολὺ δὲ τοὐναντίον, ἱεροὺς μὲν ὄντως τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνετε, τὰ δὲ θηρία καὶ τοὺς λίθους ὅπερ εἰσίν. Οἱ γάρ τοι δείλαιοι τῶν ἀνθρώπων καὶ ἄθλιοι, διὰ μὲν κόρακος καὶ κολοιοῦ νομίζουσι τὸν Θεὸν ἐμβοᾷν, διὰ δὲ ἀνθρώπου σιωπᾷν· καὶ τὸν μὲν κόρακα τετιμήκασιν, ὡς ἄγγε-
C λον Θεοῦ· τὸν δὲ ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ διώκουσιν, οὐ κρώζοντα, οὐ κλώζοντα, φθεγγόμενον δὲ, οἴμοι! λογικῶς, καὶ φιλανθρώπως κατηχοῦντα, ἀποσφάττειν ἀπανθρώπως ἐπιχειροῦσιν, ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην καλοῦντα, οὔτε τὴν χάριν τὴν ἄνωθεν ἀπεκδεχόμενοι, οὔτε τὴν κόλασιν ἐκτρεπόμενοι. Οὐ γὰρ πιστεύουσι τῷ Θεῷ, οὐδὲ ἐκμανθάνουσι τὴν δύναμιν αὐτοῦ· οὗ δὴ ἄῤῥητος ἡ φιλανθρωπία, τούτου ἀχώρητος ἡ μισοπονηρία. Τρέφει δὲ ὁ μὲν θυμὸς τὴν κόλασιν, ἐπὶ ἁμαρτίᾳ· εὖ ποιεῖ δὲ ἐπὶ μετανοίᾳ ἡ φιλανθρωπία. Οἰκτρότατον δὲ τὸ στέρεσθαι τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπικουρίας. Ὀμμάτων μὲν οὖν ἡ πήρωσις, καὶ τῆς ἀκοῆς ἡ κώφωσις, ἀλγεινοτέρα παρὰ τὰς λοιπὰς τοῦ πονηροῦ πλεονεξίας· ἡ μὲν γὰρ αὐτῶν, ἀφῄρηται τῆς οὐρανίου προσόψεως· ἡ δὲ, τῆς θείας
D μαθήσεως ἐστέρηται. Ὑμεῖς δὲ, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀνάπηροι, καὶ τυφλοὶ μὲν τὸν νοῦν, κωφοὶ δὲ τὴν σύνεσιν ὄντες, οὐκ ἀλγεῖτε, οὐκ ἀγανακτεῖτε, οὐ τὸν οὐρανὸν ἰδεῖν, καὶ τὸν τοῦ οὐρανοῦ ποιητὴν

✠ P. 82 ED. POTTER, 65 ED. PARIS. [13] Psal. XXIII, 1, I Cor. X, 26.

Dicit auctor, dæmones non esse vere ἀθανάτους, nec tamen θνητούς, sed penitus vita carentes.

(82) *Μὴ μετ.* Μὴ δὲ μετ. Nov.

(83) *Τὰ τροφεῖα.* Respicit proverbiale quoddam dictum, Suidas, Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισε. Παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων. Καὶ γὰρ τοὺς κριοὺς ἐκτραφέντας φασὶ κυρίττειν τοὺς θρεψαμένους. Ὅ ἐστι πλήττειν. Aries mercedem pro alimentis persolvit. *Proverbium in ingratos. Aiunt enim arietes, postquam enutriti ad adultam ætatem pervenerunt, cornu petere eos, qui ipsos aluerant.*

(84) *Λὼτ ἐκάλουν αὐτήν.* Pro αὐτὴν A legendum censet αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ex Genes. cap. XIX. Mutatione opus non est, si Λὼτ genitivo seu possessivo casu accipiamus, ut non semel infra. SYLBURG. — Sic *Strom.* II, p. 387: Τὴν Λὼτ γυναῖκα ἐπιστραφεῖσαν μόνον... κατέλιπεν ἀναίσθητον ὡς λίθον δείξας ἁλατίνην. *Uxorem Lot, quod tantum retro se convertisset, reliquit sine sensu, salis petram factam.* Et *Strom.* VII, p. 756. Μὴ ἐπιστρεφέσθω εἰς τὰ ὀπίσω, καθάπερ ἡ Λὼτ γυνή. *Ne ad ea, quæ retro sunt, convertatur, sicut uxor Lot.*

(85) *Οὐδαμῆ.* Δὲ μή. Nov.

ἐπεθυμήσατε, οὐδὲ τὸν τῶν πάντων δημιουργὸν καὶ πατέρα ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν ἐξεζητήσατε, τὴν προαίρεσιν τῇ σωτηρίᾳ συνάψαντες· ἐμποδὼν γὰρ ἵσταται οὐδὲν τῷ σπεύδοντι πρὸς γνῶσιν Θεοῦ, οὐκ ἀπαιδία, οὐ πενία, οὐκ ἀδοξία, οὐκ ἀκτημοσύνη· οὐδέ τις τὴν ὄντως ἀληθῆ σοφίαν, *χαλκῷ δηώσας* (86), μεταλλάξαι εὔχεται, *οὐδὲ σιδήρῳ*· εὖ γάρ τοι παντὸς μᾶλλον τοῦτο εἴληται· ὁ Χριστός ἐστι πανταχοῦ σωτήριος· ὁ γὰρ τοῦ δικαίου ζηλωτής, ὡς ἂν τοῦ ἀνενδεοῦς ἐραστής, ὀλιγοδεής, οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὶ ἢ ἐν αὐτῷ καὶ τῷ Θεῷ τὸ μακάριον *θησαυρίσας*, ἔνθα οὐ *σής*, οὐ *λῃστής*, οὐ πειρατής, ἀλλ' ὁ τῶν ἀγαθῶν ἀΐδιος δοτήρ. Ἆρα οὖν εἰκότως ὡμοίωσθε τοῖς ὄφεσιν (87) ἐκείνοις, οἷς τὰ ὦτα πρὸς τοὺς κατεπᾴδοντας ἀποκέκλειται. *Θυμὸς γὰρ αὐτοῖς*, φησὶν ἡ Γραφή, *κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως, ὡς ἀσπίδος κωφῆς, καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς, ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς* (88) *ἐπᾳδόντων*. Ἀλλ' ὑμεῖς γε κατεπᾴσθητε τὴν ἁγιότητα, καὶ παραδέξασθε τὸν ἥμερον καὶ ὑμέτερον (89) Λόγον, καὶ τὸν ἰὸν ἀποπτύσατε τὸν δηλητήριον, ὅπως ὅτι μάλιστα ὑμῖν τὴν φθοράν, ὡς ἐκείνοις τὸ γῆρας, ἀποδύσασθαι δοθῇ. Ἀκούσατέ μου, καὶ μὴ τὰ ὦτα ἀποβύσατε (90), μηδὲ τὰς ἀκοὰς ἀποφράξητε, ἀλλ' εἰς νοῦν βάλεσθε τὰ λεγόμενα. Καλόν ἐστι τὸ φάρμακον τῆς ἀθανασίας· στήσατέ ποτε τοὺς ὁλκοὺς ἑρπυστικούς (91)· *Οἱ γὰρ ἐχθροὶ Κυρίου χοῦν λείξουσι*, φησίν, ἡ Γραφὴ λέγει (92). Ἀνανεύσατε τῆς γῆς εἰς αἰθέρα, ἀναβλέψατε εἰς οὐρανόν, θαυμάσατε, παύσασθε καραδοκοῦντες (93) τῶν δικαίων τὴν πτέρναν, καὶ *τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας* ἐμποδίζοντες· *φρόνιμοι γένεσθε* καὶ ἀβλαβεῖς (τάχα που ὁ Κύριος ἁπλότητος ὑμῖν δωρήσεται πτερόν (94)· πτερῶσαι γὰρ προῄρηται γηγενεῖς·) ἵνα δή, τοὺς χηραμοὺς καταλείποντες, οἰκήσητε τοὺς οὐρανούς. Μόνον ἐξ ὅλης καρδίας μετανοήσωμεν, ὡς ὅλῃ καρδίᾳ δυνηθῆναι χωρῆσαι τὸν Θεόν. *Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτόν*, φησί, *πᾶσα συναγωγὴ λαοῦ· ἐκχέ-*

peccantibus alit supplicium, sic pœnitentiam agentes humanitas ornat beneficiis. Dei vero auxilio privari, longe miserrimum est. Hinc ab artibus maligni dæmonis nil tam grave atque acerbum patimur, quam oculorum orbitatem, ac aurium surditatem; quarum nos altera quidem cœlorum contemplationi, altera vero divinarum disciplinarum auditioni penitus ineptos reddit. Proinde vos, qui veritate quasi mutili, mente cæci, surdique intellectu estis, non doletis, nec omnino graviter fertis, nec ullo cœlum aut cœli conditorem videndi desiderio ✠ estis incensi; neque universorum opificem ac patrem audire atque cognoscere studium vobis fuit, animos ad salutem applicantibus. Nam ad cognitionem Dei contendentibus nihil est, quod moram et impedimentum inferre possit; non sane orbitas liberorum, non paupertas, non obscuritas nominis, non egestas. Neque quispiam veram sapientiam *ære ferrove excisam* optat commutare; hanc enim rebus universis longe præfert. Christus est ubique salutaris. Nam qui justi æmulus ac imitator est, cum sit ejus amicus, qui nulla re indiget, paucis eget ipse; ut qui non alibi felicitatis suæ *thesaurum reposuerit*, quam in se ipso et Deo, ubi non est *tinea*, nec *fur* [14], nec pirata, sed æternus bonorum largitor. Merito igitur istis serpentibus assimilati estis, qui adversus incantatores aures suas obstruunt. *Animus* enim *eis*, ait Scriptura, *ad similitudinem serpentis; tanquam aspidis surdæ, et aures suas obturantis, quæ non exaudit vocem incantantium* [15]. Quin vos sinite a sanctitate incantari, miteque nostrum Verbum recipite, et lethale virus exspuite, ut vobis interitum, sicut illis senium, exuere concedatur. Audite me, neque aures obstruite, neque auditum obturate; sed animis vestris, quæ dicentur, imprimite. Immortalitas egregium est medicamentum. Nolite amplius, velut

✠ P. 83 ED. POTTER, 66 ED. PARIS. [14] Matth. VI, 20, 21. [15] Psal. LVII, 5, 6.

(86) *Δηώσας*. Δηϊώσας Nov. *Χαλκῷ δηῶσαι* phrasis est Homerica. Conf. *Il.* Θ, v. 354; *Il.* Ξ, v. 517, 518. Mox, εἴρηται pro εἴληται, Flor. Sylb. Scribi possit εἴληπται.

(87) *Ὄφεσιν*. De aspide aures obturante Psal. LVIII, 5; Sirach. XII, 13 et XXVII, 15. H. Ibidem nota ἀποκέκλειται absque σ. SYLBURG. — Verum id librarii errore contigit. Nam ms. Nov. habet ἀποκέκλεισται.

(88) *Φωνῆς*. *Φωνὴν* Bibl. Gr. Paulo ante, *ὡσεὶ* pro *ὡς*. Nov. Bibl. Gr.

(89) *Ἥμερον καὶ ὑμέτερον*. A. τὸν ἡμέτερον καὶ ὑμέτερον, *nostrum et vestrum*; rectius, quanquam etiam legi possit τὸν ἥμερον. Hervetus interpres sane ἥμερον secutus est. SYLBURG. — Vera lectio est, quam exhibet Nov. τὸν ἥμερον καὶ ἡμέτερον· ludit enim in simili vocum sono: et ἥμερον Λόγον opponit τῷ δηλητηρίῳ ἰῷ.

(90) *Ἀποβύσατε*. A. ἀποβύσητε· sed fortasse potius, retento ἀποβύσατε, mox legendum ἀποφράξατε, idemque per omnia cola erit verborum modus. SYLBURG. — Verum Nov. habet ἀποφύσητε, pro ἀποβύσατε· subjunctivum itaque prætulerim indicativo.

(91) *Τοὺς ὁλκοὺς ἑρπ.* Τοὺς ὁλκοὺς τοὺς ἑρπ. Nov. recte.

(92) *Φησίν, ἡ Γραφὴ λέγει*. Φησί pleonasticum hoc loco, ut infra quoque. SYLBURG.

(93) *Καραδοκοῦντες*. Respicit Genes. XLIX, 17; Ps. LV, 7. Mox recitat Christi dictum, verbis paulum immutatis, Matth. X, 16: *Γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.*

(94) *Πτερόν*. Facta ad columbas allusione, sequitur *alarum* mentio. Præterea vero respicere videtur Clemens Platonis locum, quo refert eos, qui pietatem ac justitiam colunt, *alis* vestitos in cœlum sublimes ferri, *Phædri* pag. 1222: Πέφυκεν ἡ πτεροῦ δύναμις τὸ ἐμβριθὲς ἄγειν, ἄνω μετεωρίζουσα, ᾗ τὸ τῶν θεῶν γένος οἰκεῖ. Κεκοινώνηκε δέ πη μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου ψυχή· τὸ δὲ θεῖον, καλόν, σοφόν, ἀγαθόν, καὶ πᾶν ὅτι τοιοῦτο. Τούτοις δὲ τρέφεταί τε καὶ αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα, αἰσχρῷ δὲ καὶ κακῷ καὶ τοῖς ἐναντίοις διόλλυται. *Naturalis alarum vis est, grave in sublime attollere, ubi deorum inhabitat genus. Omnium vero, quæ sunt circa corpus, maxime particeps divini est animus. Divinum autem, pulchrum, sapiens, bonum, et quidquid tale dici potest. His utique alitur maxime, augeturque ipsa alatio animi: turpi autem et malo, contrariisque hujusmodi deficit atque interit.*

serpentes, reptare: nam *inimici Domini pulverem* A *lingent*, ait Scriptura [16]. A terra ad ætherem oculos attollite, suspicite in cœlum, admiremini, desinite insidiari calcaneo justorum, et *viam veritatis* [17] impedire. *Estote prudentes* et innoxii; fortasse Dominus utique vobis dabit pennam simplicitatis (is enim terrigenas pennis instruere constituit), ut ex his latibulis evadentes, cœlos habitetis. Nos tantummodo toto corde pœnitentiam agamus, ut totum nostrum cor Dominum recipere valeat. *Sperate in ipsum*, inquit, *tota populi congregatio; effundite coram ipso omnia corda vestra* [18], ad recentes ab impietate ait; miseretur, et implet justitia. Crede, ✠ homo, homini et Deo. Crede, homo, *Deo viventi*, qui passus est, et adoratur. Credite, servi, mortuo. Credite ei, universi homines, qui solus est Deus ex B universis hominibus. Credite, et mercedem accipite salutem. *Quærite Deum, et vivet anima vestra* [19]. Qui Deum quærit, de propria salute sollicitus est. Invenisti Deum? habes vitam. Quæramus igitur, ut vivamus. Inventionis merces est vita apud Deum. *Exsultent et lætentur in te omnes, qui te quærunt; et dicant perpetuo, Magnificetur Deus* [20]. Optimus Dei hymnus est immortalis homo, qui justitia instructus est, et in animo suo oracula veritatis habet insculpta. Ubi enim, præterquam in sapiente anima, inscribenda est justitia? ubi charitas? ubi pudor? ubi mansuetudo? Quorum autem animæ his divinis characteribus signatæ fuerint, eos, ut ego quidem existimo, oportet putare se nactos esse optimos sapientiæ carceres, unde in quosvis C vitæ casus emittantur; eamdemque tutissimum salutis portum existimare; per quam quidem liberis contingunt boni patres, qui ad Patrem confugerunt; patribus autem boni filii, qui Filium cognoverunt; uxoribus etiam boni mariti, qui Sponsi meminerunt; servis denique, boni domini, qui sunt ab extrema servitute liberati. O bestias hominibus, qui hoc errore ducuntur, beatiores! **30** Quæ quidem perinde ac vos in ignoratione versantur: nequaquam autem mentiuntur veritatem.

ετε (95) *ἐνώπιον αὐτοῦ πάσας τὰς καρδίας ὑμῶν*, πρὸς τοὺς καινοὺς τῆς πονηρίας (96), λέγει, ἐλεεῖ, καὶ δικαιοσύνης πληροῖ. Πίστευσον (97), ἀνθρώπῳ καὶ Θεῷ· πίστευσον, ἄνθρωπε, τῷ *παθόντι*, καὶ προσκυνουμένῳ Θεῷ ζῶντι. Πιστεύσατε, οἱ δοῦλοι, τῷ νεκρῷ· πάντες ἄνθρωποι, πιστεύσατε μόνῳ τῷ πάντων ἀνθρώπων Θεῷ. Πιστεύσατε, καὶ μισθὸν λάβετε σωτηρίαν· *ἐκζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν*. Ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεὸν τὴν ἰδίαν πολυπραγμονεῖ σωτηρίαν. Εὗρες τὸν Θεόν; ἔχεις τὴν ζωήν. Ζητήσωμεν οὖν, ἵνα καὶ ζήσωμεν. Ὁ μισθὸς τῆς εὑρέσεως ζωὴ παρὰ Θεῷ. *Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε*· καὶ λεγέτωσαν *διὰ παντὸς* (98), *Μεγαλυνθήτω ὁ Θεός*. Καλὸς ὕμνος (99) τοῦ Θεοῦ, ἀθάνατος ἄνθρωπος, δικαιοσύνῃ οἰκοδομούμενος, ἐν ᾧ τὰ λόγια τῆς ἀληθείας ἐγκεχάρακται. Ποῦ γὰρ ἀλλαχόθι ἢ ἐν σώφρονι ψυχῇ δικαιοσύνην ἐγγραπτέον; ποῦ ἀγάπην; αἰδῶ δὲ ποῦ; πραότητα δὲ ποῦ; Ταύτας, οἶμαι, τὰς θείας γραφὰς ἐναποσφραγισαμένους χρὴ τῇ ψυχῇ, καλὸν ἀφετήριον σοφίας (1) ἡγεῖσθαι τοῖς ἐφ' ὁτιοῦν τοῦ βίου τραφεῖσι (2) μέρος, ὅρμον τε τὸν αὐτὸν ἀκύμονα σωτηρίας σοφίαν νομίζειν· δι' ἣν ἀγαθοὶ μὲν πατέρες τέκνων οἱ τῷ Πατρὶ προσδεδραμηκότες, ἀγαθοὶ δὲ γονεῖς υἱέσιν (3) οἱ τὸν Υἱὸν νενοηκότες· ἀγαθοὶ δὲ ἄνδρες γυναικῶν οἱ μεμνημένοι τοῦ Νυμφίου· ἀγαθοὶ δὲ οἰκετῶν δεσπόται οἱ τῆς ἐσχάτης δουλείας λελυτρωμένοι. Ὢ μακαριώτερα τῆς ἐν ἀνθρώποις πλάνης τὰ θηρία! ἃ ἐπινέμεται τὴν ἄγνοιαν, ὡς ὑμεῖς, οὐχ ὑποκρίνεται δὲ τὴν ἀλήθειαν. Οὐκ ἔστι παρ' αὐτοῖς κολάκων γένη· οὐ δεισιδαιμονοῦσιν ἰχθύες· οὐκ εἰδωλολατρεῖ τὰ ὄρνεα ἕνα. Μόνον ἐκπλήττεται τὸν οὐρανὸν, ἐπεὶ Θεὸν νοῆσαι μὴ δύναται, ἀπηξιωμένα τοῦ λόγου. Εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε, καὶ τῶν ἀλόγων σφᾶς αὐτοὺς ἀλογωτέρους πεποιηκότες, οἳ διὰ τοσούτων ἡλικιῶν ἐν ἀθεότητι κατατέτριφθε; Παῖδες γεγόνατε, εἶτα μειράκια, εἶτα ἔφηβοι, εἶτα ἄνδρες· χρηστοὶ δὲ οὐδέποτε. Κἂν τὸ γῆρας (4) αἰδέσθητε, ἐπὶ δυσμαῖς τοῦ βίου γενόμενοι· σωφρονήσατε κἂν ἐπὶ τέλει τοῦ βίου· τὸν Θεὸν ἐπίγνωτε· ὡς δὴ τὸ τέλος ὑμῖν τοῦ

✠ P. 84 ED. POTTER, 67 ED. PARIS. [16] Psal. LXXI, 9. [17] II Petr. II, 2. [18] Psal. LXI, 9. [19] Psal. LXIX, 33. [20] Psal. LXIX, 5.

(95) *Ἐκχέετε*. Ἐκχέατε Bibl. Græc. Mox, *πάσας* deest, ibid.

(96) *Πρὸς τοὺς καινοὺς τῆς πον.* Πρὸς τοὺς καιροὺς τῆς πονηρίας, *temporibus iniquis*, Sylb., Flor., Heins. Recentiores editt. alteram lectionem exhibent, Herveti conjecturam secuti, quam firmat Nov. Posset etiam sic distingui: Πρὸς τοὺς καινοὺς τῆς πονηρίας, λέγει, ἐλεεῖ. *Ad novos*, hoc est a peccatis ad pietatem nuper conversos, *dicit*, *improbitatis miseretur*.

(97) *Πίστευσον*. Observavit Cl. Bullus, Clementem hoc loco «Christum non modo hominem, sed et Deum, Deum illum viventem, qui adoratur (quæ manifesta est veri Dei periphrasis), denique, unicum hominum omnium Deum pronuntiare.» *Defens. Fid. Nicæn.*, sect. 2, cap. 6.

(98) *Διὰ παντός*. *Διαπαντός* Bibl. Græc.

(99) *Καλὸς ὕμνος*. Simili allusione Christum superius vocavit καινὸν ᾆσμα, p. 6.

(1) *Σοφίας*. Σοφίαν Nov. Quam lectionem receptæ prætulerim, quia respondet posteriori hujus sen- D tentiæ membro. Vult enim Clemens, veram sapientiam esse utriusque, ἀφετηρίου et ὅρμου, loco habendam; quod ab ea scilicet incipiendum, et in ea desinendum sit.

(2) *Τραφεῖσι*. Scribe τραπεῖσι, a τρέπω. Quemadmodum superius ἐπιτέτραπται pro ἐπιτέθραπται. Sunt enim casus verborum τρέπω et τρέφω valde εὐμετάβολοι. Conf. sup. not. 57.

(3) *Γονεῖς υἱέσιν*. Harum sententiarum ἀντιστοιχία requirit, ut scribamus υἱοί, vel υἱεῖς, γονεῦσιν.

(4) *Κἂν τὸ γ.* Hæc malim sic distinguere cum Nov.: Κἂν τὸ γῆρας αἰδέσθητε, ἐπὶ δυσμαῖς τοῦ βίου γενόμενοι, σωφρονήσατε· κἂν ἐπὶ τέλει τοῦ βίου, τὸν Θεὸν ἐπίγνωτε, ὡς, κ. τ. λ. *Saltem senectutem revereminí: jam ad occasum vitæ provecti, resipiscite; saltem in fine vitæ Deum agnoscite, ut vitæ finis fiat vobis salutis principium.*

A βίου ἀρχὴν ἀναλάβοι σωτηρίας. Ἐγηράσατε πρὸς δεισιδαιμονίαν· νέοι ἀφίκεσθε πρὸς θεοσέβειαν· παῖδας ἀκάκους ἐγκρινεῖ ὁ Θεός. Ὁ μὲν οὖν Ἀθηναῖος τοῖς Σόλωνος ἑπέσθω νόμοις· καὶ ὁ Ἀργεῖος τοῖς Φορωνέως· καὶ ὁ Σπαρτιάτης τοῖς Λυκούργου· εἰ δὲ σεαυτὸν ἀναγράφεις τοῦ Θεοῦ, οὐρανὸς μέν σοι ἡ πατρὶς, ὁ δὲ Θεὸς νομοθέτης. Τίνες δὲ καὶ οἱ νόμοι; *Οὐ φονεύσεις· οὐ μοιχεύσεις· οὐ παιδοφθορήσεις* (5)· *οὐ κλέψεις· οὐ ψευδομαρτυρήσεις· ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.* Εἰσὶ δὲ καὶ τούτων τὰ παραπληρώματα, λόγιοι νόμοι, καὶ ἅγιοι λόγοι, ἐν αὐταῖς ἐγγραφόμενοι ταῖς καρδίαις· *Ἀγαπήσεις* (6) *τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν* (7)· καὶ, *Τῷ τύπτοντί σε εἰς τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην·* καὶ, *Οὐκ ἐπιθυμήσεις· ἐπιθυμίᾳ γὰρ μόνῃ μεμοίχευκας.* B Πόσῳ γοῦν ἄμεινον τοῖς ἀνθρώποις τοῦ τυγχάνειν τῶν ἐπιθυμιῶν τὸ τὴν (8) ἀρχὴν μηδὲ ἐπιθυμεῖν ἐθέλειν ὧν μὴ δεῖ; Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τὸ αὐστηρὸν τῆς σωτηρίας ὑπομένειν οὐ καρτερεῖτε· καθάπερ δὲ τῶν σιτίων τοῖς γλυκέσιν ἡδόμεθα διὰ τὴν λειότητα τῆς ἡδονῆς προτιμῶντες· ἰᾶται δὲ ἡμᾶς καὶ ὑγιάζει τὰ πικρὰ τραχύνοντα τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ τοὺς ἀσθενεῖς τὸν στόμαχον ῥώννυσιν ἡ τῶν φαρμάκων αὐστηρία· οὕτως ἥδει μὲν καὶ γαργαλίζει ἡ συνήθεια· ἀλλ' ἡ μὲν εἰς τὸ βάραθρον ὠθεῖ, ἡ συνήθεια· ἡ δὲ εἰς οὐρανὸν ἀνάγει, ἡ ἀλήθεια. Τραχεῖα (9) μὲν τὸ πρῶτον, ἀλλ' *ἀγαθὴ κουροτρόφος·* καὶ σεμνὴ μὲν ἡ γυναικωνῖτις (10) αὕτη, σώφρων δὲ ἡ γερουσία· οὐδέ ἐστι (11) δυσπρόσιτος, οὐδὲ ἀδύνατος λαβεῖν, ἀλλ' ἔστιν *ἐγγυτάτω*, ἐν οἴκοις ἡμῶν· ᾗ φησιν αἰνιττόμενος ὁ πάνσοφος Μωϋσῆς· C τρισὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς (12) ἐνδιαιτωμένη μέρεσι, *χερσὶ, καὶ στόματι, καὶ καρδίᾳ·* σύμβολον τοῦτο γνήσιον τρισὶ τοῖς πᾶσι συμπληρουμένης τῆς ἀληθείας, βουλῇ, καὶ πράξει, καὶ λόγῳ. Μηδὲ γὰρ τόδε δείμαινε, μή σε τὰ πολλὰ καὶ ἐπιτερπῆ φανταζόμενον ἀφέληται σοφίας· αὐτὸς ἑκὼν ὑπερβήσῃ τὸν λῆρον τῆς συνηθείας, καθάπερ καὶ οἱ παῖδες τὰ ἀθύρματα, ἄνδρες γενόμενοι, ἀπέῤῥιψαν. Τάχει μὲν δὴ ἀνυπερβλήτῳ εὐνοίᾳ τε εὐπροσίτῳ ἡ

A Inter eas nulla est adulatorum gens; pisces dæmonas non colunt; aves non venerantur simulacra; unum solummodo cœlum admirantur, cum Deum percipere per defectum rationis omnino nequeant. Vos igitur tandem non erubescitis, quod vosmetipsos feceritis animalibus ratione carentibus magis irrationabiles, qui tot ætates in impietate contrivistis? Fuistis enim pueri, deinde adolescentes, deinde juvenes, deinde viri; boni autem hactenus neutiquam. Senectutem saltem, cum jam ad occasum vitæ provecti estis, reveremini. Saltem in hoc extremo vitæ fine resipiscite, Deumque agnoscite; ut vobis vitæ finis initium salutis recuperet. Consenuistis in cultu dæmonum, venite juvenes ad cultum Dei; in numerum innocentium puerorum B vos refert Deus. Atheniensis igitur Solonis, Argivus Phoronei, et Spartanus Lycurgi leges sequatur; sin te Deo ascribis, cœlum ✠ quidem tibi patria est, Deus autem legislator. Jam vero quæ sunt leges? *Non occides. Non mœchaberis. Puero stuprum non inferes. Non furaberis. Non dices falsum testimonium* [21]. *Diliges Dominum Deum tuum* [22]. Has porro explent atque perficiunt leges illæ rationi consentaneæ, et sancta verba, quæ in ipsis hominum cordibus inscripta sunt: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum* [23]. Et, *Qui tibi verberaverit maxillam, præbe et alteram* [24]. Et, *Non concupisces; nam, licet nil ultra, quam concupiveris, mœchatus es* [25]. Quanto igitur melius hominibus est, C ab initio quæ non oportet nolle concupiscere, quam assequi quæ concupiverint? Cæterum vos salutis austeritatem ferre non sustinetis; sed quemadmodum dulcioribus quidem cibis delectamur, eosque propter insitæ voluptatis illecebras pluris facimus; curant vero nos, et in bonam valetudinem restituunt amari, qui sensum stringunt et exasperant, quin etiam imbecillo stomacho laborantes corroborat atque confirmat medicamentorum austeritas, sic delectat ac titillat consuetudo; atqui ea in ba-

✠ P. 85 ED. POTTER, 68 ED. PARIS. [21] Exod. xx, 13, 14, 15, 16. [22] Deut. vi, 5; Matth. xxii, 37, etc. [23] Ibid, 39. [24] Luc. vi, 29. [25] Matth. v, 28.

(5) *Οὐ παιδοφθορήσεις.* Hoc præceptum, licet id nec Exodus, nec Deuteron. agnoscant, cum *οὐ μοιχεύσεις*, etc., rursus junxit Clemens *Pædag.* lib. ii, cap. 10, pag. 191; lib. iii, cap. 12, pag. 260; *Strom.* iii, pag. 440. Idem præterea factum ab auctore *Constitut. apost.* lib. vii, c. 2, et ante eos a Barnaba, epist. c. 19. Scelus id vetat Moyses Levit. xviii, 22.

(6) *Ἀγαπήσεις.* Hæc Clemens partim e Matthæo, partim e Luca consarcinavit; e memoria scilicet, pro more suo, Christi dicta recitans.

(7) *Ὡς ἑαυτόν.* A. mavult *ὡς σεαυτόν*, secundum legitimam sermonis regulam, ut infra. Sylburg. — *Σεαυτόν* habet N. Test. textus.

(8) *Τὸ τήν.* Hæc verba omittit Nov.

(9) *Τραχεῖα.* Respicit *Odyss.* I, v. 27, quo Ulysses de Ithaca dicit:

Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος....
Aspera, sed bona juvenum altrix.

(10) *Γυναικωνῖτις.* Apud Lacedæmonios, Romanos, aliasque gentes, virgines inter mulieres in γυναικωνίτιδι degebant; juvenes in senum consessum, vel *senatum* duci solebant, ut eorum exemplis præceptisque ad bonos mores instruerentur.

(11) *Οὐδέ ἐστι.* Respicit Deuteron. xxx, 14: *Ἐγγύς σου ἔστι τὸ ῥῆμα σφόδρα, ἐν τῷ στόματί* D *σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ταῖς χερσί σου ποιεῖν αὐτό.* Philo Judæus, *De nominum mut.*, pag. 1081: Μωϋσῆς, διδάσκων, ὅτι ἡ ἀγαθὴ κτῆσις οὔτ' ἀδύνατός ἐστιν, οὔτε δυσθήρατος, φησίν· *Οὐκ εἰς οὐρανὸν ἀναπτῆναι δεῖ, οὐδ' ἄχρι περάτων γῆς καὶ θαλάττης ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν σύλληψιν αὐτοῦ· ἀλλ' ἔστιν ἐγγὺς, καὶ σφόδρα ἐγγύς·* εἶτα μόνον οὐκ ὀφθαλμοφανῶς δείκνυσι· *Πᾶν ἔργον*, φησὶ, *τῷ στόματί σου, καὶ τῇ καρδίᾳ, καὶ ταῖς χερσί·* συμβολικῶς ἐν λόγοις, ἐν βουλαῖς, ἐν ἔργοις. *Moyses docens bonam illam possessionem, neque impossibilem esse, nec investigatione difficilem, ait: « Non opus esse in cœlum volare, aut usque ad extremos terræ marisque fines se conferre, ut ea percipiatur, sed prope esse, ac valde prope. » Deinde illam propemodum ante oculos ponit, dicens: « Omne opus in ore tuo, et in corde, et in manibus. » Quæ verba idem notant ac hæc: In verbis, in consiliis, in operibus.*

(12) *Καθ' ἡμᾶς.* Sic A. rectius, quam quod olim legebatur, καθ' ὑμᾶς.

ἐκ τοῦ παραδείσου πεσὼν, μεῖζον ὑπακοῆς ἆθλον, οὐρανοὺς ἀπολαμβάνει. Διό μοι δοκεῖ, ἐπεὶ αὐτὸς ἧκεν ὡς ἡμᾶς οὐρανόθεν ὁ Λόγος, ἡμᾶς ἐπ' ἀνθρωπίνην (22) ἰέναι μὴ χρῆναι διδασκαλίαν ἔτι, Ἀθήνας καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα, πρὸς δὲ καὶ Ἰωνίαν, πολυπραγμονοῦντας. Εἰ γὰρ ἡμῖν ὁ διδάσκαλος, ὁ πληρώσας τὰ πάντα δυνάμεσιν ἁγίαις, δημιουργίᾳ, σωτηρίᾳ, εὐεργεσίᾳ, νομοθεσίᾳ, προφητείᾳ, διδασκαλίᾳ, πάντα νῦν ὁ διδάσκαλος κατηχεῖ, καὶ τὸ πᾶν ἤδη Ἀθῆναι καὶ Ἑλλὰς γέγονε τῷ Λόγῳ. Οὐ γὰρ δὴ μύθῳ μὲν ἐπιστεύετε ποιητικῷ, τὸν Μίνω τὸν Κρῆτα, τοῦ Διὸς, ὡς ἄριστον, ἀναγράφοντι (23), ἡμᾶς δὲ ἀπιστήσετε (24) μαθητὰς Θεοῦ γεγονότας, τὴν ὄντως ἀληθῆ σοφίαν ἐπανῃρημένους, οὐδ' ἣν φιλοσοφίας ἄκροι μόνον ᾐνίξαντο, οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ καὶ κατειλήφασιν καὶ ἀνεκήρυξαν. Καὶ δὴ καὶ πᾶς (25), ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁ Χριστὸς, οὐ μερίζεται, οὔτε βάρβαρός ἐστιν, *οὔτε Ἰουδαῖος, οὔτε Ἕλλην· οὐκ ἄῤῥεν, οὐ θῆλυ· καινὸς δὲ ἄνθρωπος* (26), Θεοῦ Πνεύματι ἁγίῳ μεταπεπλασμένος. Εἶθ' αἱ μὲν ἄλλαι συμβουλαί τε καὶ ὑποθῆκαι λυπραὶ, καὶ περὶ τῶν ἐπὶ μέρους εἰσὶν, εἰ γαμητέον, εἰ πολιτευτέον, εἰ παιδοποιητέον, καθολικὴ δὲ ἄρα προτροπὴ μόνη καὶ πρὸς ὅλον δηλαδὴ τὸν βίον, ἐν παντὶ καιρῷ, ἐν πάσῃ περιστάσει πρὸς τὸ κυριώτατον τέλος, τὴν ζωὴν, συντείνουσα, ἡ θεοσέβεια, καθ' ὃ καὶ μόνον ἐπάναγκές ἐστι ζῆν, ἵνα ζήσωμεν ἀεί. *Φιλοσοφία* δὲ, ᾗ φασιν οἱ πρεσβύτεροι, *πολυχρόνιός* ἐστι *συμβουλὴ σοφίας* (27), *ἀΐδιον μνηστευομένη ἔρωτα· ἐντολὴ* δὲ *Κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς*. Ἀπόλαβε τὸν Χριστὸν, ἀπόλαβε τὸ βλέπειν, ἀπόλαβέ σου τὸ φῶς·

A illigatus fuerat, explicatis manibus, solutum ostendit. O mirabile mysterium! Succubuit quidem Dominus, homo autem surrexit; et qui cecidit ex paradiso, majus obedientiæ præmium, cœlum accipit. Quamobrem, ut mihi videtur, cum ipsum Verbum ad nos venit cœlitus, non sunt nobis amplius frequentandæ hominum scholæ, nec Athenæ, reliquave Græcia, aut etiam Ionia studiorum causa adeundæ. Nam si hoc utamur magistro, qui sanctis virtutibus, opificio, salute, beneficio, legislatione, ✠ vaticinio, doctrina, complevit omnia; nulla est doctrina, quam is non tradit, ipsique, hoc est Verbo, universus jam orbis terrarum Athenæ atque Græcia factus est. Vobis enim, qui poeticæ fabulæ credidistis, Minoem Cretensem familiari Jovis consuetudine usum B fuisse, difficile non erit credere, nos Dei factos discipulos, veram sapientiam suscepisse; eam nempe, quam philosophorum principes tantum obscure innuerunt, sed Christi discipuli tum comprehenderunt, tum etiam prædicarunt. Atque adeo in toto, ut ita dicam, Christo nulla jam partitio, nullum est discrimen : non enim ille barbarus est, *nec Judæus, nec Græcus; non mas, nec femina; sed novus homo* [26], sancto Dei Spiritu transformatus. Porro autem cætera consilia ac præcepta sunt quidem exilia, et de rebus singularibus agunt : veluti, an ducenda uxor? an gerenda respublica? an liberi sint procreandi? sola autem ea, quæ ad pietatem suadet, exhortatio generalis est, sola ad universam vitæ rationem pertinet, et nullo non tempore atque casu C ad supremum finem, vitam nempe, dirigit. Ex hac norma si vivamus, nihil nobis ad æternam vitam deerit. Ac *philosophia* quidem, ut veteres dicunt, *est diuturna admonitio, quæ perpetuum sapientiæ amorem conciliat : præceptum* vero *Domini lucidum est, illuminans oculos* [27]. Recipe Christum, recipe visum, recipe lucem,

Ὄφρ' εὖ (28) *γινώσκοις ἠμὲν Θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα.*

Ut bene cognoscas Deum simul atque hominem.

Γλυκὺς ὁ Λόγος ὁ φωτίσας ἡμᾶς, *ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον· ποθεινός ἐστιν ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον*. Πῶς γὰρ οὐ ποθεινὸς, ὁ τὸν ἐν σκότει κατορωρυγμένον νοῦν ἐνεργῆ (29) ποιησάμενος, καὶ *τὰ φωσφόρα* (30) τῆς ψυχῆς ἀποξύνας *ὄμματα*; καὶ

Dulcius est Verbum, a quo illuminati sumus, *quam aurum et lapis pretiosus; magis idem desiderabile, quam mel et favus* [28]. Quidni enim desiderabile sit, quod defossam tenebris mentem in lucem produxit, et *luciferos* animæ *oculos* exacuit? Quemadmodum

✠ P. 87 ED. POTTER, 70 ED. PARIS. [26] Galat. III, 28; VI, 15; Ephes. IV, 25. [27] Psal. XVIII, 9. [28] Ibid. 11.

(22) *Ἀνθρωπίνην* Hæc eo non tendunt, ut humaniores litteras penitus rejiciamus, quarum utilitatem postea copiose ostendit, principio *Strom.* I, sed tantum ne illas divinis præferamus.

(23) *Τοῦ Διὸς, ὡς ἄριστον, ἀναγράφοντι*. Procul dubio legendum τοῦ Διὸς ὀαριστὴν ἀναγρ. ex hoc versu *Odyss.* T :

.... ἔνθα τε Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

SYLBURG. COLLECT. — Atque hanc emendationem firmat Nov.

(24) *Ἀπιστήσετε*. Sic legendum esse, pro ἀπιστήσατε, monuit A. Sylburg.

(25) *Καὶ δὴ καὶ πᾶς*. Gentium discrimen apud Christum non esse, docet Paulus Coloss. III, et Gal. III. SYLBURG.

(26) *Καινὸς δὲ ἄν*. Hæc sic distinguit Nov. : Καινὸς δὲ ἄνθρωπος Θεοῦ, Πνεῦμ. ἅγ. κ. *Novus autem homo Dei, Spiritu S. transformatus.*

(27) *Σοφίας*. Hæc vox ad sequentia referri debet, ut fit in Nov. Vult enim philosophiam esse *συμβουλὴν σοφίας*· quemadmodum apud Diogenem D Laertium in Platone, philosophia dicitur ὄρεξις τῆς θείας σοφίας, *appetitio divinæ sapientiæ*, item a Philone, ἐπιτήδευσις σοφίας, *meditatio sapientiæ*, lib. *De congr. quær. erud. grat.*, pag. 435. Idem lib. *De mundi opific.*, pag. 17, de contemplatione dicit : Ἀφ' ἧς πληχθεὶς ὁ νοῦς, ἔρωτα καὶ πόθον ἔσχε τῆς τούτων ἐπιστήμης· ὅθεν τὸ φιλοσοφίας ἀνεβλάστησε γένος. *Qua perculsa mens, amorem et desiderium hujusmodi rerum concipit; unde prognata est philosophia.* Nam philosophia non est ipsa sapientia, sed ejus amor, si vocis originem spectemus. Unde Pythagoras sese non σοφόν, sed φιλόσοφον appellari voluit.

(28) *Ὄφρ' εὖ*. Hic versus exstat *Il.* E, v. 128, quo loco *γινώσκῃς* pro *γινώσκοις* scriptum est.

(29) *Ἐνεργῆ*. Scribe ἐναργῆ ex Nov. quod Latine vertimus.

(30) *Φωσφόρα*. Phrasis poetica, e Platone comico sumpta. Euripides etiam dixit *φωσφόρου κόρας*.

enim absente sole per cætera quidem astra nox esset ubique diffusa, sic nisi Verbum cognovissemus, et ab eo essemus illuminati, nihil sane differremus ab altilibus gallinis, in tenebris saginati, ut postea mortem patiamur. Capiamus igitur lucem, ut Deum ✠ quoque capiamus. Capiamus lucem, et Domini discipuli fiamus. Is enim Patri hoc pollicitus est : *Enarrabo nomen tuum fratribus meis; in medio Ecclesiæ celebrabo te* [29]. Celebra, quæso, et enarra mihi patrem tuum Deum. Salutem præbent tuæ enarrationes. Docebit me tuum canticum, quod Deum quærens, hactenus erraverim. Cum vero tu me, Domine, deducis in lucem, et Deum invenio per te, et Patrem accipio abs te; fio tuus *cohæres* [30], quoniam te *non puduit fratris* [31] me loco habere. Auferamus igitur, auferamus veritatis oblivionem, ignorantiam; et tenebris, quæ nos impediunt, velut ab oculis nube, remotis, verum Deum contemplemur, hanc ipsi vocem primum acclamantes : Salve lux; quia *lux* nobis e cœlo, qui *tenebris* defossi et *in umbra mortis* [32] inclusi fuimus, exorta est, sole quidem purior, et hac vita jucundior. Lux illa, vita est æterna, et vivunt, quæcunque eam participant. Nox autem fugit lucem, et præ timore sese condens, diei Domini cedit. Ubique diffusa est lux, quæ sopiri non potest; et occidens orienti, credidit. Quod quidem a *nova creatione* significatum est : *Sol* enim *justitiæ* [33], a quo universa obequitantur, totum genus humanum æqualiter lustrat Patris sui exemplo, qui *facit ut sol suus exoriatur super* omnes homines [34], eosque rore veritatis aspergit. Is occasum traduxit ad orientem, et mortem quodammodo crucifixam in vitam sustulit; hominem autem exitio ereptum ætheri suspendit divinus agricola, corruptionem in immunitatem interitus, terramque in cœlum transferens : *Prospera significans, populos autem ad opus* bonum *excitans*, verum *victum revocans in memoriam* ; hæreditatem

A γὰρ ὥσπερ ἡλίου μὴ ὄντος, ἕνεκα τῶν ἄλλων ἄστρων νὺξ ἂν ἦν τὰ πάντα· οὕτως, εἰ μὴ τὸν Λόγον ἔγνωμεν, καὶ τούτῳ κατηυγάσθημεν, οὐδὲν ἂν τῶν σιτευομένων ὀρνίθων (31) ἐλειπόμεθα, ἐν σκότει πιαινόμενοι, καὶ θανάτῳ τρεφόμενοι. Χωρήσωμεν (32) τὸ φῶς, ἵνα χωρήσωμεν τὸν Θεόν· χωρήσωμεν τὸ φῶς, καὶ μαθητεύσωμεν τῷ Κυρίῳ. Τοῦτό τοι καὶ ἐπήγγελται τῷ Πατρί· *Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.* Ὕμνησον, καὶ διηγήσομαι τὸν πατέρα (33) σου, τὸν Θεόν· σώζει σου τὰ διηγήματα, παιδεύσει με ἡ ᾠδή, ὡς μέχρι νῦν ἐπλανώμην, ζητῶν τὸν Θεόν. Ἐπεὶ δέ με φωταγωγεῖς, Κύριε, καὶ τὸν Θεὸν εὑρίσκω διὰ σοῦ, καὶ τὸν Πατέρα ἀπολαμβάνω παρὰ σοῦ, γίνομαί σου *συγκληρονόμος*, ἐπεί, *τὸν ἀδελφὸν οὐκ ἐπη-* B *σχύνθης*. Ἀφέλωμεν οὖν, ἀφέλωμεν τὴν λήθην τῆς ἀληθείας, τὴν ἄγνοιαν· καὶ τὸ σκότος τὸ ἐμποδὼν, ὡς ἀχλὺν (34) ὄψεως καταγαγόντες, τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἐποπτεύσωμεν, ταύτην αὐτῷ πρῶτον ἀνυμνήσαντες (35) τὴν φωνήν· Χαῖρε, φῶς· ὅτι *φῶς* (36) ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ, τοῖς *ἐν σκότει* κατορωρυγμένοις, καὶ *ἐν σκιᾷ θανάτου* κατακεκλεισμένοις, ἐξέλαμψεν, ἡλίου καθαρώτερον, ζωῆς τῆς ἐνταῦθα γλυκύτερον. Τὸ φῶς ἐκεῖνο ζωή ἐστιν ἀΐδιος· καὶ ὅσα μετείληφεν αὐτοῦ, ζῇ. Ἡ νὺξ δὲ εὐλαβεῖται τὸ φῶς· καὶ δύνουσα διὰ τὸν φόβον, παραχωρεῖ τῇ ἡμέρᾳ Κυρίου. Τὰ πάντα φῶς ἀκοίμητον γέγονε, καὶ ἡ δύσις ἀνατολῇ πεπίστευκεν. Τοῦτο ἡ *κτίσις ἡ καινὴ* βεβούληται· ὁ γὰρ τὰ πάντα καθιππεύων (37) *δικαιοσύνης Ἥλιος* ἐπίσης περιπολεῖ τὴν ἀνθρωπότητα, τὸν Πα- C τέρα μιμούμενος, ὃς *ἐπὶ* πάντας ἀνθρώπους *ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ*, καὶ καταψεκάζει τὴν δρόσον τῆς ἀληθείας· Οὗτος τὴν δύσιν εἰς ἀνατολὴν μετήγαγε, καὶ τὸν θάνατον εἰς ζωὴν ἀνεσταύρωσεν· ἐξαρπάσας δὲ τῆς ἀπωλείας τὸν ἄνθρωπον, προσεκρέμασεν αἰθέρι, μεταφυτεύων τὴν φθορὰν εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ γῆν μεταβάλλων εἰς οὐρανούς, ὁ τοῦ Θεοῦ γεωργὸς, *Δεξιὰ σημαίνων* (38), *λαοὺς δ' ἐπὶ ἔρ-*

✠ P. 88 ED. POTTER, 70-71 ED. PARIS. [29] Psal. xxi, 23. [30] Rom. viii, 17. [31] Hebr. ii, 11. [32] Matth. iv, 16; Isa. ix, 2. [33] Malach. iv, 2. [34] Matth. v, 45.

(31) *Σιτευομένων ὀρνίθων*. Varro lib. iii, c. 9, De re rustica : *De tribus generibus gallinæ saginantur maxime villaticæ. Eas includunt in locum tepidum, et angustum, et tenebricosum; quod motus earum et lux pinguedini inimica*; vel, ut alii legunt, *vindicta*. Martialis lemmate, *Gallina altilis*,

Pascitur et dulci facilis gallina farina,
Pascitur et tenebris : ingeniosa gula est.

Paulo post, ἀφέλωμεν τὴν λήθην τῆς ἀληθείας, τὴν ἄγνοιαν, *auferamus oblivionem veritatis ignorantiam*. Sic Platonici scientiam dicebant esse reminiscentiam. Collect.

(32) *Χωρήσωμεν*. Χωρίσωμεν Nov.

(33) *Ὕμνησον, καὶ διηγήσομαι τὸν π.* Ὕμν. καὶ διηγήσομαί σοι τ. π. Nov. Scribi debet, ὕμνησον, καὶ διήγησόν μοι τὸν πατέρα· quod in Latina versione expressimus. Sunt enim verba hominis Christo per prosopopœiam respondentis. Sed scriptor aliquis parum attentus διηγήσομαι, quod paulo superius occurrit, hic repetendum putasse videtur.

(34) *Ἀχλύν*. Respicere videtur locum *Iliad*. E, paulo superius laudatum, quo Minerva Diomedem his alloquitur :

Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,
Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

(35) *Ἀνυμνήσαντες*. Jul. Firmicus, *De errore* D *prof. rel.* c. 20 : *Dicis etiam* Χαῖρε, νυμφίε, χαῖρε, φῶς. *Quid miserum hominem per abrupta præcipitas calamitosa persuasio? Quid illi falsæ spei polliceris insignia? Nullum apud te lumen est, nec aliquis sponsus, qui hoc mereatur audire. Unum tamen est, unus est aliquis sponsus hominum, quorum gratiam Christus accepit*. Collect.

(36) *Ὅτι φ.* Ὅτι omittit Nov.

(37) *Καθιππεύων*. Alludit ad solis equos.

(38) *Δεξιὰ σημαίνων*. Non ad aliud quid alludit, sed Arati carmina usurpat. Sic enim habent Græca,

Δεξιὰ σημαίνει, λαοὺς δ' ἐπὶ ἔργον ἐγείρει,
Μιμνήσκων βιότοιο....

Quæ reperies apud hunc ipsum Clementem lib. v *Strom.* : *Isque et numine dextera significat*, etc. Festus Avienus :

Hoc duce per tumidi ferimur freta gurgitis, isto
Præceptore solum gravidis versamur aratris,
Iste modum statuit signis.

A *τον ἀγαθὸν ἐγείρων, μιμνήσκων βιότοιο ἀληθινοῦ*· καὶ τὸν μέγαν ὄντως καὶ θεῖον καὶ ἀναφαίρετον τοῦ Πατρὸς κλῆρον χαριζόμενος ἡμῖν, οὐρανίῳ διδασκαλίᾳ θεοποιῶν (39) τὸν ἄνθρωπον, *διδοὺς νόμους* (40) *εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίαν γράφων αὐτούς*. Τίνας ὑπογράφει νόμους; *Ὅτι πάντες εἴσονται τὸν Θεὸν, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου· καὶ ἵλεως*, φησὶν ὁ Θεὸς, *ἔσομαι αὐτοῖς, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν οὐ μνησθῶ*. Δεξώμεθα τοὺς νόμους τῆς ζωῆς· πεισθῶμεν προτρεπομένῳ Θεῷ· μάθωμεν αὐτὸν, ἵνα ἵλεως ᾖ· ἀποδῶμεν (41) καὶ μὴ δεομένῳ μισθὸν εὐχάριστον, εὐπάθειαν, οἱόντι ἐνοίκιον, τὴν εὐσέβειαν τῷ Θεῷ, τῆς ἐνταῦθα ἐνοικήσεως.

Χρύσεα χαλκείων (42), *ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων*,

B ὀλίγης πίστεως γῆν σοι δίδωσι τὴν τοσαύτην γεωργεῖν, ὕδωρ πίνειν, καὶ ἄλλο πλεῖν, ἀέρα ἀναπνεῖν, πῦρ ὑπουργεῖν, κόσμον οἰκεῖν· ἐντεῦθεν εἰς οὐρανοὺς ἀποικίαν στείλασθαί σοι συγκεχώρηκεν· τὰ μεγάλα ταῦτα καὶ τοσαῦτά σοι δημιουργήματα καὶ χαρίσματα, ὀλίγης πίστεως μεμίσθωκεν. Εἶθ' οἱ μὲν τοῖς γόησι πεπιστευκότες τὰ περίαπτα καὶ τὰς ἐπαοιδὰς, ὡς σωτηρίους δῆθεν, ἀποδέχονται· ὑμεῖς δὲ οὐ βούλεσθε τὸν οὐράνιον αὐτὸν περιάψασθαι, τὸν Σωτῆρα Λόγον· καὶ τῇ ἐπῳδῇ τοῦ Θεοῦ πιστεύσαντες ἀπαλλαγῆναι μὲν παθῶν, ἃ δὴ ψυχῆς νόσοι, ἀποσπασθῆναι δὲ ἁμαρτίας· θάνατος γὰρ ἀΐδιος ἁμαρτία. Ἦ τέλεον νωδοὶ (43) καὶ τυφλοὶ, καθάπερ οἱ σπάλακες, οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐσθίοντες, ἐν σκότῳ διαιτᾶσθε, περικαταῤῥέοντες τῇ φθορᾷ. Ἀλλ' ἔστιν ἡ ἀλήθεια (44) ἡ κεκραγυῖα· *Ἐκ* C *σκότους φῶς λάμψει* (45). Λαμψάτω οὖν ἐν τῷ

A nobis largiens vere magnam ac divinam, et quæ eripi non potest; per cœlestem doctrinam ex homine ✠ deum faciens, *leges indens menti eorum, et cordi eorum eas inscribens*. Quas leges intelligit? *Quod omnes cognoscent Deum, a parvo usque ad magnum*; et *Propitius*, inquit Deus, *ero ipsis, et peccatorum eorum non recordabor* [31]. Suscipiamus leges vitæ; pareamus **32** hortanti Deo. Percipiamus ipsum, ut sit propitius. Reddamus ipsi, licet minime indigenti, animum bene compositum, gratam habitationis nostræ mercedem; Deo nempe, cujus beneficio hic habitamus, cultum ac pietatem.

Aurum pro ære, centum boum pretium pro pretio novem boum;

B exigua nempe fide hanc tantam terram tibi colendam concedit: aquam præterea, quam bibas; et aliam, in qua naviges; aerem, quem respires; ignem, cujus vi exerceas artificia; mundum, quem habites, præbet: hinc demum tibi concessit in cœlos coloniam deducere: hæc tibi tot tantaque opera ac beneficia exigua fide locavit. Illi porro, qui præstigiatoribus credunt, amuleta corporibus suis alliganda, et incantationes salutares, ut putant, recipiunt; vos autem ne ipsum quidem cœleste Verbum, ac Servatorem nostrum, alligare vobis vultis, nec Dei credentes incantationi, perturbationibus, quæ sunt animi morbi, liberari, et a peccato, quod æterna mors est, avelli. Estis plane hebetes atque cæci; perinde ac talpæ, vitam in tenebris agitis, C nihil aliud quam edentes, corruptione circumfusi.

✠ P. 89 ED. POTTER, 71 ED. PARIS. [31] Hebr. VIII, 10, 11, 12; Jer. XXXI, 33, 34.

Scholiastes Græcus: Τὰ αἴσια λέγει, καὶ τὰ πρὸς τὸν λόγον συμφέροντα· ἔργον δὲ λέγει κατ' ἐξοχὴν τὴν γεωργίαν. COLLECT. (i.e. col. 198, n. 87.)

(39) *Θεοποιῶν*. Superius adnotatum est, Clementem sæpe dicere, homines per pietatem ac virtutem non solum Deo assimilari, sed quodammodo in divinam naturam transformari ac deos fieri. *Str*. VI, p. 670: Δύναμιν λαβοῦσα κυριακὴν ἡ ψυχὴ, μελετᾷ εἶναι θεός. *Anima, cum Domini vim et gratiam accepit, meditatur esse deus*. *Str*. VII, p. 710: Θεαταὶ, ἄγγελοι καὶ θεοί, *Spectatores, angeli et dii*. Ubi deos appellat beatorum animas. *Ibid*., p. 732: Τὴν ἐσομένην ἡμῖν κατὰ Θεὸν μετὰ θεῶν δίαιταν. *Futurum nobis secundum Deum cum diis convictum*, id est cum justis animabus. Mox ibidem: Θεοὶ τὴν προσηγορίαν κέκληνται οἱ σύνθρονοι τῶν ἄλλων θεῶν D τῶν ὑπὸ τῷ Σωτῆρι πρώτων τεταγμένων γενησόμενοι. *Deorum appellantur nomine, qui in iisdem sedibus sunt collocati, in quibus alii dii, qui sunt primi a Servatore constituti*. Ibid., p. 761, dixit eum, qui Christo paret, ἐν σαρκὶ περιπολοῦντα θεόν, *in carne versantem deum* esse. Conf. p. 134, 405, 529, 535, 651, 702, etc.* Huic autem loquendi modo ansam dedit S. Scriptura, quibus locis homines deos appellavit. Clemens *Protrept*. p. 76, ad eos, qui sancte in hoc mundo versantur, Psalmi verba applicat, *Ego dixi: Dii estis, et filii Altissimi*. Conf. *Pædag*. lib. I, cap. 6, pag. 93; *Strom*. II, p. 414. Et *Str*. IV, p. 534: Τούτῳ, inquit, δυνατὸν τῷ τρόπῳ τὸν γνωστικὸν ἤδη γενέσθαι θεόν. *Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου*. *Str*. VI, p. 687: Τοὺς ἐπιγνόντας αὐτὸν, υἱοὺς ἀναγορεύει καὶ θεούς. E philosophis non unus huic metaphoræ favit. Clemens Heraclitum adduxit *Pædag*. lib. III, cap. 1: Ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ᾧ σύνοικος ὁ Λόγος... μορφὴν ἔχει τοῦ Λόγου, ἐξομοιοῦται τῷ Θεῷ... Θεὸς δὲ ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος γίνεται, ὅτι βούλεται ὁ Θεός. Ὀρθῶς ἄρα εἶπεν Ἡράκλειτος· Ἄνθρωποι θεοί· θεοὶ ἄνθρωποι. Item Platonem *Strom*. IV, p. 536, 537: Εἰκότως οὖν καὶ Πλάτων τὸν τῶν ἰδεῶν θεωρητικὸν Θεὸν ἐν ἀνθρώποις ζήσεσθαί φησι. Mox: Καὶ ἐν τῷ *Σοφιστῇ* δὲ τὸν Ἐλεάτην ξένον, διαλεκτικὸν ὄντα, ὁ Σωκράτης θεὸν ὠνόμασεν· οἵους τοὺς θεοὺς ξείνοισιν ἀλλοδαποῖσιν, ἐπιφοιτῶντας τοῖς ἄστεσιν. cf. col. 1361, n. 45; II. n. 76. n. 42.

(40) *Διδοὺς νόμ*. Hæc Clemens διὰ μνήμης recitans Scripturæ sensum potius quam verba exhibuit.

(41) *Ἀποδῶμεν*. Persius, Sat. 2, v. 71:

Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalæ lippa propago,
Compositum jus fasque animi, sanctosque recessus
Mentis, et incoctum generoso pectus honesto:
Hæc cedo, ut admoveam templis, et farre litabo.

(42) *Χρύσεα χαλκ*. Ex *Iliad*. Z, v. 236. Porro cum manifeste ad ea, quæ sequuntur, pertineat hic versus, priores Clementis editiones eum unanimiter præcedentibus adnectunt, excepta Flor. in qua ambiguum est, utram ad partem pertineat.

(43) *Νωδοί*. Haud scio, an aptius νωθοί, seu νωθροί, *ignavi* et *pigri*; nisi forte, quia sequitur ἐσθίοντες, νωδοὶ peculiariter hic intelligendi, qui segnius comedunt: cum alias νωδοί sint, qui comedere non possunt, dentibus carentes, edentuli. SYLBURG.

(44) *Ἀλλ' ἔστιν ἡ ἀλ*. Ἀλλ' ἔστιν, ἔστιν ἡ ἀλ. Nov.

(45) *Λάμψει*. A. mavult λαμψάτω ex II Cor. IV, 6. SYLBURG.

* cf. pp. 671, 676, 701, 733, 748, 758 ed. Par.

At veritas est, quæ clamat : *Ex tenebris lux lucebit* [36]. Luceat ergo lux in occulta parte hominis, scilicet corde ejus : et exoriantur scientiæ radii, qui interiorem hominem splendore suo patefaciant, lucis discipulum, *Christi* familiarem atque *cohæredem* [37] ; præcipue cum pio ac bono filio, boni Patris, ac lenia, et quæ filio suo salutaria sunt, imperantis, augustum ac venerabile nomen in cognitionem venerit. Ille, qui ei paret, omnibus sane rebus præcellit, sequitur Deum, paret Patri, illum errans cognovit, dilexit Deum, dilexit proximum, implevit mandatum, præmium requirit, promissum exigit. Deo autem semper propositum est servare gregem hominum : et ideo bonum pastorem bonus misit Deus. Verbum autem, explicata veritate, salutis altitudinem hominibus ostendit, ut vel ducti pœnitentia, ✠ salutem consequerentur, vel, si parere nollent, judicio forent obnoxii. Hæc est justitiæ prædicatio, quæ parentibus bonum est nuntium ; cæteros, qui parere detrectaverint, judicio arcessit. Atqui bellica sane tuba clangore suo milites congregaverit, et bellum indixerit ; Christo autem, pacificum carmen ad limites usque terræ afflanti, pacificos suos milites congregare non licebit? Congregavit quidem, o homo, sanguine et verbo incruentum exercitum, cui regnum cœlorum tradidit. Tuba autem Christi est ejus Evangelium. Et is quidem tuba cecinit, nos autem audivimus. Pacificis igitur armis instruamur, *induti thoracem justitiæ*, et *assumpto clypeo fidei*, et *galea salutis* imposita, *gladium* etiam *Spiritus, hoc est verbum Dei* [38], exacuamus. Ita nos Apostolus pacifice ordinat. Hæc nostra sunt arma, vulneribus prorsus impervia. His instructi adversus malum illum in acie stemus, *ignita mali jacula exstinguamus* aqueis cuspidibus a Verbo tinctis, beneficia gratis laudibus remunerantes, et Deum per divinum Verbum honorantes. *Adhuc enim loquente te, dicet*, inquit : *Ecce adsum* [39]. O! sanctam et beatam hanc potentiam, per quam Deus cum hominibus versatur. Præstat igitur optimæ ac præstantissimæ naturæ imitatorem simul et cultorem fieri. Nullo enim alio modo imitari Deum licet, nisi sancte eum colendo ; nec colere ac venerari, nisi imitando. Cœlestis itaque ac vere divinus amor tum conciliatur hominibus, cum in ipsa anima vera pulchritudo a Verbo divino excitata effulserit. Quod vero maximum est, cum sincera voluntate pari gressu currit salus ; et vita cum libera electione eodem, ut ita dicam, jugo pendet. Proinde sola hæc veritatis cohortatio est, quæ, perinde ac fidelissimi amicorum, ad extremum usque halitum nobiscum permanet ; et si quis ad

A ἀποκεχρυμμένῳ τοῦ ἀνθρώπου, ἐν τῇ καρδίᾳ, τὸ φῶς· καὶ τῆς γνώσεως αἱ ἀκτῖνες ἀνατειλάτωσαν, τὸν ἐγκεκρυμμένον ἔνδον ἐκφαίνουσαι καὶ ἀποστίλβουσαι ἄνθρωπον, τὸν μαθητὴν τοῦ φωτὸς, τὸν *Χριστοῦ* γνώριμόν τε καὶ *συγκληρονόμον*· μάλιστα ἐπειδὰν τὸ τιμιώτατον (46) καὶ σεβασμιώτατον, εὐσεβεῖ τε καὶ ἀγαθῷ παιδὶ ἀγαθοῦ Πατρὸς ὄνομα εἰς γνῶσιν ἀφίκηται, προστάττοντος ἤπια, καὶ τῷ παιδὶ ἐγκελευομένου τὰ σωτήρια. Ὁ δὲ πειθόμενος αὐτῷ κατὰ πάντα δὴ πλεονεκτεῖ, ἕπεται τῷ Θεῷ, πείθεται τῷ Πατρὶ, ἔγνω πλανώμενος αὐτὸν, ἠγάπησε τὸν Θεὸν, ἠγάπησε τὸν πλησίον, ἐπλήρωσε τὴν ἐντολὴν, τὸ ἆθλον ἐπιζητεῖ, τὴν ἐπαγγελίαν ἀπαιτεῖ. Πρόκειται δὲ ἀεὶ τῷ Θεῷ, τὴν ἀνθρώπων ἀγέλην σώζειν· ταύτῃ καὶ τὸν ἀγαθὸν ποιμένα ὁ ἀγαθὸς ἀπέστειλεν Θεός. B Ἁπλώσας δὲ ὁ Λόγος τὴν ἀλήθειαν, ἔδειξε τοῖς ἀνθρώποις τὸ ὕψος τῆς σωτηρίας, ὅπως ἢ μετανοήσαντες σωθῶσιν, ἢ, μὴ ὑπακούσαντες, κριθῶσιν· τοῦτο τῆς δικαιοσύνης τὸ κήρυγμα, ὑπακούουσιν εὐαγγέλιον, παρακούσασιν κριτήριον. Ἀλλὰ σάλπιγξ μὲν ἡ μεγαλόκλονος, ἠχήσασα, στρατιώτας συνήγαγεν, καὶ πόλεμον κατήγγειλεν· Χριστὸς δὲ, εἰρηνικὸν ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς ἐπιπνεύσας μέλος, οὐ συνάξει ἄρα τοὺς εἰρηνικοὺς στρατιώτας τοὺς ἑαυτοῦ; Συνήγαγε μὲν οὖν, ὦ ἄνθρωπε, τὸ στρατιωτικὸν τὸ ἀναίμακτον, αἵματι καὶ λόγῳ· καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν αὐτοῖς ἐνεχείρησεν. Σάλπιγξ ἐστὶ Χριστοῦ τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ· ὁ μὲν ἐσάλπισεν, ἡμεῖς δὲ ἠκούσαμεν. Ἐξοπλισώμεθα εἰρηνικῶς, *ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης*, καὶ *τὴν ἀσπίδα τῆς* C *πίστεως* ἀναλαβόντες, καὶ *τὴν κόρην τοῦ σωτηρίου* περιθέμενοι· καὶ *τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ*, ἀκονήσωμεν. Οὕτως ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος εἰρηνικῶς ἐκτάττει· ταῦτα ἡμῶν τὰ ὅπλα τὰ ἄτρωτα· τούτοις ἐξοπλισάμενοι παραταξώμεθα τῷ πονηρῷ· *τὰ πεπυρακτωμένα τοῦ πονηροῦ ἀποσβέσωμεν βέλη* ταῖς ὑδατίναις (47) ἀκμαῖς, ταῖς ὑπὸ τοῦ Λόγου βεβαμμέναις, εὐχαρίστοις ἀμειβόμενοι τὰς εὐποιίας εὐλογίαις, καὶ τὸν Θεὸν τῷ θείῳ γεραίροντες Λόγῳ. *Ἔτι γὰρ λαλοῦντός σου, ἐρεῖ*, φησίν· *Ἰδοὺ πάρειμι*. Ὢ τῆς ἁγίας καὶ μακαρίας ταύτης δυνάμεως, δι' ἧς ἀνθρώποις συμπολιτεύεται Θεός. Λῷον οὖν καὶ ἄμεινον, τῆς ἀρίστης τῶν ὄντων οὐσίας μιμητὴν ὁμοῦ καὶ θεραπευτὴν γενέσθαι· D οὐ γὰρ μιμεῖσθαί τις δυνήσεται τὸν Θεὸν, ἢ δι' ὧν ὁσίως θεραπεύσει· οὐδ' ἂν (48) θεραπεύειν καὶ σέβειν, ἢ μιμούμενος· ὅ γέ τοι οὐράνιος καὶ θεῖος ὄντως ἔρως, ταύτῃ προσγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, ὅτ' ἂν ἐν αὐτῇ που τῇ ψυχῇ τὸ ὄντως καλὸν, ὑπὸ τοῦ θείου Λόγου ἀναζωπυρούμενον, ἐκλάμπειν δυνηθῇ· καὶ τὸ μέγιστον, ἅμα τῷ βουληθῆναι γνησίως τὸ σωθῆναι συντρέχει, ὁμοζυγούντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν,

[36] II Cor. IV, 6. [37] Rom. VIII, 17. ✠ P. 90 ED. POTTER, 72 ED. PARIS. [38] Ephes. VI, 14, 16, 17; I Thess. V, 8; Isa. LIX, 17. [39] Isa. LVIII, 9.

(46). *Ἐπειδὰν τὸ τιμ.* Ἐπειδὰν τὸ τιμιώτατον εὐσεβῆ τε καὶ ἀγ. Nov.

(47) *Ὑδατίναις*. Aqua sc. baptismi constantibus. Mox alludit ad ferrum, quod aqua tingi solet, ut induresca.

(48) *Ἂν*. Et ἂν retineri potest, et αὖ pro eo substitui ; subaudiendum vero ex præcedente membro δυνήσεται. SYLBURG.

προαιρέσεως καὶ ζωῆς. Τοιγάρτοι μόνη αὕτη ἡ τῆς ἀληθείας προτροπὴ τοῖς πιστοτάτοις ἀπείκασται τῶν φίλων, μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς παραμένουσα, παραπομπὸς ἀγαθὴ ὅλῳ καὶ τελείῳ τῷ (49) τῆς ψυχῆς πνεύματι τοῖς εἰς οὐρανὸν ἀπαίρουσι γινομένη (50). Τί δή σε προτρέπω; Σωθῆναί σε ἐπείγομαι· τοῦτο Χριστὸς βούλεται· ἑνὶ λόγῳ, ζωήν σοι χαρίζεται. Καὶ τίς ἐστιν οὗτος; μάθε συντόμως· Λόγος ἀληθείας, Λόγος ἀφθαρσίας (51), ὁ ἀναγεννῶν τὸν ἄνθρωπον, εἰς ἀλήθειαν αὐτὸν ἀναφέρων, τὸ κέντρον τῆς σωτηρίας, ὁ ἐξελαύνων τὴν φθοράν, ὁ ἐκδιώκων τὸν θάνατον, ὁ ἐν ἀνθρώποις οἰκοδομήσας νεὼν, ἵνα ἐν ἀνθρώποις ἱδρύσῃ τὸν Θεόν. Ἅγνισον τὸν νεὼν, καὶ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ῥᾳθυμίας (52), ὥσπερ ἄνθος ἐφήμερον, καταλίμπανε ἀνέμῳ καὶ πυρί· σωφροσύνης δὲ τοὺς καρποὺς γεώργησον ἐμφρόνως, καὶ σεαυτὸν ἀκροθίνιον ἀνάστησον τῷ Θεῷ, ὅπως οὐκ ἔργον μόνον, ἀλλὰ καὶ χάρις ᾖ τοῦ Θεοῦ· πρέπει δὲ ἄμφω, τῷ Χριστῷ γνώριμον (53) καὶ βασιλείας ἄξιον φανῆναι, καὶ βασιλείας κατηξιῶσθαι.

cœlum tendit, integro perfectoque animæ spiritui optima dux est. Ad quid autem te hortor? Sane ut salvus fias. Hoc vult Christus: et, ut uno dicam verbo, vitam tibi largitur. Ille vero quis est? paucis accipe: Verbum veritatis, Verbum immunitatis ab interitu, quod hominem regenerat, eum reducendo ad veritatem; salutis stimulus, qui abigit interitum, qui mortem expellit, qui in hominibus templum ædificavit, ut Deum in ipsis statueret. Fac ut templum hoc sit purum, et voluptates ac mollitiem, tanquam caducum florem, vento atque igni relinque. Temperantiæ autem fructus prudenter colito, teque ipsum Deo, ✠ veluti primitias, consecra; ut ejus sit non solum opus, sed etiam operis gratia. Utrumque autem decet, ut qui Christi discipulus est, regno dignus videatur, et regno dignatus sit.

CAPUT XII.

Hortatur ut missis erroribus et cupiditatibus pristinis, se Christo, unico veritatis magistro, instituendos præbeant.

Φύγωμεν οὖν τὴν συνήθειαν, φύγωμεν, οἷον ἄκραν χαλεπὴν, ἢ Χαρύβδεως ἀπειλὴν, ἢ Σειρῆνας μυθικάς· ἄγχει τὸν ἄνθρωπον, τῆς ἀληθείας ἀποτρέπει, ἀπάγει τῆς ζωῆς· παγίς ἐστι, βάραθρόν ἐστι, βόθρος ἐστὶ, λίκνος (54) ἐστὶ, κακὸν ἡ συνήθεια·

Κείνου μὲν καπνοῦ (55) *καὶ κύματος ἐκτὸς [ἔεργε*
Νῆα. . .

Φεύγωμεν, ὦ συνναῦται, φεύγωμεν τὸ κῦμα (56) τοῦτο, πῦρ ἐρεύγεται· νῆσός (57) ἐστι πονηρὰ, ὀστοῖς καὶ νεκροῖς σεσωρευμένη· ᾄδει δὲ ἐν αὐτῇ πορνίδιον ὡραῖον, ἡδονὴ, πανδήμῳ (58) τερπόμενον μουσικῇ·

Δεῦρ' ἄγ' (59) *ἰὼν, πολύαιν' Ὀδυσεῦ, μέγα [κῦδος Ἀχαιῶν·*
Νῆα κατάστησον, ἵνα θειοτέρην ὄπ' ἀκού-[σῃς (60).

Ἐπαινεῖ σε, ὦ ναῦτα, καὶ πολυύμνητον λέγει, καὶ τὸ κῦδος τῶν Ἑλλήνων ἡ πόρνη σφετερίζεται· ἔασον αὐ-

Fugiamus igitur consuetudinem, fugiamus veluti periculosum promontorium, aut Charybdis minas, aut fabulosas Sirenes: consuetudo hominem suffocat, avertit a veritate, abducit a vita; laqueus est, barathrum est, fovea est, cribrum est malum:

Hunc quidem fumum et fluctum extra dirige
Navem . . .

Fugiamus, fugiamus, o socii, hunc fluctum, ignem eructat; periculosa est insula, ossibus 33 et cadaveribus plena; in ea autem cantat formosa meretricula, voluptas, quæ publica vulgarique musica delectat:

Huc age profectus, illustris Ulysses, ingens glo-[ria Græcorum,
Navem siste, ut diviniorem vocem audias.

Laudat te, o nauta, et celebrem vocat, Græcorumque gloriam suam facere conatur meretrix:

✠ P. 91 ED. POTTER, 73 ED. PARIS.

(49) *Τῷ*. Hunc articulum omittit Nov.

(50) *Γινομένη*. Γενομένη Nov.

(51) *Λόγος ἀφθ.* Λόγος omittit Nov.

(52) *Τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ῥᾳθυμίας*. Fortasse cum interprete Herveto legendum τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς θρύψεις. A. SYLBURG. — Perperam, nam paulo post, ῥᾳθυμίας eodem plane sensu occurrit.

(53) *Πρέπει δὲ ἄμφω, τῷ Χριστῷ γνώριμον*. Scribe, πρέπει δὲ ἀμφότερον, τὸν Χριστοῦ γνώριμον καὶ βασιλείας ἄξιον φανῆναι, καὶ βασιλείας κατηξιῶσθαι. Hoc est: *utrumque decet, ut qui Christi est amicus, et dignus videatur regno, et regno dignatus sit.* HEINSIUS.

(54) *Λίκνος*. Malim λίκνον.

(55) *Κείνου μὲν κ.* Pro *κείνου* apud Homerum legitur τούτου. Proverbialiter autem καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς βαίνειν usurpat etiam Philo lib. III *Περὶ ὀνείρων*, editionis nostræ, p. 144. H. SYLBURG. — Τούτου habet etiam Nov. Proinde ea vera lectio est. Sunt autem hæc apud Homerum Ulyssis verba, quibus navis suæ gubernatorem Scyllam vitare monet. *Odyss.* M, v. 226.

(56) *Τὸ κῦμα*. Respicit *Odyss.* M, v. 237, ubi poeta fluctum, quem evomuit Charybdis, comparat λέβητι ἐν πυρὶ πολλῷ· *lebeti in igne multo.*

(57) *Νῆσος*. Respicit ejusdem *Odyss.* M, v. 46, ubi, Sirenum insulam describens, hæc dicit:

Ἀλλά τε σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ,
Ἥμεναι ἐν λειμῶνι· πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεό-[φιν θὶς
Ἀνδρῶν πυθομένων, περὶ δὲ ῥινοὶ μινύθου-[σιν.

Sed Sirenes dulci demulcent cantilena,
Sedentes in prato; ingens vero circum ex ossi-[bus acervus
Virorum putrefactorum, undique autem cutes [minuuntur.

(58) *Ἡδονὴ, πανδήμῳ*. Ἡδονῇ πανδήμῳ conjuncte, Nov.

(59) *Δεῦρ' ἄγ'*. Sirenum verba, quibus Ulyssem ad sese pertrahere conabantur, *Odyss.* M, v 184.

(60) *Θειοτέρην ὄπ' ἀκ.* Νωΐτέρην ὄπ' editiones vulgatæ habent *Odyss*. M. A. SYLBURG. — Utitur hoc

Sine ipsam cadavera depascere, tibi cœlestis Spiritus opem fert : prætergredere voluptatem, seducit :

Ne vero mulier te animo clunes ornata decipiat,

Blande garriens, tuum inquirens tugurium.

Præternaviga cantum ; morte afficit. Si velis modo, vicisti interitum ; et ligno alligatus, ab omni corruptione solutus eris. Gubernabit te Verbum Dei, et ad portum cœlorum appellet Spiritus sanctus. Tum Deum meum intueberis, et sacris illis mysteriis initiaberis, et iis rebus frueris, quæ in cœlis recondita, quæ mihi asservata sunt, *quæ nec auris audivit, nec in mentem* alicujus *venerunt* [50].

Atqui mihi videor videre duos soles,
Geminasque Thebas,

✠ dicebat quidam per simulacra in furorem actus, meraque ebrius ignorantia. Me vero ejus debacchantis misereret, nec possem committere, quin sic mente alienatum ad sobriam salutem hortarer. Dominus enim pœnitentiam peccatoris, haudquaquam autem ejus mortem amplectitur. Veni, o insane, non innixus thyrso, neque hedera redimitus. Abjice mitram, abjice nebridem, redi ad sanam mentem. Ostendam tibi Verbum, et Verbi mysteria, ea juxta tuarum imaginem rerum enarrans. Hic est mons Deo dilectus, qui haudquaquam, veluti Cithæron, tragœdiis materiam præbuit; sed veritatis actibus consecratus est. Mons sobrius, castis umbrosus silvis. In eo autem bacchantur, haud quidem fulmine ictæ Semeles sorores, Mænades, impura visceratione initiatæ; sed Dei filiæ, pulcherrimæ agnæ, quæ veneranda Verbi orgia concelebrant, sobrium instaurantes chorum. Chorum agunt viri justitia præcellentes. Canticum est hymnus regi totius rerum universitatis sacer. Psallunt puellæ, collaudant angeli, prophetæ loquuntur; editur musicæ sonus, cursu thiasum persequuntur; qui vocati sunt, desiderio recipiendi Patrem festinant. Veni, tu quoque, o senex, relictis Thebis; abjectaque divinatione et Bacchica insania, deduci te ad veritatem patere. Ecce tibi, quo innitaris, lignum præbeo. Festina, Tiresia, fidem ha-

A τὴν ἐπινέμεσθαι τοὺς νεκρούς, Πνεῦμά σε οὐράνιον (61) βοηθεῖ· πάριθι τὴν ἡδονήν, βουκολεῖ·

Μηδὲ γυνή σε νόον (62) *πυγοστόλος ἐξαπατάτω,*
Αἱμύλα κωτίλλουσα, τεὴν διφῶσα καλιήν.

Παράπλει τὴν ᾠδήν, θάνατον ἐργάζεται. Ἐὰν ἐθέλῃς μόνον, νενίκηκας τὴν ἀπώλειαν· καὶ τῷ ξύλῳ (63) προσδεδεμένος ἁπάσης ἔσῃ τῆς φθορᾶς λελυμένος· κυβερνήσει σε ὁ Λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς λιμέσι καθορμίσει τῶν οὐρανῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τότε μου (64) κατοπτεύσεις τὸν Θεόν, καὶ τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις τελεσθήσῃ μυστηρίοις, καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀπολαύσεις ἀποκεκρυμμένων, τῶν ἐμοὶ τετηρημένων, *ἃ οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνέβη* τινός.

B *Καὶ μὴν ὁρᾷν* (65) *μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ,*
Δισσὰς δὲ Θήβας,

βακχεύων ἔλεγέ τις εἰδώλοις, ἀγνοίᾳ μεθύων ἀκράτῳ (66). Ἐγὼ δ' αὐτὸν οἰκτείραιμι παροινοῦντα, καὶ τὸν οὕτω παρανοοῦντα ἐπὶ σωτηρίαν παρακαλέσαιμι σωφρονοῦσαν· ὅτι καὶ Κύριος (67) μετάνοιαν ἁμαρτωλοῦ, καὶ οὐχὶ θάνατον ἀσπάζεται. Ἧκε, ὦ παραπλήξ, μὴ θύρσῳ σκηριπτόμενος, μὴ κιττῷ ἀναδούμενος· ῥῖψον τὴν μίτραν, ῥῖψον τὴν νεβρίδα, σωφρόνησον. Δείξω σοι τὸν Λόγον, καὶ τοῦ Λόγου τὰ μυστήρια, κατὰ τὴν σὴν διηγούμενος εἰκόνα. Ὄρος ἐστὶ τοῦτο Θεῷ πεφιλημένον· οὐ τραγῳδίαις ὡς Κιθαιρὼν ὑποκείμενον, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας (68) ἀνακείμενον δράμασιν· ὄρος νηφάλιον, C ἁγναῖς ὕλαις σύσκιον· βακχεύουσι δὲ ἐν αὐτῷ οὐχ αἱ Σεμέλης τῆς κεραυνίας ἀδελφαὶ αἱ Μαινάδες, αἱ δύσαγνον κρεανομίαν μυούμεναι, ἀλλ' αἱ τοῦ Θεοῦ θυγατέρες, αἱ ἀμνάδες αἱ καλαί, τὰ σεμνὰ τοῦ Λόγου θεσπίζουσαι ὄργια, χορὸν ἐγείρουσαι σώφρονα. Ὁ χορὸς οἱ δίκαιοι· τὸ ᾆσμα ὕμνος ἐστὶ τοῦ πάντων βασιλέως. Ψάλλουσιν αἱ κόραι, δοξάζουσιν ἄγγελοι, προφῆται λαλοῦσιν· ἦχος στέλλεται μουσικῆς, δρόμῳ τὸν θίασον διώκουσι· σπεύδουσιν οἱ κεκλημένοι, Πατέρα ποθοῦντες ἀπολαβεῖν. Ἧκέ μοι, ὦ πρέσβυ, καὶ σύ, τὰς Θήβας λιπών, καὶ τὴν μαντικὴν καὶ τὴν Βακχικὴν ἀποῤῥίψας, πρὸς ἀλήθειαν χειραγωγοῦ. Ἰδού σοι τὸ ξύλον ἐπερείδεσθαι δίδωμι· σπεῦσον, Τειρεσία (69), πίστευσον, ὄψει. Χριστὸς D ἐπιλάμπει φαιδρότερον ἡλίου, δι' ὃν ὀφθαλμοὶ τυ-

[50] I Cor. II, 9.   ✠ P. 92 ED. POTTER, 74 ED. PARIS.

eodem versu in iis, quæ ad mores pertinent, Aristoteles II *ad Nicomachum Ethic.* c. 9. Cæterum pro ὑπ' ἀκούσῃς, Nov. habet ἐπακούσῃς.

(61) *Πνεῦμά σε οὐρ.* Pro σέ H. mavult σοί dat. casu, ut alibi. Idem cum A. pro vulg. et corrupto πάραθι, reposuit παράθει, *prætercurre.* Nostrum πάριθι probat etiam C. Ibidem mox rectius cum A. legimus βουκολεῖ, *seducit, seu abducit ab armento.* Sylburg.

(62) *Νόου.* Νόου etsi excusari possit, usitatior tamen est νόον, subaudita præp. κατά, vel simili; atque adeo νόον habent etiam Hesiodi edit. vulgatæ sub finem *τῶν Ἔργων.* V. Sylburg.—Quam lectionem firmat etiam Nov.

(63) *Τῷ ξύλῳ.* Allusio a malo navis, cui alligatus Ulysses Sirenas evasit, ad lignum crucis.

(64) *Μοῦ.* Pro μοῦ rectius μοί legimus dat. casu ut passim. Sylburg. — Sed mox iterum primam personam adhibet.

(65) *Καὶ μὴν ὁρ.* Verba Penthei a Baccho in furorem acti apud Euripid. *Bacch.* v. 916. Ea rursus laudavit Clemens *Pædag.* lib II, cap. 2, pag. 153.

(66) *Ἀκράτῳ.* Alludit ad eos, qui merum, ἄκρατον, bibendo inebriantur.

(67) *Κύριος.* Respicit Ezechielis XXXIII, 11, XVIII, 32. In iis, quæ statim sequuntur, Bacchanalia celebrantes describit. Illi enim, exemplo Bacchi, thyrsum manibus gestantes, hedera redimiti, pellibus induti, insanientium more, montes camposque oberrabant. Conf. Meursii *Dionysia.*

(68) *Τῆς ἀλ.* Τοῖς ἀλ. Nov. His similia superius dixit p. 5.

(69) *Τειρεσία.* Tiresiæ fortasse mentionem injecit, quod versus Euripidis paulo superius laudatos

φλῶν ἀναβλέπουσιν· νὺξ σε φεύξεται, πῦρ φοβηθήσεται, θάνατος οἰχήσεται· ὄψει τοὺς οὐρανοὺς, ὦ γέρον (70), ὁ Θήβας μὴ βλέπων. Ὢ τῶν ἁγίων ὡς ἀληθῶς μυστηρίων! ὢ φωτὸς ἀκηράτου! Δᾳδουχοῦμαι (71), τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸν Θεὸν ἐποπτεύσας· ἅγιος γίνομαι, μυούμενος. Ἱεροφαντεῖ δὲ ὁ Κύριος, καὶ τὸν μύστην σφραγίζεται (72) φωταγωγῶν· καὶ παρατίθεται τῷ Πατρὶ τὸν πεπιστευκότα, αἰῶσι τηρούμενον. Ταῦτα τῶν ἐμῶν μυστηρίων τὰ βακχεύματα· εἰ βούλει, καὶ σὺ μυοῦ· καὶ χορεύσεις μετ' ἀγγέλων ἀμφὶ τὸν ἀγέννητον καὶ ἀνώλεθρον καὶ μόνον ὄντως Θεὸν, συνυμνοῦντος ἡμῖν τοῦ Θεοῦ Λόγου. Ἀΐδιος οὗτος, Ἰησοῦς εἷς, ὁ μέγας (73) ἀρχιερεὺς Θεοῦ τε ἑνὸς τοῦ αὐτοῦ καὶ Πατρὸς, ὑπὲρ ἀνθρώπων εὔχεται, καὶ ἀνθρώποις ἐγκελεύεται. *Κέκλυτε* (74)· *μυρία φῦλα*, μᾶλλον δὲ ὅσοι τῶν ἀνθρώπων λογικοὶ, καὶ βάρβαροι, καὶ Ἕλληνες· τὸ πᾶν ἀνθρώπων γένος καλῶ, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς θελήματι Πατρός· ἥκετε ὡς ἐμὲ, ὑφ' ἕνα ταχθησόμενοι Θεὸν, καὶ τὸν ἕνα Λόγον τοῦ Θεοῦ· καὶ μὴ μόνον τῶν ἀλόγων ζώων πλεονεκτεῖτε τῷ λόγῳ· ἐκ δὲ τῶν θνητῶν ἁπάντων ὑμῖν ἀθανασίαν μόνοις καρπώσασθαι δίδωμι. Ἐθέλω γὰρ, ἐθέλω καὶ ταύτης ὑμῖν μεταδοῦναι τῆς χάριτος· ὁλόκληρον χορηγῶν τὴν εὐεργεσίαν, ἀφθαρσίαν· καὶ Λόγον χαρίζομαι ὑμῖν τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ, τέλειον ἐμαυτὸν χαρίζομαι. Τοῦτό εἰμι ἐγὼ, τοῦτο βούλεται ὁ Θεὸς, τοῦτο συμφωνία ἐστὶ, τοῦτο ἁρμονία Πατρὸς, τοῦτο Υἱὸς, τοῦτο Χριστὸς, τοῦτο ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, βραχίων Κυρίου, δύναμις τῶν ὅλων, τὸ θέλημα τοῦ Πατρός· ὧν πάλαι μὲν εἰκόνες, οὐ πᾶσαι δὲ ἐμφερεῖς· ἐπανορθώσασθαι ὑμᾶς πρὸς τὸ ἀρχέτυπον βούλομαι, ἵνα μοι καὶ ὅμοιοι γένησθε. Χρίσω ὑμᾶς τῷ πίστεως ἀλείμματι, δι' οὗ τὴν φθορὰν ἀποβάλλετε· καὶ γυμνὸν δικαιοσύνης ἐπιδείξω τὸ σχῆμα, δι' οὗ πρὸς τὸν Θεὸν ἀναβαίνετε. *Δεῦτε πρός με* (75) *πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶΰς* (76) *εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.* Σπεύσωμεν, δράμωμεν, ὦ θεοφιλῆ καὶ

A be, visum recipies. Christus, per quem cæcorum visus restituitur, sole splendidius illucet. Nox te fugiet, ignis extimescet, mors abibit. Qui Thebas, o senex, contueri non potes, cœlos videbis. O vere sancta mysteria! O puram lucem! Prælatis m hi facibus, cœlos ac Deum conspicio. Dum initior, sanctus fio. Dominus autem est interpres sacrorum, qui mystam illuminatum obsignat, et eum, qui crediderit, Patri commendat in sæcula servandum. Hæc sunt meorum mysteriorum bacchanalia. Tu quoque, si videatur, initiare. Tum circa eum, qui ortus et interitus immunis solusque verus Deus est, una cum angelis, hymnum nobiscum canente Deo Verbo, chorum duces. Æternus ✠ hic Jesus, unus magnus pontifex unius Dei, qui est B idem Pater, orat pro hominibus, idemque homines hortatur. *Attendite, gentes innumerabiles;* seu potius quotquot estis inter homines ratione præditi, tam barbari quam Græci. Universum hominum genus voco, quorum ego voluntate Patris opifex sum. Venite ad me, sub uno Deo et uno Dei Verbo ordinandi. Nec sufficiat vobis animalia rationis expertia sola ratione superasse, cum vobis ex universo genere mortalium solis liceat meo munere immortalitatem consequi. Volo enim, volo hanc vobis impertire gratiam: integrum beneficium, immunitatem corruptionis, tribuens. Sed et Verbum vobis largior, Dei scilicet cognitionem, memetipsum integrum largior. Hoc sum ego, hoc vult Deus, hoc symphonia est, hoc concentus Patris, hoc Filius, C hoc Christus, hoc Verbum Dei, brachium Domini, potestas rerum omnium, voluntas Patris. Quarum quidem rerum olim exhibitæ sunt imagines, verum illæ nequaquam omnes similes. Proinde volo vos ad exemplar primigenium corrigere, ut similes etiam mihi efficiamini. Fidei vos unguento, per quod corruptionem exuetis, ungam, et nudam justitiæ figuram, per quam ad Deum ascendetis, repræsentabo. *Venite ad me, omnes qui fatigati estis et onerati; et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quod mitis sim et humilis*

✠ P. 93 ED. POTTER, 75 ED. PARIS.

ab illo pronuntiatos putaverit. Quo errore lapsus est *Pædag.*, lib. II, cap. 2, p. 153: Καὶ μὴν ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, μεθύων ὁ Θηβαῖος ἔλεγε γέρων· *Atque duos soles videre mihi videor, ebrius dicebat Thebanus senex.* Hæc porro sic scribit, distinguit Nov. Τειρεσίᾳ πίστευσον· ὄψει Χριστὸς ἐπιλάμψει φαιδρ. *Tiresiæ fidem habe: Christus visum tuum illuminabit sole splendidius.* Perperam in vulgatis edit. πίστευσον ὄψει, *visui tuo crede*, conjuncte legitur.

(70) *Ὦ γέρον. Odyss.* M. et K. H. Sylburg.

(71) *Δᾳδουχοῦμαι.* Alludit ad ritus mysteriorum Eleusiniorum; in quibus erat δᾳδοῦχος, qui *facem manu ferebat;* ἱεροφάντης, qui *sacra monstrabat*, μύσται et ἐπόπται, quibus *mysteriis* initiari, eaque *intueri* permissum est. Hinc Alcibiades impietatis arguebatur, referente Plutarcho in *Alcibiade*, ἀπομιμούμενος τὰ μυστήρια, καὶ δεικνύων τοῖς ἑαυτοῦ ἑταίροις ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἔχων στολὴν, οἵανπερ Ἱεροφάντης ἔχων δεικνύει τὰ ἱερὰ, καὶ ὀνομάζων αὑτὸν μὲν ἱεροφάντην, Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον. *Quod imitatus mysteria,* D *ea domi suæ sociis ostendisset, indutus vestem, qualem habens Hierophantes ostendit sacra, et appellasset se quidem Hierophantam, Polytionem vero Daduchum, Theodorum vero præconem.*

(72) *Σφραγίζεται.* Alludit ad sigillum baptismi, et signum, seu characterem, qui deorum quorumdam cultoribus imprimi solebat. Unde illud Apocal. XIII, 17: *Ne quis possit emere aut vendere*, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, ἢ τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Conf. *Archæologiæ Græcæ*, lib. I, c. 10; lib. III, c. 2.

(73) *Ἀΐδιος οὗτος, Ἰησοῦς εἷς, ὁ μ.* Potes et sic distinguere: Ἀΐδιος οὗτος Ἰησοῦς, εἷς ὁ μέγας ἀρχιερεύς. Interpres Hervetus post εἷς distinguit, *æternus hic est Jesus unus.* Sylburg. Est porro hoc insigne testimonium adversus Arianos.

(74) *Κέκλυτε.* Hemistichium ex *Iliad.* P, v. 220.

(75) *Πρός μέ.* Omittit Nov.

(76) *Πραῢς.* Πρᾶος Bibl. Græc. Mox, Χρηστός ἐστι Nov. Dein, καὶ τὸ φορτίον, Bibl. Græc. et Nov.

quidem in aliqua re prodest, non autem ejus curam gerit. Neque curam quidem ejus gerit, non autem est etiam de eo sollicitus. Est enim præstantius, quod sua sponte prodest, quam quod non sua sponte. Deo autem nihil est præstantius. Nec est aliud sua sponte prodesse, quam esse de homine sollicitum. Deus ergo curam gerit hominis, et de eo est sollicitus. Id autem reipsa ostendit, cum Verbo eum erudiat, qui est germanus coadjutor Dei in homines benevolentiæ. Bonum autem esse dicitur, non eo quod virtutem habeat: quatenus justitia quoque bonum esse dicitur, non quod habeat virtutem, ipsa enim est virtus, sed quod ipsa ex se et per se bona sit. Dicitur etiam alio modo bonum id, quod est utile, non eo quod delectet, sed eo quod prosit. Quæ quidem omnia est justitia, quæ ut virtus, et ut per se eligenda bonum est, et ut quæ non delectet; non enim judicat ad gratiam, sed pro uniuscujusque meritis distribuit. Id autem quod est utile, sequitur id, quod prodest. Per omnes ergo respectus, quibus bonum dijudicatur, justitia quoque boni characterem suscipit, utrisque æqualia æqualiter participantibus; quæ vero ex æqualibus characterem suscipiunt, ipsa sunt inter se æqualia et similia. Bonum est ergo justitia. Quomodo ergo, inquiunt, si Dominus homines diligit et bonus est, irascitur et punit? Necesse est ergo de hoc, quam fieri poterit brevissime, disserere: est enim hæc tractatio aliqua ex parte conducibilis ad rectam puerorum eductionem, necessarii auxilii locum tenens. « Multæ enim animi affectiones curantur supplicio, et præceptorum acerbiorum jussu, atque etiam per doctrinam nonnullarum speculationum. Est autem reprehensio veluti quædam chirurgia affectionum animæ. Abscessus autem veritatis affectiones, quas sectione di- ✠ videntem oportet coarguere. Medicamentorum autem applicationi est similis probri insimulatio, quæ resolvit affectiones, quæ jam occalluerunt, impudicæque et libidinosæ vitæ sordes expurgat, fa-

✠ P. 137 ED. POTTER, 115 ED. PARIS.

A κατὰ γνώμην ὠφελοῦν τοῦ μὴ ὠφελοῦντος κατὰ γνώμην· τοῦ δὲ Θεοῦ κρεῖττον οὐδέν. Καὶ οὐκ ἄλλο τί ἐστι τὸ κατὰ γνώμην ὠφελεῖν, εἰ μὴ ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ἀνθρώπου. Κήδεται ἄρα καὶ ἐπιμελεῖται τοῦ ἀνθρώπου ὁ Θεός. Τοῦτο δὲ ἐνδείκνυται ἔργῳ, παιδαγωγῶν αὐτὸν Λόγῳ, ὅς ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας συναγωνιστὴς γνήσιος. Τὸ δὲ ἀγαθὸν εἶναι (32) οὐ τῷ τὴν ἀρετὴν ἔχειν ἀγαθὸν εἶναι λέγεται· καθὸ καὶ ἡ δικαιοσύνη ἀγαθὸν εἶναι λέγεται οὐ τῷ ἀρετὴν ἔχειν, ἀρετὴ γάρ ἐστιν αὕτη, ἀλλὰ τῷ αὐτὴν καθ' αὑτὴν καὶ δι' αὑτὴν ἀγαθὴν εἶναι. Λέγεται δὲ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον ἀγαθὸν τὸ συμφέρον, οὐ τῷ τέρπειν, ἀλλὰ τῷ ὠφελεῖν. Ἃ δὴ πάντα (33) ἡ δικαιοσύνη, καὶ ὡς ἀρετή, καὶ ὡς δι' αὑτὴν αἱρετή, ἀγαθόν, καὶ ὡς οὐ τέρπουσα· οὐ γὰρ πρὸς χάριν κρίνει, ἀλλὰ τοῦ B κατ' ἀξίαν ἑκάστου ἐστὶν ἀπονεμητική. Ἕπεται δὲ τῷ συμφέροντι τὸ ὠφέλιμον. Κατὰ πάντα ἄρα τὰ μέρη, καθ' ἃ τὸ ἀγαθὸν ἐξετάζεται, καὶ ἡ δικαιοσύνη χαρακτηρίζεται, τῶν ἴσων ἐπίσης ἀμφοῖν μετεχόντων· τὰ δὲ τοῖς ἴσοις χαρακτηριζόμενα ἴσα τε ἀλλήλοις καὶ ὅμοια. Ἀγαθὸν ἄρα ἡ δικαιοσύνη. Πῶς οὖν (34), φασίν, εἰ φιλάνθρωπός ἐστι καὶ ἀγαθὸς ὁ Κύριος, ὀργίζεται καὶ κολάζει; Ἀναγκαῖον οὖν καὶ περὶ τούτου, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχυτάτων ἐπεξελθεῖν· ἐπεὶ λυσιτελής πως ἡ τοιάδε οἰκονομία πρὸς τὴν ὀρθὴν τῶν παίδων ἀγωγήν, ἀναγκαίου βοηθήματος ἔχουσα τάξιν. Θεραπεύεται δὲ πολλὰ τῶν παθῶν τιμωρίᾳ καὶ προστάξει αὐστηροτέρων παραγγελμάτων, καὶ δὴ καὶ διὰ τῆς ἐνίων θεωρημάτων διδασκαλίας. Ἔστι δὲ οἱονεὶ χειρουργία (35) τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν C ὁ ἔλεγχος· ἀπόστασις δὲ τὰ πάθη τῆς ἀληθείας (36), ἃ χρὴ διελέγχειν διαιροῦντα τῇ τομῇ. Φαρμακείᾳ δὲ ἔοικεν ὁ ὀνειδισμός, τὰ τετυλωμένα ἀναλύων τῶν παθῶν, καὶ τὰ ῥυπαρὰ τοῦ βίου τῆς λαγνείας ἀνακαθαίρων, πρὸς δὲ καὶ τὰς ὑπερσαρκώσεις (37) τοῦ τύφου ἐξομαλίζων, εἰς τὸν ὑγιῆ καὶ ἀληθινὸν ἀνασκευάζων τὸν ἄνθρωπον. Ἡ νουθέτησις οὖν οἱονεὶ δίαιτά ἐστι νοσούσης ψυχῆς, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν (38), συμβουλευτική· καὶ ὧν οὐ χρή, ἀπαγορευτική· τὰ δὲ πάντα εἰς σωτηρίαν καὶ ἀΐδιον ὑγίειαν

(32) *Εἶναι*. Supervacanea est hæc vox, et fortasse e sequentibus periochis irrepsit, in quibus bis τῷ ἀγαθόν postposita est. Sensus est: « Bonum autem non dicitur esse bonum, eo quod virtutem habeat: quemadmodum etiam justitia non dicitur esse bonum, quod habeat virtutem, cum sit ipsa virtus; sed quod ipsa ex se et per se bona sit. »

(33) *Πάντα*. Post πάντα Hervetus interpres subaudit ἐστίν: *quæ quidam omnia est justitia*. Sylb.

(34) *Πῶς οὖν*. Marcionitarum quæstio. Irenæus, lib. III, c. 42: *Rursus ut increpativum auferrent a Patre, et judiciale, indignum id Deo putantes, et sine iracundia et bonum arbitrantes se adinvenisse Deum, alterum quidem judicare, et alterum quidem salvare dixerunt, nescientes utrorumque auferentes sensum et justitiam*. Conf. Tertullianus *adv. Marcionem* lib. II, c. 11 et sq.

(35) *Χειρουργία*. Tertullianus *adv. Marcionem*, lib. II, cap. 16: *Non poterunt judici exprobrari, quæ judici accedunt, carentia et ipsa culpa, sicut et judex. Quid enim si medicum dicas esse debere, ferramenta vero ejus accuses, quod secent, et inurant, et amputent, et constrictent? quando sine instrumento artis medicus esse non possit.*

(36) *Ἀπόστασις δὲ τὰ πάθη τῆς ἀλ.* Ἀπόστασις idem est quod ἀπόστημα, *suppuratio*, *abscessus* humorum, quos chirurgi a corpore τομῇ διαιρεῖν, *sectione abstrahere*, solent. Hinc τὰ πάθη, quæ resecare oportet, τῇ ἀποστάσει comparat. Sylburgius ait: « Ἀληθείας πάθη, si vera est scriptura, dici videntur quæ a corrupta veritate proficiscuntur vitia: ἀπειθείας ad præcedens ψυχή minus quadrat. » Lowthius dicit: « Quid si legatur ἀτιμίας, e Rom. I, 26. Stanlejus Comment. in Æschyli *Theb.* vers. 599: Legendum, inquit, τὰ βάθη, ad exemplum D. Joannis in Apocalypsi, qui τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ nominat. Pindarus *Nem.* IV, φρένα βαθεῖαν vocat: et βαθύφρονα sapientem. » Porro, ut meam tandem sententiam exponam, vulgata lectio satis commode retineri posse videtur si ἀληθείας non ad τὰ πάθη, quod faciunt eruditi viri jam memorati, sed ad ἀπόστασις referamus: Ἀπόστασις δὲ τὰ πάθη τῆς ἀληθείας, *sunt autem perturbationes abscessus veritatis*.

(37) *Ὑπερσαρκώσεις*. Ὑπὲρ σαρκώσεις, Bod.

(38) *Μεταλαμβάνειν*. Μεταλαμβάνει, Reg.

διατείνει. Ἀλλὰ καὶ ὁ στρατηγὸς, χρημάτων ζημίας, καὶ τὰς εἰς αὐτὰ τὰ σώματα διηκούσας αἰκίας (39) μετὰ δεσμῶν καὶ τῆς ἐσχάτης ἀτιμίας προσφέρων τοῖς ἠδικηκόσιν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ θανάτῳ κολάζων τινὰς, τέλος ἔχει τὸ ἀγαθὸν ὑπὲρ νουθεσίας τῶν ὑπηκόων στρατηγῶν. Ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας ἡμῶν ἐκεῖνος στρατηγὸς, ὁ τῶν ὅλων ἡγεμὼν Λόγος, τοὺς παρὰ τὸν νόμον ἀφηνιάζοντας τὸν αὐτοῦ, ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς δουλείας καὶ πλάνης καὶ τῆς τοῦ ἀντικειμένου αἰχμαλωσίας, εἰς καταστολὴν τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν νουθετῶν, ἐπὶ τὴν ἱερὰν τῆς πολιτείας ὁμόνοιαν εἰρηναγωγεῖ. Καθάπερ οὖν τῷ συμβουλευτικῷ λόγῳ παράκειται τὸ προτρεπτικὸν καὶ παρακλητικὸν εἶδος, οὕτω καὶ τῷ ἐγκωμιαστικῷ τὸ λοιδορητικὸν, καὶ ὀνειδιστικὸν καὶ ἐγκωμιαστικόν (40). Τὸ δὲ εἶδος τοῦτο τέχνη ἐστὶ ψεκτική (41). Εὐνοίας δὲ τὸ ψέγειν, οὐ μίσους σύμβολον. Ἄμφω μὲν γὰρ ὀνειδίζετον, καὶ ὁ φίλος καὶ ὁ μή· ἀλλ' ὁ μὲν ἐχθρὸς, ἐπιγελῶν, ὁ δὲ φίλος, εὐνοῶν. Οὐκ ἄρα διὰ μῖσος ὁ Κύριος τοῖς ἀνθρώποις λοιδορεῖται· οὓς καὶ ἐξὸν αὐτῷ ἀπολέσαι παρὰ τὰς ἰδίας αἰτίας, ὁ δὲ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ πέπονθεν. Παιδαγωγὸς γὰρ ἅτε ἀγαθὸς, ἐντέχνως σφόδρα καὶ διὰ τῆς λοιδορίας ὑποδύεται τὸν ψόγον, οἱονεὶ μάστιγι, τῇ βλασφημίᾳ τὸ νωθρὸν τῆς διανοίας ἐπεγείρων. Πάλιν τε αὖ ἐν μέρει προτρέπειν ἐπιχειρεῖ τοὺς αὐτούς· οὓς γὰρ ὁ ἔπαινος οὐ προετρέψατο, τούτους παρώξυνεν ὁ ψόγος· καὶ οὓς ὁ ψόγος οὐκ ἐξεκαλέσατο εἰς σωτηρίαν καθάπερ νεκροὺς (42), τούτους πρὸς ἀλήθειαν ἡ βλασφημία διανίστησι. *Μάστιγες γὰρ καὶ παιδεία ἐν παντὶ καιρῷ σοφίας. Συγκολλῶν ὄστρακον, καὶ διδάσκων* (43) *μωρόν· εἰς αἴσθησιν ἄγων*, φησὶ, *τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀπηλπισμένον εἰς σύνεσιν ὀξύνων·* διὰ τοῦτο ἐναργῶς ἐπήγαγεν, *Ἐξεγείρων καθεύδοντα ἐκ βαθέος ὕπνου*, ὃς τῶν ἄλλων μάλιστα θανάτῳ ἔοικεν. Καὶ δὴ αὐτὸς περὶ αὐτοῦ σαφέστατα οὓς (44) ἐκφαίνει, τὴν πολύτροπον καὶ πολυωφελῆ θεραπείαν ἀλληγορῶν, ὁπηνίκα εἰπὼν, *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή· καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν*. Εἶτα ἐπήγαγε πάλιν, *Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρποφοροῦν* (45) *καθαίρει, ἵνα καρπὸν πλείω φέρῃ*. Καθυλομανεῖ (46) γὰρ μὴ κλαδευομένη ἡ ἄμπελος· οὕτω δὲ καὶ ὁ ἄνθρωπος. Καθαίρει δὲ αὐτοῦ τὰς ἐξυβριζούσας παραφυάδας ὁ Λόγος, ἡ μάχαιρα, καρποφορεῖν, οὐκ ἐπιθυμεῖν, τὰς ὀρέξεις ἀναγκάσας· ἡ δὲ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπίπληξις, ἔχει σκοπὸν τὴν σωτηρίαν, μεθαρμοζομένου (47) μουσικῶς τοῦ Λόγου, κατὰ τοὺς οἰκείους ἑκάστων τρόπους· πῆ

A stusque ac superbiæ tumores exæquat, sanum ac verum hominem reparans ac restituens. Jam vero admonitio est veluti quædam diæta ægrotantis animæ, quæ ea, quæ sunt sumenda, consulit, et quæ non sunt, prohibet. Hæc autem omnia tendunt ad salutem et sanitatem æternam. Quin etiam dux exercitus, cum in eos, qui maleficium admiserunt, et mulctis pecuniariis, et pœnis, quæ cum vinculis et extrema ignominia ad corpus usque pervadunt, animadvertit, et nonnullos etiam nonnunquam morte punit, finem habet id, quod bonum est, ut qui ejus imperio subsunt, duces admoneantur. Ita etiam magnus ille noster imperator, universorum dux Verbum, eos, qui suæ legi non parent, ut a servitute et errore, et ab adversarii captivitate li- B berentur, ut animi perturbationes coerceant admonens, ad sacram reipublicæ concordiam pacifice deducit. Quemadmodum ergo orationi suasoriæ adjunctum est genus cohortatorium et monitorium, ita etiam laudatoriæ vituperatorium et exprobratorium. Est autem hoc genus ars quædam reprehensoria. Benevolentiæ autem, non odii signum est, reprehendere. Ambo enim probrum objiciunt, et amicus et inimicus; sed inimicus quidem irridens, amicus autem bene volens. Non ergo propter odium Dominus homines vituperat, quos cum propter nostra ipsorum scelera licuisset perdere, ipse pro nobis etiam passus est. Nam tanquam bonus Pædagogus, admodum artificiose vel per maledictum C ad vituperandum irrepit, maledicto tanquam flagello mentis socordiam excitans. Rursus autem eosdem vicissim conatur adhortari. Quos enim laus non movit, eos incitat vituperatio; et quos tanquam mortuos vituperatio non excitat ad salutem, eos ad veritatem expergefacit maledictum. *Flagella enim et disciplina in omni tempore sapientiæ. Qui testam conglutinat, et stultum docet, ad sensum*, **51** inquit, ✠ *terram ducens, et eum, qui est desperatus, acuens ad prudentiam*. Propterea aperte subjunxit: *Excitans dormientem e profundo somno* [a], qui est ex aliis rebus omnibus maxime morti similis. Porro autem ipse de se ipso apertissime exponit, multiplicem multisque modis utilem culturam allegorice significans, quando dicit: *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est*. Deinde D rursus subjunxit: *Omnis palmes in me non ferens fructum, tollit ipsum: et quidquid fructum fert, expurgat, ut amplius fructus ferat* [b]; silvescit enim

✠ P. 138 ED. POTTER, 115-116 ED. PARIS. [a] Eccli. XXII, 6-8. [b] Joan. XV, 1, 2.

(39) *Αἰκίας*. Hanc vocem legendam pro vulg. *αἰτίας*, vidit etiam Hervetus interpres. SYLBURG.

(40) *Καὶ ἐγκωμιαστικόν*. Commation hoc omisit Hervetus interpres, et certe superfluum est: aut pro ἐγκωμιαστικόν reponendum ἐπιτωθαστικόν, vel simile quid. SYLBURG. Forte ἐγκωμιαστικόν in margine annotatum, postea in textum irrepsit: dein *καί* connexionis gratia additum est.

(41) *Ψεκτική*. Ψεκτή Reg., Bod. Sylburg. ait: « Ψεκτή Pal. ms. Hervetus interpres ψηκτική, *abstersoria*; nostrum ψεκτική satis confirmant sequentia. »

(42) *Καθάπερ νεκρούς*. Hæc verba si ad ea quæ sequuntur referantur, hunc sensum dabunt: *Et quos reprehensio non provocavit ad salutem, eos tanquam mortuos, convitia excitant ad veritatem.*

(43) *Καὶ δ*. Ὁ δ. Ecclesiast.

(44) *Οὗς*. Sic A., corruptum fortassis ex abbreviato ὁ Κς, id est ὁ Κύριος, SYLBURG. Mox εἶπεν congruentius quam εἰπών. IDEM.

(45) *Καρποφοροῦν κ*. Καρπὸν φέρον καθαίρει αὐτὸ, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ. Evang.

(46) *Καθυλομανεῖ*. Βαθυλομανεῖ Bod.

(47) *Μεθαρμοζομένου*. A. μεθαρμοσαμένου mavult, forma media. SYLBURG.

vitis, nisi putetur: ita etiam homo. Luxuriantes autem lascivientesque propagines Verbum, qui est gladius, expurgat, cogens appetitus non concupiscere, sed fructum ferre. Eorum autem, qui peccant, salutem intendit increpatio, Verbo se concinne applicante, pro propriis uniuscujusque moribus, alicubi quidem vehementi ac intenso, alicubi autem laxo ac remisso. Apertissime itaque per Moysem dictum est: *Bono estote animo: ut vos tentet, accessit Deus; ut sit timor ejus in vobis, ut non peccetis* [a]. Hinc pulchre quoque Plato cum didicisset: *Omnibus enim*, inquit, *revera bene fit, qui dant pœnas: juvantur enim, dum eis punitis melior evadit anima*. Si qui autem corriguntur, iis a justo bene fit; et ex sententia Platonis in confesso est, bonum esse quod justum est: ipse timor prodest, et ut hominibus bono esset, inventus est; quoniam *spiritus timens Dominum, vivet. Spes enim est in eum, qui ipsos salvos facit* [b]. Hic ipse autem, Verbum inquam, qui pœnas imponit, est judex. De quo dicit etiam Isaias: *Dominus tradidit ipsum peccatis nostris* [c]; peccatorum scilicet correctorem, et directorem: et ideo solus hic potest peccata remittere, noster a Patre universorum constitutus Pædagogus, qui solus ab obedientia potest discernere inobedientiam. Qui autem minatur, aperte ostendit se nihil mali velle facere, neque ea quæ minatur exsequi; sed incusso timore impetum ad peccata reprimit, et suam in homines benevolentiam ostendit, adhuc differens, et ostendens qualia sunt passuri si peccatores permaneant; non autem, sicut serpens, statim infixus mordet. Bonus est ergo Deus. Atque ipse quidem Dominus sermone ante factum sæpe utitur: *Sagittæ*, inquit, *meæ conficient ipsos, consumpti fame et morsu avium, et nervorum* ✠ *in cervicem convulsio immedicabilis. Dentes belluarum immittam in ipsos, cum ira serpentium super terram. Foris filiis eos orbabit gladius, et ex promptuariis metus* [d]. Non igitur Deus irascitur, ut nonnullis visum est, sed plerumque homines cohibet, semper autem hortatur, et quæ sunt agenda indicat. Bona autem est hæc ars, terrere ne pec-

A μὲν, ἐπιτεινοντος αὐτοῦ, πὴ δὲ, ἀνιέντος. Σαφέστατα οὖν διὰ Μωϋσέως λέλεκται· *Θαῤῥεῖτε, ἕνεκεν* (48) *τοῦ πειράσαι ὑμᾶς παρεγενήθη ὁ Θεός· ὅπως ἂν γένηται ὁ φόβος αὐτοῦ ἐν ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνητε*. Ἐντεῦθεν καλῶς καὶ ὁ Πλάτων μαθὼν, *Πάντες* (49) *μὲν γὰρ*, φησὶν, *ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ πάσχουσιν οἱ δίκην διδόντες· ὠφελοῦνται γὰρ, τῷ βελτίω τὴν ψυχὴν αὐτοῖς γίνεσθαι δικαίως κολαζομένοις*. Εἰ δὲ ἀγαθὰ πάσχουσιν ὑπὸ τοῦ δικαίου οἱ ἐπανορθούμενοι, καὶ κατὰ Πλάτωνα ὁμολογεῖται ἀγαθὸν εἶναι τὸ δίκαιον (50)· αὐτὸς γοῦν ὁ φόβος ὠφελεῖ, καὶ πρὸς ἀγαθοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐξηύρηται· ὅτι *πνεῦμα φοβούμενον* (51) *Κύριον ζήσεται· ἡ γὰρ ἐλπὶς ἐπὶ τὸν σώζοντα αὐτούς*. Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος (52) Λόγος, δίκην ἐπιτιθεὶς, κριτής ἐστιν· περὶ οὗ B καὶ Ἠσαΐας λέγει· *Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν*· διορθωτὴν δηλονότι, καὶ κατευθυντῆρα τῶν ἁμαρτιῶν· διὰ τοῦτο μόνος οὗτος οἷός τε ἀφιέναι τὰ πλημμελήματα, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων ὁ ταχθεὶς Παιδαγωγὸς ἡμῶν, μόνος ὁ τῆς ὑπακοῆς διακρῖναι τὴν παρακοὴν δυνάμενος. Ὁ δὲ ἀπειλῶν δῆλός ἐστι μηδὲν ἐθέλων πρᾶξαι κακὸν, μηδὲ ἅπερ ἀπειλεῖ, ἐπιτελέσαι· καταστήσας δὲ εἰς δέος, τὴν ἐπὶ τὰς ἁμαρτίας ἀνέκοψε φοράν· καὶ τὸ φιλάνθρωπον αὐτοῦ ἐνδείκνυται, μέλλων ἔτι, καὶ διασαφῶν οἷα πείσονται, εἰ παραμένουσιν ἁμαρτωλοί· οὐχὶ δὲ, ὥσπερ ὄφις ἐμφὺς, ἔδακεν εὐθέως. Ἀγαθὸς ἄρα ὁ Θεός. Καὶ ὅ γε Κύριος εἰς πολλὰ συγχρῆται πρὸ τοῦ ἔργου τῷ λόγῳ· *Τὰ γὰρ βέλη μου* (53), φησὶ, *συντελέσει αὐτούς· τηκόμενοι λιμῷ καὶ βρώσει ὀρνέων·* C *καὶ ὀπισθότονος ἀνίατος. Ὀδόντας θηρίων ἐπαποστελῶ εἰς αὐτοὺς μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ τῆς γῆς. Ἔξωθεν ἀτεκνώσει αὐτοὺς μάχαιρα, καὶ ἐκ τῶν ταμιείων φόβος*. Ὡς οὐκ ὀργίζεται (54) τὸ Θεῖον, ᾗ τισιν ἔδοξεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πλεῖστα ἀπέχεται, τὰ πάντα δὲ παρῄνεσε τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ ὑπέδειξεν ὡς πρακτέα. Ἀγαθὴ δὲ αὕτη ἡ τέχνη, ἐκφοβεῖν ἵνα μὴ ἁμάρτωμεν· *Φόβος γὰρ Κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα· ἄφοβος δ'* (55) *οὐ δυνήσεται δικαιωθῆναι*, φησὶν ἡ Γραφή. Καὶ τὴν κόλασιν ὁ Θεὸς οὐχ ὑπὸ ὀργῆς (56) ἐπιφέρει, ἀλλὰ τὸ δίκαιον σκοπεῖ· ὡς οὐ συμφέρει παραλειφθῆναι τὸ ✠

✠ P. 139 ED. POTTER, 117 ED. PARIS. [a] Exod. xx, 20. [b] Eccli. xxxiv, 14, 15. [c] Isaiæ LIII, 6. [d] Deut. xxxii, 23, 24, 25.

(48) *Θαῤῥεῖτε, ἕν.* Θαρσεῖτε, ἕνεκεν γὰρ τοῦ π. Exod. Mox παρεγεννήθη ὁ Θεὸς παρ' ὑμᾶς ὅπ. SYLBURG.

(49) *Πάντες*. Hanc sententiam uberrime tractat et probat Socrates in *Gorgia* Platonis, pag. 325 et seq. edit. Ficini.

(50) *Τὸ δ.* Τὸν δ. Bod.

(51) *Φοβούμενον. Φοβουμένων*, Ecclesiast. Mox *ἐλπὶς αὐτῶν ἐπ.* Ibid.

(52) *Οὗτος*. Abest a Reg.

(53) *Βέλη μου*. Gr. in I *Pædag.*: Τὰ βέλη μου συντελέσει αὐτούς. LXX: Τὰ βέλη μου συντελέσω εἰς αὐτούς. Vulg. Latina: *Et sagittas meas complebo in eis*. Quod quidem ex Hebræo interpretantur, *extendam contra eos omnia mala*. In nova editione Romana legitur: Τὰ βέλη μου συμπολεμήσω εἰς αὐτούς. Quod vero sequitur ὀπισθότονος ἀνίατος, proprie indicat convulsionem corporis in partem posteriorem, quæ accidit ex contractione nervorum, D qui vel in posteriorem, vel in anteriorem partem corpus flectere solent. Verbum Hebraicum *pestem amarissimam*, vel *exitialem morbum* significat, qui cito enecat. COLLECT. In Pal. ms. desunt hæc et sequentia, usque ad καὶ ἐπέκεινα τοῦ ἑνὸς, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μονάδα. SYLBURG. Eadem absunt etiam a Reg. et Bod.

(54) *Οὐκ ὀργίζεται*. Ad hæc congruit etiam Chrysost.: Ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρώπων οἱ πλείους οὐχ οὕτως τῇ τῶν χρηστῶν ἐπαγγελίᾳ, ὡς τῷ φόβῳ τῶν λυπηρῶν πρὸς ἀρετὴν ἕλκονται. H. SYLBURG.

(55) *Ἄφοβος δ'*. In vulg. edit. Siracidæ legitur θυμὸς δ' ἄδικος· in quibusdam θυμώδης δ' ἀνήρ. SYLBURG.

(56) *Οὐχ ὑπὸ ὀργῆς*. Deum absque ira punire, docet etiam Lactantius, *De ira Dei*, cap. 17; Ambrosius, lib. *De Noe*, cap. IV, et præclare Augustinus, *De civitate Dei* lib. XVIII, c. 18: *Judicia Dei*, inquit, *licet occulta multa, tamen injusta nulla*. R. SYLBURG.

κευον δι' ἡμᾶς. Αἱρεῖται δὲ ἕκαστος ἡμῶν τὰς τιμωρίας, αὐτὸς ἑκὼν ἁμαρτάνων· αἰτία (57) δὲ ἑλομένου· ὁ Θεὸς ἀναίτιος. *Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς, ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργὴν* (58); μὴ γένοιτο! Λέγει γοῦν ἀπειλῶν· *Παροξυνῶ* (59) *τὴν μάχαιράν μου, καὶ ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου· καὶ αὐτὸς ἀνταποδώσω δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν ἀνταποδώσω. Μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ' αἵματος· καὶ ἡ μάχαιρά μου φάγεται κρέα ἀπὸ αἵματος τραυματιῶν.* Σαφὲς γὰρ ἐνταῦθα ὡς ἄρα οἱ μὴ διεχθρεύοντες τῇ ἀληθείᾳ, μηδὲ μισοῦντες τὸν Λόγον, οὐκ ἂν τὴν σφῶν αὐτῶν μισήσαιεν σωτηρίαν, ἐκφύγοιεν δ' ἂν τῆς ἔχθρας τὰ ἐπιτίμια. *Στέφανος ἄρα σοφίας*, ἥ φησιν ἡ Σοφία, *φόβος Κυρίου*. Σαφέστατα γοῦν διὰ τοῦ Ἀμὼς τοῦ προφήτου, τὴν οἰκονομίαν μεμήνυκεν ὁ Λόγος τὴν ἑαυτοῦ, *Κατέστρεψα ὑμᾶς*, λέγων, *καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα, καὶ ἐγένεσθε ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός· καὶ οὐδ' ὣς* (60) *ἐπεστρέψατε πρός μὲ*, λέγει Κύριος. Ὁρᾶτε, πῶς ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν ὑπὸ φιλαγαθίας ζητεῖ· ἐνδείκνυταί τε παρὰ τὴν οἰκονομίαν τῆς ἀπειλῆς ἡσυχῇ τὸ φιλάνθρωπον τὸ ἑαυτοῦ. *Ἀποστρέψω*, φησὶ, *τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς*. Οὗ γὰρ τὸ πρόσωπον Κυρίου ἐπιβλέπει, εἰρήνη καὶ ἀγαλλίασις· οὗ δὲ ἀπέστραπται, παρείσδυσις γίνεται πονηρίας. Οὐ βούλεται οὖν ἐφορᾷν τὰ κακά· ἀγαθὸς γάρ ἐστι· παρορῶντος δὲ αὐτοῦ ἑκοντὶ διὰ τὴν ἀπιστίαν τὴν ἀνθρωπίνην γένεσιν ἴσχει κακία. *Ἴδε οὖν*, φησὶν ὁ Παῦλος, *χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ, ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν, ἐπὶ δὲ σὲ, χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι*, τουτέστι τῇ εἰς Χριστὸν πίστει. Ἕπεται δὲ τῷ ἀγαθῷ, ᾗ φύσει ἀγαθός ἐστιν, ἡ μισοπονηρία. Διὸ καὶ κολάζειν μὲν αὐτὸν ὁμολογήσαιμι τοὺς ἀπίστους· ἡ γὰρ κόλασις (61) ἐπ' ἀγαθῷ καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ κολαζομένου· ἔστι γὰρ ἐπανόρθωσις ἀντιτείνοντος· τιμωρεῖσθαι δὲ, μὴ βούλεσθαι. Τιμωρία δέ ἐστιν ἀνταπόδοσις κακοῦ, ἐπὶ τὸ τοῦ τιμωροῦντος συμφέρον ἀναπεμπομένη. Οὐκ ἂν δὲ ἐπιθυμήσῃ (62) τιμωρεῖσθαι ὁ ὑπὲρ *τῶν ἐπηρεαζόντων ἡμᾶς προσεύχεσθαι* διδάσκων. Ἀλλὰ ὅτι μὲν ἀγαθὸς ὁ Θεὸς καὶ ἅπαντες (63) ὁμολογοῦσιν οἱ πάντες· ὅτι δὲ καὶ δίκαιος ὁ αὐτὸς Θεὸς, οὔ μοι

A cemus : *Timor enim Domini peccata extrudit : Qui est autem sine timore, non poterit justificari*, inquit Scriptura [a]. Deus autem non ex ira irrogat supplicium, sed quod justum est, considerat; nempe quod propter nos non expediat prætermittì quod justum est. Unusquisque autem nostrum supplicium eligit, cum sponte peccat : culpa est autem ejus, qui eligit; in Deum autem culpa conferri nequit. *Si autem injustitia nostra Dei justitiam commendat, quid dicemus? Nunquid est Deus injustus, qui infert iram? Absit* [b]! Dicit itaque minans : *Acuam gladium meum, et apprehendet judicium manus mea, et ipse retribuam jus inimicis, et iis, qui oderunt me, retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, et gladius meus comedet carnes a*
B *sanguine vulneratorum* [c]. Hic ergo apertum est, quod qui non sunt inimici veritati, neque Verbum oderunt, illi suam ipsorum salutem odio non habuerint, sed inimicitiarum pœnas effugerint. *Corona itaque sapientiæ*, inquit Sapientia, *timor Domini* [d]. Apertissime autem per Amos prophetam sui consilii rationem Verbum significavit : *Everti vos*, dicens, *sicut Deus evertit Sodomam et Gomorrham, et fuistis sicut torris extractus ab igne : et ne sic quidem ad me conversi estis, dicit Dominus* [e]. Videte quomodo Deus propter suam bonitatem requirit pœnitentiam : et in ipsa minarum intentione tacite ostendit suam in homines benevolentiam : *Avertam*, inquit, *faciem meam ab ipsis, et ostendam quid erit*
C *ipsis* [f]. Ubi enim Domini facies respicit, illic est pax et exsultatio. Ubi autem faciem avertit, ingreditur vitium. Non vult ergo mala intueri : bonus enim est; sed cum ipse oculos avertit, sua sponte propter humanam infidelitatem ortum habet vitium. ✠ *Vide, ergo*, inquit Paulus [g], *bonitatem et severitatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, severitatem; in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate*, hoc est fide in Christum. Eum autem, qui bonus est, quatenus natura bonus est, sequitur odium vitii. Et ideo fatebor quidem eum castigare infideles (castigatio enim est bono et utilitati ejus, qui castigatur; est enim ejus, qui resistit, correctio), ulcisci autem non velle. Est autem ultio, retributio mali quod immittitur, ad utilitatem ejus, qui ulciscitur. Ulcisci

✠ P. 140 ED. POTTER, 118 ED. PARIS. [a] Eccli. I, 27, 28. [b] Rom. III, 5, 6. [c] Deut. XXXII, 41, 42. [d] Eccles. I, 22. [e] Amos IV, 11. [f] Deut. XXXII, 20. [g] Rom. XI, 22.

(57) *Αἰτία*. Hanc gnomen respicit iterum Clemens *Strom.* I, pag. 271, 311, *Strom.* II, p. 393; *Strom.* IV, p 555; *Strom.* V, p. 613; *Strom.* VII, p. 705, 711. *Clementin.* homil. 15, c. 8 : Καὶ γὰρ εἴρηταί τινι Ἑλλήνων σοφῷ· Αἰτία ἑλομένων, Θεὸς ἀναίτιος. *Etenim dictum est a quodam inter Græcos sapiente : Culpa eligentium est, Deus culpa vacat.* Pari modo apud Lucianum *De mercede conductis*, in fine : Μέμνησο τοῦ σοφοῦ λέγοντος, ὡς Θεὸς ἀναίτιος, αἰτία δ' ἑλομένου. Et ut cujusdam veterum profertur in falsi Origenis Commentario ad *Job.* XXXVIII, 7. Justin. M., *Apol.* I, p. 86, edit. Oxon. e Platone recitat : Ὥστε καὶ Πλάτων εἰπὼν, Αἰτία ἑλομένου, Θεὸς δ' ἀναίτιος. Quæ verba exstant in Platonis *De repub.* lib. X, paulo ante finem. Conf. Theodoretus, Serm. 6. *De curandis Græcorum affect.*; Eusebius, *Præparat. evang.* lib. V; *Adversus*
D *Hieroclem*, p. 542, 544; Gregorius Nazianz., *Contra Julianum* Invectiv. 1.

(58) *Ὀργήν*. *Κατ' ἄνθρωπον λέγω* addit Paulus.

(59) *Παροξυνῶ*. Παροξυνῶ ὡς ἀστραπὴν τὴν μ. Bibl. Græc. Mox, καὶ ἀποδώσω δίκ. Dein, μισοῦσίν με ἀντ. Mox, κρέα ἀφ' αἵματ. Ibid.

(60) *Ὥς*. Οὕτως. Bibl. Græc.

(61) *Ἡ γὰρ κόλασις*. Perimus enim, si pereamus. Cyprianus epist. 4, l. IV; Ambrosius in *psal.* CXVIII, serm. 9. R SYLBURG.

(62) *Ἐπιθυμήσῃ*. Cum potentiali ἂν magis congruit ἐπιθυμῆσαι, vel Atticum ἐπιθυμήσειε. ID.

(63) *Καὶ ἅπαντες*. Pro ἅπαντες rectius cum C. legimus ἄκοντες, *inviti*. Alioqui pro ea legi posset etiam μόνος καὶ ὄντες, ut paulo post. ID.

autem non desideraverit, qui pro iis, *qui nos calumniantur*, nos *orare* docuit [a]. Atqui quod bonus sit Deus, omnes confitentur. Quod autem idem quoque Deus **52** justus sit, non est mihi plurimis verbis opus, si evangelicam Domini vocem adduxero. Unum quidem ipsum dicit : *Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint : ut etiam mundus credat, quod tu me miseris. Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, ut unum sint, sicut nos unum sumus : ego in ipsis, et tu in me, ut sint perfecti in unum* [b]. Unum autem est Deus, et ultra unum, et supra ipsam unitatem. Et ideo particula illa, *Tu*, demonstrativam habens emphasim, eum, qui vere solus est, qui fuit, et est, et erit, Deum ostendit. In quibus tribus temporibus ponitur unum nomen, nempe *Qui est* [c]. Quod autem is ipse, qui solus Deus est, ipse quoque solus et vere justus sit, in ipso testabitur Dominus Evangelio, dicens : *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, illi quoque mecum sint, ut contemplentur gloriam meam quam dedisti mihi, quod dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater juste, et mundus te non cognovit; ego autem te cognovi, et illi cognoverunt, quod tu me miseris, et notum eis feci nomen tuum, et notum faciam* [d]. Hic est qui *reddit peccata patrum in filios iis qui oderunt, et faciens misericordiam iis qui diligunt* [e]. Qui enim hos quidem statuit *a dextris* [f], illos vero *a sinistris* , quatenus quidem Pater, cum sit bonus, mente concipitur, id solum quod est, *bonus* [g], appellatus est : quatenus vero Filius, cum sit Verbum ejus, in Patre est, justus appellatur ex mutua, quæ est inter se, relatione, ut sit dilectionis æqualitate dimensum nomen potentiæ : *Virum*, inquit, *secundum opera sua judicabit* [h], Deo bono statere nobis justitiæ faciem, Jesum, notum faciente; ✠ per quem etiam, tanquam ex æquali trutina, Deum cognovimus. De eo quoque aperte dicit Sapientia : *Misericordia enim et ira cum ipso. Dominus enim his utrisque solus est potens, iram effundens ad propitiationem ex magna sua misericordia. Ita etiam ejus*

A χρὴ πλειόνων ἔτι λόγων, τὴν Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου παραθεμένῳ φωνήν (64). Ἕνα μὲν αὐτὸν λέγει, *Ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ, Πάτερ, ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοί· ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν· ἵνα καὶ* (65) *ὁ κόσμος πιστεύῃ, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. Κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν ἔδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἕν· ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν.* Ἓν δὲ ὁ Θεὸς, καὶ ἐπέκεινα τοῦ ἑνὸς, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μονάδα. Διὸ καὶ τὸ *Σὺ* μόριον, δεικτικὴν ἔχον ἔμφασιν, τὸν ὄντως μόνον ὄντα, ὃς ἦν (66), καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, δείκνυσι Θεόν· καθ' ὧν τριῶν χρόνων ἓν ὄνομα κεῖται, *ὁ ὤν*. Ὅτι δὲ ὁ αὐτὸς μόνος ὢν Θεὸς καὶ δίκαιός ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ μόνος, καὶ ὄντως, ἐν τῷ αὐτῷ μαρτυρήσει Κύριος Εὐαγγελίῳ, λέγων· *Πάτερ, οὓς ἔδω-*
B *κάς* (67) *μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν ἔδωκάς μοι· ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου. Πάτερ δίκαιε· καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω· ἐγὼ δέ σε ἔγνων, κἀκεῖνοι ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας, καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω.* Οὗτός ἐστιν *ὁ ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα τοῖς μισοῦσι, καὶ ποιῶν ἔλεος τοῖς ἀγαπῶσιν.* Ὁ γὰρ ἱστὰς τοὺς μὲν ἐκ δεξιῶν, τοὺς δὲ ἐξ εὐωνύμων, καθὸ μὲν Πατὴρ νοεῖται, ἀγαθὸς ὢν, αὐτὸ μόνον ὅ ἐστι κέκληται ἀγαθός (68)· καθὸ δὲ Υἱὸς, ὢν ὁ Λόγος αὐτοῦ, ἐν τῷ Πατρί ἐστι, δίκαιος προσαγορεύεται, ἐκ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως· ἀγάπης ἰσότητι μεμετρημένον ὄνομα δυνάμεως· *Ἄνδρα*, φησὶ, *κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ κρινεῖ* (69)· ἀγαθοῦ ζυγοῦ
C πρόσωπον ἡμῖν δικαιοσύνης, τὸν Ἰησοῦν, γνωρίσαντος τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ καὶ τὸν Θεὸν, οἷον ἐκ τρυτάνης (70) ἰσοσθενοῦς, ἔγνωμεν. Ἐπὶ τούτου καὶ ἡ Σοφία διαῤῥήδην λέγει· *Ἔλεος γὰρ* (71) *καὶ ὀργὴ μετ' αὐτοῦ. Κύριος γὰρ ἀμφοῖν οὗτος μόνος δυνάστης, εὐΐλασμον ἐκχέων ὀργὴν κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ. Οὕτω καὶ ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ·* ἐλέους γὰρ καὶ ἐλέγχου σκοπὸς ἡ τῶν ἐλεγχομένων σωτηρία. Ναὶ μὴν ὅτι ἀγαθὸς αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ὁ αὐτὸς πάλιν ὁμολογήσει Λόγος, *Ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχα-*

✠ P. 141 ED. POTTER, 119 ED. PARIS. [a] Matth. v, 44. [b] Joan. xvii, 21, 22, 23. [c] Exod. iii, 14. [d] Joan. xvii, 24, 25, 26. [e] Exod. xx, 5, 6. [f] Matth. xx, 21; xxv, 33. [g] Matth. xix, 17. [h] Eccli. xvi, 13.

(64) *Εὐαγγέλιον... φωνήν*. Theophilus ad *Autolyc.* lib. iii, p. 126, edit. Paris.: Ἡ δὲ εὐαγγέλιος φωνὴ ἐπιτατικώτερον διδάσκει. *Vox Evangelica vehementius docet.*

(65) *Καὶ*. Abest a Joan. Mox, καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκας. Ibid. Dein, ἡμᾶς ἐσμέν, Ibid.

(66) *Ὃς ἦν*. Apoc. xi, 17 : *Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος.*

(67) *Ἔδωκας*. Δέδωκας Joan. — Mox, καὶ οὗτοι pro κἀκεῖνοι ibid.

(68) *Ἀγαθός*. Lowthius mavult ἀγαθόν.

(69) *Κρινεῖ*. *Κρίνει*, Ecclesiast.

(70) *Τρυτάνης*. Hæc explicat Clemens sub finem cap. 9 hujus libri : Καὶ πρῶτος οὗτος τὴν ἐξ οὐρανῶν ἀγαθὴν κατήγγειλε δικαιοσύνην· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, λέγων, οὐδὲ τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός. Αὕτη ἡ ἀντιταλαντεύουσα γνῶσις ἐπίστης δικαιοσύνης ἀρχαίας σύμβολον. *Isque primus e cœlis bonam annuntiavit justitiam, cum diceret :*
D « *Nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem, nisi Filius.* » *Hæc reciproca et ex æquo ponderans cognitio primævæ justitiæ symbolum.* Conf. Joan. xii, 45; xiv, 9.

(71) *Ἔλεος γάρ*. Hæc sic scribe et distingue : Ἔλεος γὰρ καὶ ὀργὴ μετ' αὐτοῦ· Κύριος γὰρ ἀμφοῖν οὗτος μόνος· δυνάστης εὐϊλασμῶν, ἐκχέων ὀργήν. Κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, οὕτω καὶ ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ. *Misericordia enim et ira est cum illo;* solus enim ambarum dominus est : *Potens propitiationum, effundens iram. Secundum multam misericordiam ejus, sic etiam correctio ejus.* Siracides hoc modo scribit, cap. xvi, 12, 13 : Ἔλεος γὰρ καὶ ὀργὴ παρ' αὐτοῦ· δυνάστης ἐξιλασμῶν, καὶ ἐκχέων ὀργήν. Κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, οὕτω καὶ πολὺς ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ. Ἄνδρα κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ κρίνει. Hæc porro verba, Κύριος γὰρ, ἀμφοῖν οὗτος μόνος, sunt παρενθήκη Clementis. Sylburgius εὐΐλαστον scribi voluit pro εὐΐλασμον.

A *ρίστους καὶ πονηρούς*· καὶ προσέτι, *Γίνεσθε οἰκτίρμονες*, λέγων, *καθὼς ὁ Πατὴρ* (72) *ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστίν*. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁπηνίκα διαῤῥήδην λέγει· *Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ* (73) *μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Ἐπὶ τούτοις αὖθις· *Ὁ Πατήρ μου*, φησὶν, *ἐπιλάμπει τὸν ἥλιον τὸν αὐτοῦ ἐπὶ πάντας*. Παρασημειωτέον ἐνταῦθα, ὅτι τὸν αὐτοῦ Πατέρα τὸν ἀγαθὸν, καὶ δημιουργὸν εἶναι ὁμολογεῖ· δίκαιος δὲ ὁ δημιουργὸς εἶναι οὐκ ἀντιλέγεται. Καὶ πάλιν, *Ὁ Πατήρ* (74) *μου*, φησὶ, *βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*· καὶ καθὸ μὲν βρέχει, δημιουργὸς ὑδάτων ἐστὶ καὶ νεφῶν· καθὸ (75) δὲ ἐπὶ πάντας, δικαίως ἰσοστατεῖ καὶ ἀρετῆς· ὡς δὲ ἀγαθὸς, *ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους ὁμοίως*. Σαφέστατον τοίνυν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι Θεὸν συλλογιζόμεθα, ὧδέ πως, ὅτι, *Ὄψομαι τοὺς* B *οὐρανοὺς ἔργα τῶν δακτύλων σου*· καὶ, *Ὁ κτίσας τοὺς οὐρανοὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς κατοικεῖ*· καὶ, *Ὁ οὐρανὸς θρόνος σου*, τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἔψαλλεν· ὁ δὲ Κύριος φησὶν ἐν τῇ προσευχῇ, *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*· οὐρανοὶ δὲ τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον εἰσίν. Ἀναντίῤῥητον ἄρα μὴ οὐχὶ τὸν υἱὸν εἶναι τὸν Κύριον τοῦ Δημιουργοῦ. Εἰ δὲ ὁ κτίστης πρὸ πάντων ὁμολογεῖται δίκαιος, υἱὸς δὲ τοῦ Δημιουργοῦ ὁ Κύριος, υἱὸς ἄρα τοῦ δικαίου ὁ Κύριος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος φησί· *Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται*· καὶ πάλιν, ἵνα μᾶλλον ὑπολάβης Θεόν· *Δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας τοὺς* (76) *πιστεύοντας· οὐ γάρ ἐστι διαστολή*. Καὶ προσέτι μαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ, μετ' ὀλίγα ἐπιφέρει· *Ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ· πρὸς τὴν ἔνδειξιν* C (77) *τοῦ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦν*. Τὸ δὲ δίκαιον ἀγαθὸν εἰδὼς, φαίνεταί που λέγων· *Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή*· καὶ κατὰ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἄμφω τάσσων τὰ ὀνόματα. Ἀλλὰ καὶ *οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ* αὐτοῦ. Ὁ αὐτὸς ἄρα Πατὴρ αὐτοῦ, ὁ ἓν ὢν, πολλαῖς μηνυόμενος δυνάμεσι· καὶ τοῦτο ἦν τὸ, *Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα*, πάντα αὐτὸν ὄντα, πρὶν ἐλθεῖν τὸν Υἱόν. Ὡς εἶναι (78) ταῖς ἀληθείαις καταφανὲς τὸ τῶν συμπάντων (79) Θεὸν ἕνα μόνον εἶναι, ἀγαθὸν, δίκαιον, δημιουργὸν, Υἱὸν ἐν Πατρὶ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων (80). Ἀμήν. Ἀλλ' οὐδὲ ἀλλότριον τοῦ σωτηρίου Λόγου, κηδεμονικῶς λοιδο-

A *reprehensio* [a]; misericordiæ enim et reprehensionis scopus salus est eorum qui reprehenduntur. Jam vero quod bonus sit idem Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, idem Verbum rursus confitebitur, dicens eum esse *bonum in ingratos et in improbos*; et præterea dum dicit: *Estote misericordes, sicut Pater vester est misericors* [b]. Quin etiam quando aperte dicit: *Nemo bonus nisi Pater meus, qui est in cœlis* [c]. Deinde rursus: *Pater*, inquit [d], *meus solem suum splendere facit super omnes*. Hic notandum est quod Patrem suum, qui bonus est, opificem quoque et creatorem esse fatetur. Quod autem justus sit creator, nulla est controversia. Et rursus: *Pater meus*, inquit, *pluit super justos et injustos* [e]; et quatenus quidem pluit, est aquarum et B nubium opifex; quatenus autem super omnes, juste et cum virtute diligit æquilibrium: tanquam bonus autem, *super justos et injustos* similiter. Apertissime ergo unum et eumdem esse Deum ratiocinatione colligimus, hoc modo: *Videbo cœlos opera digitorum tuorum* [f]; et, *Qui creavit cœlos, in cœlis habitat*: et, *Cœlum sedes tua*, Spiritus sanctus cecinit [g]: Dominus autem dicit in precatione: *Pater noster, qui es in cœlis* [h]; Cœli autem sunt ejus, qui mundum creavit: contradici ergo non potest, quin Dominus sit filius Opificis. Quod si ante omnia in confesso est, justum esse Creatorem: Opificis autem filius est Dominus; ejus ergo, qui est justus, filius est Dominus. Quocirca Paulus quoque dicit: C *Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est* [i]. Et rursus, ut magis Deum censeas: *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes credentes. Non est enim distinctio*. Et præterea ferens testimonium veritati, paulo post subjungit [j]: *In tolerantia Dei: ad ostensionem quod sit idem justus, et justificans eum, qui est ex fide, Jesus*. Quod autem justum est, id bonum esse nosse apparet, ✠ cum dicit [k]: *Quare lex quidem sancta, et præceptum sanctum, et justum, et bonum*; de eadem potestate utrumque nomen usurpans. Atqui *nullus est etiam bonus, nisi Pater* ejus [l]. Idem est ergo Pater ejus, qui, cum unum sit, multis significatur potestatibus. Et hoc sibi volebat illud: *Nemo novit Patrem* [m], qui quidem erat ipse omnia, priusquam veniret Filius: ut sit

✠ P. 142 ED. POTTER, 120 ED. PARIS. [a] Eccl. xvi, 12, 13. [b] Luc. vi, 35, 36. [c] Matth. xix, 17. [d] Matth. v, 45. [e] Ibid. [f] Psal. viii, 4. [g] Ibid. ii, 4; x, 5; cii, 19. [h] Matth. vi, 9. [i] Rom. iii, 21, 22. [j] Ibid. 26. [k] Rom. vii, 12. [l] Matth. xix, 17. [m] Luc. x, 22; Joan. xvii, 25.

(72) *Ὁ Π.* Καὶ ὁ Π. Luc.

(73) *Εἰ μὴ ὁ Π.* Paulo infra eodem modo hoc Christi dictum recitat. Sed Evangelistæ omnes habent, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. Matth. xix, 17; Marc. x, 18; Luc. xviii, 19.

(74) *Ὁ Πατήρ.* Evangeliorum sensum, non verba, pro more suo, præbet.

(75) *Καθό.* Καθὸ δὲ ἐπὶ πάντας δικαίους, ἰσοστ. Pal. ms. Haud scio an melius δικαίου, aut dativo casu δικαίῳ καὶ ἀρετῇ. SYLB. — Scribe καθὸ δὲ ἐπὶ πάντας, δικαίως ἰσοστατεῖ, καὶ μετ' ἀρετῆς. Frustra est doctissimus Sylburgius. HEINSIUS.

(76) *Εἰς πάντας τούς.* Εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τούς, apud Paulum.

(77) *Ἔνδειξιν.* Ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, D ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ, apud Paulum, διοικοῦντα pro δικαιοῦντα, Reg.

(78) *Ὡς εἶναι.* Cl. Bullus, *Defensionis fidei Nicænæ* sect. 2, cap. 6, p. 89, ad hæc verba dicit: « Hic lectori non prorsus stupido, monitore non opus est, ut intelligat, Filium in Patre et cum Patre statui universorum Deum, qui solus sit bonus et justus Opifex, cuique proinde gloria in æternum ascribi debeat. »

(79) *Τῶν συμπ.* Fortasse melius τὸν συμ. SYLBURG.

(80) *Τῶν αἰώνων.* Hæc verba abesse a Pal. ms. testatur Sylburg. Absunt etiam a Reg. et Bod.

vere apertum, quod qui est universorum Deus, unus solus sit, bonus, justus, opifex, Filius in Patre, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Sed neque a salutari Verbo est alienum, dum cura aliquorum ab eo geritur convitiari. Etenim, hoc quoque est medicamentum divinæ benignitatis, ex quo efflorescit rubor pudoris, et ad peccandum subit verecundia. Si enim oportet vituperare, oportet etiam conviciari : quando animam, quæ dolere desiit, tempus est non lethaliter sauciare, sed salubriter, ita ut exiguo dolore mortem æternam lucretur. In pædagogia autem ejus magna est sapientia, et varia est ejus administrationis ratio ad salutem. Bonis enim fert testimonium Pædagogus. Vocatos autem, ad meliora evocat; et eos, qui ad injuriam faciendam properant, ab impetu avertit, et ad vitam meliorem sese traducere hortatur. Non est enim alterum absque testimonio, cum alteri fertur testimonium : et gratia est maxima, quæ proficiscitur ex testimonio. Porro autem iræ quoque affectio (si ira vocanda sit ejus admonitio) est plena benevolentiæ in homines, Deo ad affectiones descendente propter hominem, propter quem Verbum Dei homo factus est.

A ρεῖσθαι. Καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῦτο τῆς θείας φιλανθρωπίας φάρμακον, ἐξ οὗ τὸ τῆς αἰδοῦς ἐρύθημα ἐξανθεῖ, καὶ ἡ πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν αἰσχύνη παρεισδύεται· εἰ γὰρ ψέξαι χρὴ, καὶ λοιδορεῖσθαι δεῖ· ἔνθα (81) τὴν ἀπηλγηκυῖαν ψυχὴν καιρός ἐστι τρῶσαι, οὐ θανασίμως, ἀλλὰ σωτηρίως, ὀλίγης ἀλγηδόνος ἀΐδιον κερδάναντα θάνατον. Πολλὴ δὲ ἡ σοφία περὶ τὴν παιδαγωγίαν αὐτοῦ, καὶ ὁ τρόπος τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ ποικίλος εἰς σωτηρίαν. Προσμαρτυρεῖ μὲν γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ Παιδαγωγός· ἐκκαλεῖται δὲ τοὺς κλητοὺς ἐπὶ τὰ βελτίω, καὶ τοὺς ἀδικεῖν σπεύδοντας ἀποτρέπει τῆς ὁρμῆς· μεταθέσθαι δὲ εἰς ἀμείνω βίον παρακελεύεται. Οὐχ ἕτερον γὰρ ἀμάρτυρον, θατέρου προσμαρτυρουμένου· ἥ τε χάρις ἐκ μαρτυρίας μεγίστη. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐμπαθὲς τῆς ὀρ- B γῆς (εἰ δὲ ὀργὴν τὴν νουθεσίαν αὐτοῦ χρὴ καλεῖν) φιλάνθρωπόν ἐστιν, εἰς πάθη καταβαίνοντος τοῦ Θεοῦ διὰ τὸν ἄνθρωπον, δι' ὃν καὶ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ.

53 CAP. IX.

Quod ejusdem sit potestatis et benefacere, et juste punire; in quo etiam dicitur, quis sit modus pædagogiæ Verbi.

Omnibus ergo viribus, humanæ naturæ Pædagogus, divinum nostrum Verbum, utens omnibus sapientiæ machinis, infantes conservare aggressus est, admonens, reprehendens, increpans, arguens, minans, sanans, promittens, gratificans, multis quibusdam veluti frenis a ratione alienas humanæ naturæ appetitiones alligans. Ut ergo paucis dicam, in nos ita se gerit Dominus, ut nos in nostros filios. *Sunt tibi filii? castiga eos* [a], suadet Sapientia, ✠ *et inflecte eos a juventute sua. Sunt tibi filiæ? attende corpori earum, et ne vultum tuum apud eas exhilaraveris.* Atqui liberos nostros, filios et filias, valde et supra quodcunque aliud amamus. Quoniam autem iis, qui ad gratiam loquuntur, parum est quod molestia non afficiunt: qui autem ad utilitatem acerbi sunt, etsi in præsentia molesti sint, in futuram postea ætatem beneficio afficiunt; non præsentem voluptatem Dominus, sed futuram spectavit delectationem. Quare jam benignæ illius pædagogiæ modum percurramus cum prophetico testimonio. Est ergo admonitio cum cura conjuncta vituperatio, quæ intelligentiam parit. Talis est Pædagogus admonitor, ut quando dicit in Evangelio : *Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis* [b]? Nota

ΚΕΦ. Θ'.

Ὅτι τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ εὐεργετεῖν, καὶ κολάζειν δικαίως· ἐν ᾧ, τίς ὁ τρόπος τῆς Παιδαγωγίας τοῦ Λόγου.

Παντὶ τοίνυν σθένει ὁ τῆς ἀνθρωπότητος Παιδαγωγὸς, ὁ θεῖος ἡμῶν Λόγος, πάσῃ καταχρώμενος σοφίας μηχανῇ, σώζειν ἐπιβέβληται τοὺς νηπίους, C νουθετῶν (82), ἐπιτιμῶν, ἐπιπλήττων, ἐλέγχων, ἀπειλούμενος, ἰώμενος, ἐπαγγελλόμενος, χαριζόμενος· πολλοῖς τισὶν οἱονεὶ χαλινοῖς τὰς ἀλόγους τῆς ἀνθρωπότητος δεσμεύων ὁρμάς. Συνελόντι γοῦν εἰπεῖν, οὕτως ὁ Κύριος πρὸς ἡμᾶς, ὡς καὶ ἡμεῖς πρὸς τὰ τέκνα ἡμῶν. *Τέκνα σοί ἐστι; παίδευσον αὐτὰ*, ἡ Σοφία παραινεῖ· *καὶ κάμψον* (83) *αὐτὰ ἐκ νεότητος αὐτῶν. Θυγατέρες σοι εἰσί; πρόσεχε τῷ σώματι αὐτῶν, καὶ μὴ ἱλαρώσῃς πρὸς αὐτὰς τὸ πρόσωπόν σου.* Καί τοι τὰ τέκνα ἡμῶν, υἱούς τε καὶ θυγατέρας, σφόδρα καὶ ὑπὲρ πᾶν ὁτιοῦν ἀγαπῶμεν. Ἐπεὶ δ' οἱ μὲν πρὸς χάριν ὁμιλοῦντες, ὀλίγον ἀγαπῶσιν ὃ (84) μὴ λυποῦσιν, οἱ δὲ πρὸς ὠφέλειαν ἐπιστύφοντες, εἰ καὶ παραυτίκα λυπηροὶ, ἀλλὰ εἰς τὸν D ἔπειτα εὐεργετοῦσιν αἰῶνα· οὐ τὴν παραυτίκα ἡδονὴν ὁ Κύριος, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐσκόπησε τρυφήν. Ἐπίωμεν δὲ ἤδη καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ τῆς φιλανθρώπου παιδαγωγίας μετὰ μαρτυρίας προφητικῆς. Νουθέτησις μὲν οὖν ἐστι, ψόγος κηδεμονικὸς, νοῦ ἐμποιητικός. Τοιοῦτος ὁ Παιδαγωγὸς νουθετῶν, ὡς κἂν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγων· *Ποσάκις ἠθέλησα συναγαγεῖν* (85) *τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις*

✠ P. 143 ED. POTTER, 121 ED. PARIS. [a] Eccli. VII, 25, 26. [b] Matth. XXIII, 37.

(81) *Ἔνθα*. Ἐνταῦθα, Bod.

(82) *Νουθετῶν*. Tertull. *Ad uxor.* lib. II, cap. 2: *Jubet et suadet, et præcipit et hortatur, et rogat et comminatur.* Clemens superius in *Protrept.* pag. 6 : Ὁ Κύριος ἐλεεῖ, παιδεύει, προτρέπει, νουθετεῖ, σώζει, φυλάττει. Mox, ἐπιτιμῶν abest a Bod., Reg.

(83) *Κάμψον*. *Κάμψον ἐκ νεότητος τὸν τράχηλον αὐτῶν*, Ecclesiast.

(84) *Ὃ*. Ὃ positum pro ὅτι, seu διό, nisi malis ᾧ, id est ἐφ' ᾧ, *eo quod*. Sylburg. — Lege ὅν. Lowth.

(85) *Συναγαγεῖν*. *Ἐπισυναγαγεῖν*, ut mox, *ἐπισυνάγει*, Evang. Dein, *νοσσία ἑαυτῆς*, ibid.

συνάγει τὰ νοσσία αὐτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτῆς (86), καὶ οὐκ ἠθελήσατε; αὖθίς τε ἡ Γραφὴ νουθετεῖ· *Καὶ ἐμοίχευον*, λέγουσα, *τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον· καὶ ἐθυμίασαν τῇ Βάαλ.* Μέγιστον γὰρ τεκμήριον τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ, ὅτι, καίτοι σαφῶς εἰδὼς τὴν ἀναισχυντίαν τοῦ ἐκλακτίσαντος λαοῦ καὶ ἀποσκιρτήσαντος, ὅμως ἐπὶ τὴν μετάνοιαν παρακαλεῖ, καί φησι διὰ τοῦ Ἰεζεκιήλ· *Υἱὲ ἀνθρώπου, ἐν μέσῳ σκορπίων σὺ κατοικεῖς· πλὴν λάλησον αὐτοῖς, ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν.* Ἀλλὰ καὶ τῷ Μωσεῖ (87)· *Πορεύου*, φησὶ, *καὶ εἰπὲ τῷ Φαραὼ, ἵνα ἐξαποστείλῃ τὸν λαόν· ἐγὼ δὲ οἶδα ὅτι οὐ μὴ ἐξαποστείλῃ* (88) *αὐτούς.* Ἐμφαίνει γὰρ ἄμφω, καὶ τὸ θεῖον, προειδὼς τὸ ἐσόμενον, καὶ τὸ φιλάνθρωπον τὸ αὐτοῦ, τῷ αὐτεξουσίῳ τῆς ψυχῆς ἀφορμὰς μετανοίας χαριζόμενος. Νουθετεῖ δὲ καὶ διὰ Ἡσαΐου, κηδόμενος τοῦ λαοῦ (89), ὁπηνίκα λέγει· *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσιν* (90) *αὐτῶν τιμῶσί με· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἐστὶν ἀπ' ἐμοῦ·* τοῦτό ἐστι ψόγος ἐλεγκτικός. *Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας* (91), *ἐντάλματα ἀνθρώπων.* Ἐνταῦθα ἡ κηδεμονία, φανερώσασα τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ παραλλήλου δείκνυσι τὴν σωτηρίαν. Ἐπιτίμησις δέ ἐστι ψόγος ἐπ' αἰσχροῖς, οἰκειῶν πρὸς τὰ καλά· τοῦτο ἐνδείκνυται διὰ Ἱερεμίου· *Ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν· ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζεν* (92). *Μὴ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψομαι*, λέγει Κύριος, *ἢ ἐν λαῷ τῷ τοιούτῳ οὐκ ἐκδικήσει ἡ ψυχή μου;* Παραπλέκει δὲ πανταχοῦ τὸν φόβον, ὅτι φόβος (93) Κυρίου, ἀρχὴ αἰσθήσεως. Καὶ πάλιν διὰ Ὡσηέ· *Οὐκ ἐπισκέψομαι*, φησὶν, *αὐτούς; ὅτι αὐτοὶ μετὰ τῶν πορνῶν συνεφύροντο, καὶ μετὰ τῶν τετελεσμένων ἔθυον, καὶ ὁ λαὸς* (94) *ὁ συνιὼν συνεπλέκετο πόρνῃ.* Δείκνυσιν αὐτῶν φανερώτερον τὸ ἁμάρτημα συνιέναι αὐτοὺς ὁμολογῶν, ὡς ἑκόντας ἁμαρτάνοντας. Καὶ ἡ σύνεσις ὄψις ἐστὶ ψυχῆς, διὸ καὶ ὁ Ἰσραὴλ, *ὁ ὁρῶν τὸν Θεὸν* (95), τουτέστιν, ὁ συνιὼν τὸν Θεόν. Μέμψις δέ ἐστι ψόγος, ὡς ὀλιγωρούντων, ἢ ἀμελούντων. Κέχρηται τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς παιδαγωγίας διὰ Ἡσαΐου λέγων· *Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν· Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω.* Πῶς γὰρ οὐ δεινὸν, εἰ ὁ εἰδὼς τὸν Θεὸν, οὐ γνώσεται τὸν Κύριον, ἀλλ' ὁ μὲν (96) βοῦς καὶ ὄνος, τὰ νωθῆ ζῶα καὶ

A Et rursus Scriptura admonet: *Et mœchati sunt*, dicens, *in lignum et lapidem, et suffumigarunt Baal* [a]. Maximum autem signum est ejus benignitatis, quod licet aperte sciret impudentiam populi, qui recalcitrabat et resiliebat, aperte tamen adhortatur ad pœnitentiam, et dicit per Ezechiel: *Fili hominis, in medio scorpiorum tu habitas; verumtamen loquere ipsis, si forte audierint* [b]. Quin etiam Moysi dicit: *Vade, et dic Pharaoni, ut emittat populum: ego autem novi, quod non emittet ipsos* [c]. Utrumque enim aperte ostendit, et divinitatem, ex præscientia futuri; et benignitatem, eo quod libero animi arbitrio largitus sit occasionem pœnitentiæ. Admonet etiam per Isaiam, populi curam gerens, quando dicit: *Hic populus labiis me honorat, cor autem* B *eorum longe est a me;* hæc est vituperatio coarguens: *Frustra autem me colunt, docentes doctrinas, mandata hominum* [d]: hic curatio, cum peccatum manifestavit, e vestigio salutem ostendit, increpatio autem est propter turpia vituperatio, quæ ad honesta conciliat. Hoc ostenditur per Jeremiam: *Equi in feminas insanientes facti sunt: unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Nunquid propter hæc non visitabo*, dicit Dominus, *vel in populo tali non vindicabit anima mea* [e]? Conjungit autem ubique timorem, quod *timor Domini sit principium sensus* [f]; et rursus per Osee: *Non visitabo*, inquit, *ipsos? quoniam ipsi cum meretricibus commiscebantur*, ✠ *et cum initiatis sacrificabant, et populus, qui intelligebat,* C *conjungebatur cum meretrice* [g]. Eorum peccatum ostendit apertius, dum eos intelligere fatetur, ut qui sua sponte et consulto peccarent. Intelligentia autem est animæ oculus, et ideo Israel est, qui *Deum videt;* hoc est qui Deum intelligit. Querela autem est vituperatio, tanquam eorum qui contemnunt, vel negligunt. Hoc modo pædagogiæ usus est per Isaiam, dicens: *Audi, cælum, et ausculta, terra, quoniam Dominus locutus est: Filios genui et extuli, ipsi vero me nihili duxerunt. Novit bos possessorem, et asinus præsepe domini sui; Israel autem me non cognovit* [h]. Quomodo enim non est indignum, si qui novit Deum, non cognoscat Dominum; sed bos quidem et asinus, quæ sunt inertia et stulta animalia, noverint eum, qui ipsa alit, Israel autem iis a ratione alienior inveniatur? D Et cum per Jeremiam pluribus de populo questus esset, subjungit: *Et me reliquerunt, dicit Domi-*

✠ P. 144 ED. POTTER, 122 ED. PARIS. [a] Jer. III, 9; VII, 9; XI, 13; XXXII, 29. [b] Ezech. II, 6, 7. [c] Exod. III, 18, 19. [d] Isa. XXIX, 13. [e] Jer. V, 8, 9. [f] Prov. I, 7. [g] Os. IV, 14. [h] Isa. I, 2, 3.

(86) *Αὐτῆς*. Abest ab Evang. Paulo post Ezechielis et Moysis sensum potius, quam verba, refert.

(87) *Μωσεῖ*. Μωῦσεῖ Reg.

(88) *Ἐξαποστείλῃ*. Ἀποστείλῃ Bod.

(89) *Κηδόμενος τοῦ λαοῦ*. Phrasis Homerica, *Iliad*. Α', v. 56, de Junone:

Κήδετο γὰρ Δαναῶν ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο.

(90) *Τοῖς χ.* Ἐν τοῖς χ. Bibl. Græc. Mox, ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ pro ἐστὶν ἀπ' ἐμοῦ, ibid.

(91) *Διδασκαλίας*. *Ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας*, apud Isaiam: sed Clementis lectionem defendunt Matthæus XV, 9; Marc. VII, 7.

(92) *Ἐχρεμέτιζεν*. Ἐχρεμέτιζον Bibl. Græc. Mox, ἔθνει τοιούτῳ pro λαῷ τῷ τοιούτῳ, ibid.

(93) *Φόβος*. Respicit Prov. I, 7: *Ἀρχὴ σοφίας, φόβος Κυρίου. — εὐσέβεια δὲ εἰς Θεὸν, ἀρχὴ αἰσθήσεως.* Mox, οὐ μὴ ἐπισκέψομαι pro οὐκ ἐπισκέψομαι, Bib. Græc.

(94) *Καὶ ὁ λαός*. Ὁ λαὸς ὁ μὴ συνιὼν συνεπλέκετο μετὰ πόρνης, Bib. Græc.

(95) *Ὁ ὁρῶν*. Philo Judæus, *De confusione linguarum*, p. 358: Προσονομάζεται γὰρ Ἑβραίων γλώττῃ τὸ ἔθνος Ἰσραὴλ, ὅπερ ἑρμηνεύεται Ὁρῶν Θεόν. *Nominatur enim Hebraice gens Israel, quod exponitur Deum videns.* Idem alias non semel affirmat. Conf. *Strom.* I, p. 284, et quæ ibi adnotata sunt. Item quæ superius p. 132 not.

(96) *Μέν*. Abest a Bod., Reg.

nus [a]. Insectatio autem est invectiva increpatio, vel invehens vituperatio. Hoc etiam medicamento usus est Pædagogus per Isaiam, dicens: *Væ, filii defectores: hæc dicit Dominus: Fecistis consilium non per me, et pacta conventa non per spiritum meum* [b]. Acerbissimo autem constipamento in singulis utitur, nempe metu, per ipsum simul os populo comprimens, et eum convertens ad salutem: quemadmodum lanæ quoque, quæ tinguntur, solent constringi ac constipari, dum apparantur ad colorem melius suscipiendum. Redargutio autem est peccati prolatio, ipsum proferens in medium peccatum. Eo tanquam maxime necessario pædagogiæ modo utitur, propterea quod enervata et soluta sit per multorum fides. Dicit enim per Isaiam: *Dereliquistis Dominum, et ad indignationem concitavistis sanctum Israelis* [c]. Dicit etiam per Jeremiam: *Stupuit cœlum propter hoc, et terra multo magis horruit; quoniam duo mala fecit hic populus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt lacus contritos, qui aquam continere non poterunt* [d]. Et rursus per eumdem: *Peccatum peccavit Jerusalem, propterea in commotionem facta est. Omnes, qui glorificabant eam, spreverunt ipsam, quoniam viderunt ejus turpitudinem* [e]. Redargutionis autem acerbitatem et vehementiam per Solomonem consolans, dicit, tacite significans pædagogiæ in filios amorem: ✠ *Fili mi, disciplinam Domini ne despicias, neque ægre feras, cum ab ipso corriperis* [f] **54**. *Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit*: quoniam *homo peccator fugit reprehensionem* [g]. Consequenter ergo dicit Scriptura: *Increpet me justus, et castiget: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum* [h]. Castigatio autem est vituperatio, quæ affert intelligentiam. Nec ab hoc quidem pædagogiæ modo abstinuit, sed dicit per Jeremiam: *Quousque clamabo, et non exaudient? ecce aures incircumcisæ eorum* [i]. O beatam tolerantiam! Et rursus per eumdem: *Incircumcisæ omnes gentes: hic autem populus est incircumcisus corde* [j]; *quoniam populus est inobediens: filii*, inquit, *quibus non est fides* [k].

ἀλλὰ τὸ ὠφέλιμον ἐκλεκτέον· ὅπου γε καὶ τοῦ ἐλαίου τὴν γένεσιν ἀνῆκεν ὁ Θεὸς ἀνθρώποις εἰς πόνων ἀρωγήν. Αἱ δὲ ἀφραίνουσαι γυναῖκες, βάπτουσαι μὲν τὰς πολιὰς, μυρίζουσαι δὲ τὰς τρίχας, πολιώτεραι (93) θᾶττον γίνονται (94) διὰ τὰ ἀρώματα, ξηραντικὰ ὄντα· διὸ καὶ αὐχμηρότεροι γίνονται οἱ μυριζόμενοι· ὁ δὲ αὐχμὸς πολιωτέρους ποιεῖ. Εἴτε γὰρ αὔανσις τριχὸς ἡ πολιὰ, εἴτε (95) ἔνδεια θερμοῦ, τῆς ξηρότητος τὴν οἰκείαν τῆς τριχὸς ἐκπινούσης τροφὴν τὴν ὑγρὰν, καὶ πολιοὺς ἀποτελούσης· πῶς ἂν εἰκότως ἔτι ἀγαπῶμεν τὰ μύρα, δι' ἃ αἱ πολιαὶ, οἱ φεύγοντες πολιάς; Καθάπερ δὲ οἱ κύνες, ῥινηλατοῦντες, ἐκ τῆς ὀδμῆς ἀνιχνεύουσι τὰ θηρία· οὕτως ἐκ τῆς περιέργου τῶν μύρων εὐωδίας θηρῶσιν οἱ σώφρονες τοὺς ἀσελγεῖς. Τοιαύτη δὲ καὶ τῶν στεφάνων ἡ χρῆσις, κωμαστικὴ καὶ πάροινος, ἀπέῤῥεε (96). « Μή μοι (97) στέφανον ἀμφιθῇς κάρα. Ἦρος μὲν γὰρ ὥρα, λειμῶσιν ἐνδρόσοις, καὶ μαλακοῖς ποικίλοις, χλοάζουσιν ἄνθεσιν ἐνδιαιτᾶσθαι καλὸν, » αὐτοφυεῖ καὶ εἰλικρινεῖ τινι εὐωδίᾳ, καθάπερ τὰς μελίττας, τρεφομένους. Τὸ δὲ « πλεκτὸν (98) στέφανον ἐξ ἀκηράτου λειμῶνος » κοσμήσαντας, οἴκοι περιφέρειν, οὐ σωφρόνων· οὐ γὰρ ἁρμόδιον ῥόδων κάλυξιν, ἢ ἴοις, ἢ κρίνοις, ἢ ἄλλοις τισὶ τοιούτοις ἄνθεσι χαίτην πυκάζεσθαι κωμαστικὴν, διανθιζομένους τὴν χλόην. Ἐμψύχει γὰρ χαίτην ἄλλως ὁ στέφανος περικείμενος, καὶ δι' ὑγρότητά τε, καὶ διὰ (99) ψυχρότητα. Ταύτῃ (1) καὶ οἱ ἰατροὶ, ψυχρὸν εἶναι φυσιολογοῦντες τὸν ἐγκέφαλον, μύρῳ χρίεσθαι ἀξιοῦσι τὰ στήθη καὶ μυκτῆρας ἄκρους, ὡς δυνηθῆναι τὴν πυρώδη ἀναθυμίασιν, ἡσυχῇ διοδεύουσαν, εὐρώστως ἀναθάλπειν τὴν ψυχρότητα. Πολλοῦ τοίνυν δεῖ τοῖς

utilitatem, non autem ad suavem sensuum titillationem. Non enim in unguentis id, quod ad libidinem provocat, sectandum est, sed id, quod est in eis utile, est eligendum, cum etiam Deus hominibus oleum nasci permiserit ad levandos labores. Desipientes autem mulieres, quæ canos quidem tingunt, capillos autem ungunt, celerius canescunt propter ea, quæ desiccant, aromata. Quippe fiunt, qui unguntur, sicciores; facit autem siccitas caniores. Sive enim canities est pilorum exsiccatio, sive calidi defectus, siccitate humidum, quod est pilorum nutrimentum, ebibente et efficiente canos, quomodo unguenta **78** adhuc amaverimus, propter quæ canities fit, qui canos fugimus? Quemadmodum autem qui naribus sunt sagacibus canes, feras odore investigant: ita ex nimis curiosa unguentorum fragrantia, qui temperantes ✠ sunt, venantur intemperantes. Porro autem talis quoque usus coronarum ad comessationem et in vino proterviam comparatus effluxit. « Ne caput mihi corona cinxeris. Ver est, in roscidis pratis et mollibus variisque germinantibus floribus degere pulchrum est, » nativa et sincera odoris suavitate apum ritu fruentes. Ex « puro » autem « prato contextam coronam » pro ornamento domi circumferre non est sobriorum hominum. Non enim rosarum baccis, vel violis, vel liliis, vel aliis ejusmodi floribus lascivientem comam, prata floribus nudantes, tegere convenit. Refrigerat enim capillum circumposita corona, tum propter humiditatem, tum propter frigiditatem. Ea de causa medici, cum cerebrum esse frigidum observent, pectora

✠ P. 211 ED POTTER, 180 ED. PARIS.

(93) *Πολιώτεραι*. Hæc desumpta sunt ex Athenæo lib. xv, cujus est fragmentum apud Canterum lib. III, c. 31 *Novarum lect.*: Ζητεῖ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς προβλήμασι, διὰ τί οἱ μυριζόμενοι πολιώτεροι; ἢ ὅτι τὸ μύρον διὰ τὰ ἀρώματα ξηραντικόν ἐστι; sed ea, quæ ex Aristotele citantur, nec in *Problematibus*, neque alibi exstant, neque in libro Theophrasti *Περὶ ὀσμῶν*· ex quo conjicit Mercurialis lib. I, c. 21 *Var. lect.* perperam locum illum citari, cum neque Diogenes Laertius in catalogo operum Aristotelis mentionem ullam faciat naturalium problematum, tum quod lib. V *De generat. animalium* ex professo adversus eos disputet, qui a siccitate canitiem ortum ducere putabant, quam non ab ea, sed a putredine sola produci monstrat. Sed idem Athenæus ait, Τὰ πιλία θᾶττον ποιεῖ πολιούς, quod ibidem reperitur, ut et cap. 11 *De hist. animal.* lib. III: Τὰ γὰρ πνεύματα κωλύει τὴν σῆψιν, ἡ δὲ σκέπη ἄπνοιαν ποιεῖ· « Corruptio canitiem gignit, pilei autem probibita transpiratione, corrumpendo canitiem faciunt. » Atqui hunc ipsum lib. *De animalib.* apud eumdem Athenæum reperimus quamplurimis locis citatum, et multa alia Aristot. opera nominari, quæ Stagyritæ nemo alius tribuit, ut et apud Apollonium in historiis mirabilibus editum a Xylandro; et multos scimus fuisse Aristoteles. Collect. — Non inutile erit integrum Athenæi locum apponere, quo ex Aristotele duas recitat de causa canitiei sententias; alteram eorum, qui ab ariditate; alteram eorum, qui ex defectu caloris, eam ducebant. Ejus porro vero verba sic se habent lib. xv, cap. 13: Ζητεῖ δ' ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς προβλήμασι· Διὰ τί οἱ μυριζόμενοι πολιώτεροι; ἢ ὅτι τὸ μύρον διὰ τὰ ἀρώματα ξηραντικόν ἐστι, διὸ καὶ αὐχμηρόν; ὁ δ' αὐχμὸς πολιωτέρους ποιεῖ· εἴτε αὔανσις τριχὸς ἡ πολιὰ, εἴτ' ἔνδεια θερμοῦ, ἡ ξηρότης μαραίνει. Διὸ καὶ τὰ πιλία θᾶττον ποιοῦσι πολιούς· ἐκπίνεται γὰρ ἡ οἰκεία τῆς τριχὸς ὑγρότης· « Aristoteles ille doctissimus in Naturalibus quæstionibus hoc excutit: Cur magis canescant, qui unguento caput illinunt? an quod unguentum propter aromata caput exsiccet, indeque squalore arefaciat? squalor enim canitiem efficit. Nam sive canities pilorum sit ariditas, sive caloris inopia, siccitate omnia marcescunt. Quamobrem iis, qui pileo caput tegunt, canities acceleratur, quia humor absumitur alendis pilis destinatus. »

(94) *Γίνονται*. Hoc pro vulg. φαίνονται repositum ex Pal. ms. Sylburg.—Consentiunt Bod., Reg., verum φαίνονται habet Nov.

(95) *Εἴτε*. Οὔτε Nov.

(96) *Ἀπέῤῥεε*. Haud scio an melius ἀπεῤῥέτω, « in malam rem facessito. » Sylburg.—Ἄπαιρε Nov., corruptum ex ἄπεῤῥε· nam αι et ε εὐμετάβολοι.

(97) *Μή μοι*. Lyrici cujusdam poetæ versus recitat. Mox κάρᾳ in dativo casu Sylburgius scribi posse adnotat.

(98) *Πλεκτόν*. Hæc rursus poetica sunt.

(99) *Διά*. Abest a Bod., Reg.

(1) *Ταύτῃ*. Athenæus lib. xv profert Alcæi et Anacreontis carmina; tum addit, « hortatur videlicet ut sibi ungat pectus, in quo sedes est cordis. » Hoc autem fuit olim factitatum, non ideo solum quod natura vapor odoris a pectore sursum in caput effertur, sed etiam quia in corde sit animi domicilium, ut asserunt Philotimus et Praxagoras, illustres medici. Paulo post coronas appensas pectori ὑποθυμιάδας a poetis vocatas ait.

esse ungenda definiunt, et supremas nasi partes, ut sensim transiens calida exhalatio, ejus frigiditatem possit salubriter fovere. Longe ergo abest, ut is sit floribus refrigerandus. Accedit his, quod florum quoque delectationem perdunt ii, qui sunt coronati. Quippe nec ejus visu fruuntur, qui habent coronam supra oculos revinctam; sed neque odoris suavitate, cum supra respiratoria instrumenta sint flores. Cum enim odor secundum naturam sursum emittatur et exhaletur supra caput, respiratio nulla delectatione fruitur, cum suavitas odoris abripiatur. Sicut ergo pulchritudo, ita etiam flos delectat, dum videtur : et oportet nos eorum quæ pulchra sunt aspectu fruentes, laude et gloria afficere Opificem. Usus autem eorum est noxius, et celeriter præteriens, pœnitentia nos afficit. Statim autem probatur eorum vitæ brevitas; ambo enim flaccescunt, et flos et pulchritudo. Cæterum eos quidem, qui ea contrectant, ille quidem refrigerat, hæc vero incendit et inflammat. Ut uno autem verbo absolvam, qui præter aspectum usus eorum percipitur, petulantia est et libido, non autem delectatio. Oblectari autem nos honeste oportet tanquam in paradiso, Scripturam ✠ vere sequentes : mulieris quidem corona vir est existimandus, viri autem matrimonium, matrimonii autem flores, amborum liberi, quos quidem carnalium pratorum divinus colligit agricola. « Senum autem coronæ sunt filiorum filii; filiis autem gloria, inquit, sunt patres [a], » nobis autem Pater universorum, et universæ

A ἄνθεσιν ἐπιψύχειν αὐτόν. Ναὶ μὴν (2) καὶ τὸ τερπνὸν τῆς ἀνθήσεως οἱ καταστεφθέντες ἀπολλύουσιν· οὔτε γὰρ ἀπολαύουσι τῆς ὄψεως οἱ ἀναδούμενοι τὸν στέφανον ὑπὲρ τὰς ὄψεις, οὐδὲ μὴν τῆς εὐωδίας, οἱ ἀπελαύνοντες ὑπὲρ τὰς ἀναπνοὰς τὰ ἄνθη. Ἀναδιδούσης γὰρ ἄνω καὶ (3) ἀναθυμιωμένης κατὰ φύσιν τῆς εὐωδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν, ἔρημος τῆς ἀπολαύσεως ἡ ἀναπνοὴ καταλείπεται, ἀφαρπαζομένης τῆς εὐωδίας. Ὥσπερ οὖν (4) τὸ κάλλος, οὕτω καὶ τὸ ἄνθος τέρπει βλεπόμενον· καὶ χρὴ δι' ὄψεως ἀπολαύοντας τῶν καλῶν, δοξάζειν τὸν Δημιουργόν. Ἡ χρῆσις δὲ αὐτῶν ἐπιβλαβὴς, καὶ θᾶττον παρέρχεται μετανοίᾳ τιμωρουμένη. Αὐτίκα δὴ μάλα καὶ διελέγχεται τὸ ἐφήμερον αὐτῶν· ἄμφω γὰρ μαραίνετον (5), καὶ τὸ ἄνθος, καὶ τὸ κάλλος. Ἀλλὰ καὶ τοὺς θιγγάB νοντας αὐτοῖν, τὸ μὲν ἐνέψυξε, τὸ δὲ ἐξέκαυσεν. Ἑνὶ δὲ λόγῳ ἡ παρὰ τὴν ὄψιν ἀπόλαυσις αὐτοῖν, ὕβρις ἐστὶν, οὐ τρυφή· τρυφᾷν (6) δὲ ἡμῖν, ὡς ἐν παραδείσῳ, προσῆκεν σωφρόνως, τῷ ὄντι παρεπομένους τῇ Γραφῇ· στέφανον (7) μὲν γυναικὸς τὸν ἄνδρα ὑποληπτέον, ἀνδρὸς δὲ τὸν γάμον, ἄνθη δὲ τοῦ γάμου, τὰ τέκνα ἀμφοῖν· ἃ δὴ τῶν σαρκικῶν λειμώνων ὁ θεῖος δρέπεται γεωργός. « Στέφανος δὲ γερόντων, τέκνα τέκνων· δόξα (8) δὲ παισὶν οἱ πατέρες, » φησίν· ἡμῖν δὲ ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων· καὶ τῆς συμπάσης Ἐκκλησίας στέφανος ὁ Χριστός. Καθάπερ δὲ αἱ ῥίζαι καὶ αἱ βοτάναι, οὕτω δὲ καὶ τὰ ἄνθη ἰδίας ἔχει ποιότητας· καὶ τὰς μὲν ἐπωφελεῖς, τὰς δὲ ἐπιβλαβεῖς· ἔστι δὲ ἃς καὶ ἐπισφαλεῖς. Ὁ γοῦν κιτC τὸς (9) ἐμψύχει· ἡ δὲ καρύα (10) πνεῦμα ἀφίησι

✠ P. 212 ED. POTTER, 181 ED. PARIS.

[a] Prov. xvii, 6.

(2) *Ναὶ μήν*. Tertullianus *De corona mil.* « res esse, ait, spiraculi aut spectaculi flores ; » deinde in hunc coronarum usum invehitur : « Cæterum in capite quis sapor floris, quis coronæ sensus, nisi vinculi tantum? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, neque teneritas commendatur. Tam contra naturam est florem capite sectari, quam cibum aure, quam sonum nare. » Minutius Felix : « Sane quod caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio capillisve solemus haurire. » COLLECT. — Simile est Diogenis illud apud Laertium, lib. vi, seg. 39 : Τῷ μύρῳ τοὺς πόδας ἀλειψάμενος, ἔφη, ἀπὸ μὲν τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν ἀέρα ἀπιέναι τὸ μύρον, ἀπὸ δὲ τῶν ποδῶν εἰς τὴν ὄσφρησιν· « Unguento cum inunxisset pedes, dixit, a capite quidem in aerem ascendere unguentum, sed a pedibus in olfactum. » Idem videbatur Nigrino philosopho Platonico, de quo Lucianus in *Nigrino* : Εἰ γάρ τοι τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσι, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι παρ' αὐτὴν, ὡς οἷόν τε, τὴν ἀναπνοήν· « Nam si violarum et rosarum odore delectantur, sub naribus potissimum eos coronari oportebat, juxta ipsam, quantum fieri potest, respirationem. » Conf. etiam Tertullianus *Apolog.*, cap. 42.

(3) *Καί*. Τῆς Nov.

(4) *Ὥσπερ οὖν*. Plutarchus, *De amore* : Καὶ τοὺς καλοὺς ὁρᾷν μὲν ἐπιτερπέστατον, ἅψασθαι δὲ καὶ λαβεῖν, οὐχ ἀκίνδυνον, μᾶλλον δὲ, ὥς φησι Ξενοφῶν, τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁψαμένους καίει μόνον, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς μακρὰν ἑστῶτας ὑφάπτουσιν· ἡ γὰρ ὄψις τοῦ πάθους ἐστὶ λαβή· « Formosos intueri jucundissimum est : tangere autem, non sine periculo licet : imo, ut Xenophon inquit, ignis quidem tangentes solum urit, pulchri vero etiam procul distantes inflammant : visus enim veluti ansa est capiendi amoris. » COLLECT.

(5) *Μαραίνετον*. Rectius passive μαραίνεσθον. SYLBURG.

(6) *Τρυφᾷν*. Respicit Gen. ii, 15 : Καὶ ἔθετο (Θεὸς) αὐτὸν (ἄνθρωπον) ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς.

(7) *Στέφανον*. Respicere videtur I Cor. xi, 3 : Παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς, ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ, ὁ Θεός. Scholiastes in marg. Reg. et Bod. hæc adnotavit : Ἀλλὰ καὶ ἀνδρὸς τὴν γυναῖκα· γυνὴ γὰρ ἀνδρεία, στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ἡ Γραφὴ λέγει.

(8) *Δόξα*. Proverb. Καύχημα δὲ τέκνων, πατέρες αὐτῶν. A. Sequentia sunt ex Ephes. i. H. SYLBURG.

(9) *Κιττός*. Hæc de hedera, et quæ sequuntur de D nuce et de narcisso mutuatus est a Plutarcho ad verbum lib. iii *Symposiac.* cap. 15. Quod vero Sophocles ait, narcissum esse στεφάνωμα χθονίων θεῶν, « coronamentum terrestrium deorum, » subterraneorum intellige, ceu inferorum; nam, ut docet Eustathius in *Iliad.* A, νάρκισσος Ἐριννῦσι στεφάνωμα· dicitur enim narcissus ἐκ τοῦ ναρκᾷν, οὗ Ἐριννύες παραίτιοι, et ex Phanodemo lib. v *Rerum Atticarum* constat, coronas e narcisso consecratas fuisse Proserpinæ, quod florem illum colligeret, cum rapta fuit a Plutone, vel quod circa monumenta nascatur frequens : Cælius lib. xxvi, cap. 20, vel omnibus subterraneis diis, quod defuncti et morte torpidi flore torpido coronarentur. Dodonæus Pempt. II, lib. ii, c. 21. COLLECT.

(10) *Καρύα*. Hæc e Plutarcho Clemens, vel uterque ex eodem auctore mutuatus fuisse videtur. Ejus verba, quia Clementi lucem aliquam allatura videntur, apposuisse haud pigebit e *Sympos.* lib. iii,

καρωτικὸν, ὡς ἐμφαίνει· καὶ τοὔνομα ἐτυμολογούμενον· νάρκισσος δὲ βαρύοδμόν ἐστιν ἄνθος· ἐλέγχει δὲ αὐτὸ ἡ προσηγορία, « ναρκᾷν (11) » ἐμποιοῦν τοῖς νεύροις. Αἱ δὲ τῶν ῥόδων (12) καὶ τῶν ἴων ἀποφοραὶ, ἠσυχῇ οὖσαι ψυχραὶ, συστέλλουσι καὶ ἐπιστύφουσι τὰς καρηβαρίας· ἡμῖν (13) δὲ οὐχ ὁπωστιοῦν συμμεθύειν, ἀλλ' οὐδὲ οἰνοῦσθαι ἐπιτέτραπται· ναὶ μὴν ὁ κρόκος καὶ τῆς κύπρου τὸ ἄνθος εἰς ὕπνον ἄλυπον ἐπαγέτην (14). Πολλὰ (15) δὲ αὐτῶν, φύσει ψυχρὸν ὄντα τὸν ἐγκέφαλον, ἀναθάλπει ταῖς ἀποφοραῖς, λεπτύνοντα τῆς κεφαλῆς τὰ περιττεύματα. Ἐντεῦθεν καὶ τὸ ῥόδον (16) ἐπωνομάσθαι φησὶν, ὅτι πάμπολυ τῆς ὀδωδῆς (17) ἀφίησι ῥεῦμα· διὸ καὶ τάχιστα μαραίνεται. Ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις (18) τῶν Ἑλλήνων, ἡ χρῆσίς πω τῶν στεφάνων ἦν· οὔτε γὰρ οἱ μνήστορες (19) οὔθ' οἱ ἁβροδίαιτοι κέχρηνται Φαίακες αὐτοῖς. Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι (20), πρῶτον ἡ τῶν ἀθλητῶν δόσις ἦν, δεύτερον δὲ ὁ ἐπεγερμὸς, τρίτον ἡ φυλλοβολία (21), τελευταῖον ὁ στέφανος, ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς

Ecclesiæ corona Christus est. Quemadmodum autem radices et herbæ, ita etiam flores proprias habent qualitates; et has quidem utiles, illas vero noxias, alias autem periculosas. Hedera itaque refrigerat : nux autem emittit spiritum, qui torporem immittit, ut vel ipsa ostendit nominis etymologia. Narcissus vero flos est gravis odoris : id autem arguit nominis appellatio, ut qui nervis νάρκην, hoc est « torporem, » afferat. Rosarum autem et violarum qui emittuntur odores, cum sint modice frigidi, gravedines capitis comprimunt et coercent. Nobis autem nullo modo non solum una inebriari, sed ne vino quidem impleri permissum est. Quin etiam crocus et flos ligustri in somnum minime molestum deducunt. Porro autem multa ex iis cerebrum, quod est natura frigidum, suis fovent odoribus, dum excrementa cerebri subtiliora efficiunt. Hinc etiam dicunt rosam Græce ῥόδον fuisse nominatam, quod odoris fluxum emittit ingentem, et ideo cito marcescit. Cæterum nec apud antiquos

quæst. 1, qua disputat, an floreis coronis inter pocula utendum sit? Δηλοῖ καὶ τῶν ὀνομάτων ἔνια τὴν περὶ ταῦτα πολυπραγμοσύνην τῶν παλαιῶν. Τήν τε γὰρ καρύαν οὕτω ὠνόμασαν, ὅτι, πνεῦμα βαρὺ καὶ καρωτικὸν ἀφιεῖσα, λυπεῖ τοὺς ὑπ' αὐτῆς παρακεκλιμένους· καὶ τὸν νάρκισσον, ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα, καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις· « Adde, quod veterum in hisce rebus diligentiam produnt nomenclaturæ quædam. Sic nuci καρύας nomen crearunt, quod spiritu gravi et capiti nocivo, quem exhalat, soporem ea sub arbore recubantibus conciliet. Sic narcissum, quia nervos obtundit, et torporem inducat, appellavere. »

(11) *Ναρκᾷν*. Si quis νάρκην malit, per me licet. Sylburg.

(12) *Αἱ δὲ τῶν ῥ.* Plutarchus loco prius dicto : Ὅσα δὲ ἡσυχῇ ψυχρὰ τῷ μετρίως ἐπιψαύειν ἀνακρουομένων τὰς ἀναθυμιάσεις, ὥσπερ ὁ τῶν ἴων καὶ ῥόδων στέφανος· στύφει γὰρ ἀμφότερα, καὶ στέλλει τῇ ὀσμῇ τὰς καρηβαρίας. Τὸ δὲ τῆς κύπρου ἄνθος, καὶ ὁ κρόκος, καὶ ἡ βάκχαρις εἰς ἄλυπον ὑπάγει τοὺς πεπωκότας· « Quæ vero moderate frigida leni contactu repellunt atque inhibent exhalationes, quemadmodum facit e violis atque rosis contexta corolla : uterque enim flos astringit, et capitis gravedinem odoris vi defendit. Enimvero cypri flos, crocus et baccaris, placido somno potores consopiunt. »

(13) *Ἡμῖν*. Sensus est : « Nobis, quibus vino non solum non inebriari, sed ne liberius quidem uti permissum est, rosis et violis ad comprimendam τὴν καρηβαρίαν opus haud esse. »

(14) *Ὑπαγέτην*. Grammatica regula postulat ὑπάγετον. Sylburg. — Idque habet Nov.

(15) *Πολλά*. Plutarchus ibidem : Ἐνίων δὲ ἀνθῶν ὀσμαῖς ἄνω σκιδναμέναις περὶ τὸν ἐγκέφαλον οἵ τε πόροι τῶν αἰσθητηρίων ἐκκαθαίρονται, καὶ λεπτύνονται τὰ ὑγρὰ πράως ἄνευ πληγῆς καὶ σάλου τῇ θερμότητι διακρινόμενα, καὶ φύσει ψυχρὸς ὢν ὁ ἐγκέφαλος ἀναθάλπεται· « Quorumdam etiam florum odore sursum ad cerebrum rejecto, tum sensuum spiracula defæcantur, tum humores quoque citra omnem vim concussionemque dividuntur, et a calore clementer attenuantur : ad hæc cerebrum, quod natura frigidum est, intepescit atque fovetur. »

(16) *Ῥόδον*. Plutarchus sub finem modo laudati capitis : Τὸ δὲ ῥόδον ὠνόμασται δήπουθεν ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς ἀφίησι· διὸ καὶ τάχιστα μαραίνεται· « Rosa utique etiam inde nomen accepit, quod copiosum odoris defluvium exspuat; quæ causa etiam est cur ocissime marcescat. »

(17) *Ὀδωδῆς*. Pal. ms. ὀδμῆς, usitatius. Sylburg.—Id habent præterea Reg., Bod. cum in textu, tum etiam in marginali nota. Sed ὀδωδῆς veram esse lectionem, ex Plutarchi verbis manifestum est.

(18) *Ἀρχαίοις*. De primo coronarum apud veteres Græcos usu conf. *Archæologiæ* nostræ *Græcæ* lib. IV, c. 20.

(19) *Οἱ μνήστορες*. Intelligit Penelopes procos, quorum mores, ut etiam Phæacum, Homerus in *Odyssea* copiose descripsit.

(20) *Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι*. Athletis non eadem quocunque tempore præmiorum genera proposita, verum ut Clem. Alex. memoriæ prodidit, primo fuit δόσις ceu *donum*, secundo plausus et excitatio, tertio foliorum conjectio, postremo corona. Quid autem δόσις Clementi significet, nisi aliquid in ejus vulgato codice desideretur, puto nihil aliud, quam congiarium significare : quo pacto apud Herodianum quoque ea vox usurpata invenitur : nisi potius leve aliquod munusculum designet, quod posterioribus omnibus vilius exstiterit. Mercur. lib. *De arte gymnast.* c. 14. Athenæus lib. X refert ex elegis Xenophanis de athletis, ἐκ πόλεως καὶ δῶρον, ὅ οἱ κειμήλιον εἴη· « aliquo donatur a civitate munere, quod suæ virtutis sit monumentum. » Plin. lib. XVI, cap. 14 : « Antiquitus quidem nulla corona, nisi Deo, dabatur : viritim vero ne in certamine quidem ulli : feruntque primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo, sed ex hedera, postea deorum honori sacrificantes sumpsere : novissime et in sacris certaminibus usurpatæ. » Paulo post : « Ludos ineunti semper assurgi etiam a senatu in more est. » Quod ad athletas referre voluit Mercur. lib. I, c. 3 *Gymnast.*, pulchreque cum eo, quod ἐπεγερμόν appellat Clemens, conveniret, nisi ad Romanos potius referendum esset, qui civica donati essent. Illi enim coronas non novere nisi bellicas. Collect. — Ferrarius de veterum plausu lib. II, Ἄθλων pro ἀθλητῶν, et ἐπαγερμός pro ἐπεγερμός substituit, hoc modo : Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρωτον ἡ τῶν ἄθλων δόσις ἦν· δεύτερον δὲ, ὁ ἐπαγερμός· τρίτον, ἡ φύλ. « In certaminibus vero, primo fuit præmiorum datio, secundo, munusculorum collectio; tertio, florum seu frondium conjectio; postremo corona. »

(21) *Τρίτον ἡ φ.* Τρίτον δὲ ἡ φ. Pal. ms. Sylb. — Mox, τοίνυν τῶν στεφάνων. Ibid.

quidem Græcos fuit ullus adhuc coronarum usus : neque enim proci, nec qui luxuriosam vitam agebant, Phæaces, eis usi sunt. In certaminibus autem, ✠ primo donum athletis datum est, secundo autem plausus et excitatio, tertio foliorum conjectio, ultimo autem fuit corona, cum Græcia post tempora Medica deliciis operam daret. Qui a Logo itaque instituuntur, a coronis arcentur, nec existimant rationem esse a se illigandam, quæ in cerebro sita est : non quod corona comessatricis petulantiæ sit symbolum, sed quod ea sit dedicata simulacris. Sophocles certe narcissum, « antiquam magnorum deorum coronam » appellavit, id dicens de terrestribus. Sappho autem coronat Musas rosa : « Non es rosarum Pieriarum particeps. » Junonem autem dicunt delectari lilio, et Dianam myrto. Etsi enim flores quidem maxime propter hominem facti sunt, eos tamen cum stulti acceptos, non ad proprium usum, quo grato animo uti poterant, sed in ingratum dæmonum ministerium abusi sunt, ab eis abstinendum est propter conscientiam. Est autem corona

✠ P. 213 ED. POTTER.

A 'Ελλάδος μετὰ τὰ Μηδικά. Εἴργονται τοίνυν στεφάνων οἱ τῷ Λόγῳ παιδαγωγούμενοι· οὐχ ἐπικαταδεῖν δοκοῦσιν (22) τὸν λόγον, ἐν ἐγκεφάλῳ τοῦτον ἱδρυμένον· οὐδ' ὅτι κωμαστικῆς ἀγερωχίας σύμβολον ὁ στέφανος εἴη· ἀλλὰ γὰρ ὅτι (23) τοῖς εἰδώλοις κατωνόμασται· ὁ γοῦν Σοφοκλῆς (24) τὸν νάρκισσον « ἀρχαῖον (25) μεγάλων θεῶν στεφάνωμά » προσεῖπε, τῶν χθονίων λέγων· ῥόδῳ δὲ τὰς Μούσας Σαπφὼ (26) καταστέφει· « Οὐ γὰρ μετέχεις (27) ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας· » κρίνῳ (28) δὲ ἥδεσθαι τὴν Ἥραν φασί, καὶ τὴν Ἄρτεμιν, μυῤῥίνῃ· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα μὲν δι' ἄνθρωπον γέγονε τὰ ἄνθη, ταῦτα δὲ οἱ ἀνόητοι λαβόντες, οὐχ εἰς τὴν ἰδίαν εὐχάριστον χρῆσιν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν δαιμονίων ἀχάριστον ὑπηρεσίαν κατεχρήσαντο· ἀφεκτέον αὐτῶν διὰ τὴν συνείδησιν (29). B Ἀοχλήτου (30) δὲ ἀμεριμνίας ὁ στέφανος σύμβολον· ταύτῃ καὶ τοὺς νεκροὺς (31) καταστεφανοῦσιν· ᾧ λόγῳ καὶ τὰ εἴδωλα, ἔργῳ προσμαρτυροῦντες αὐτοῖς τὸ εἶναι νεκροῖς· οἱ μὲν γὰρ βακχεύοντες, οὐδὲ ἄνευ στεφάνων ὀργιάζουσιν· ἐπὰν δὲ ἀμφιθῶνται τὰ ἄνθη, πρὸς τὴν τελευτὴν ὑπερκαίονται. Οὐ δὴ κοινωνη-

(22) *Οὐκ ἐπικαταδεῖν δ*. Lowthius mavult οὐχ ὅτι ἐπικατ. Verum facilior mutatio fiet, si scripserimus οὐκ ἐπεὶ καταδεῖν, hoc est : « Non quod existiment rationem, quæ in cerebro sita est, coronis ligari ; neque quod, » etc. Quam emendationem in Græco indice suggessit Sylburgius.

(23) *Ἀλλὰ γὰρ ὅτι*. Tertull., *De corona mil.*, 7 : « Quale igitur habendum est apud homines veri Dei, quod a candidatis diaboli introductum est, et ipsis a primordio dicatum est, quodque jam tunc idololatriæ initiabatur ab idolis, et id idolis adhuc C vivis ; non quasi aliquid sit idolum, sed quoniam quæ idolis alii faciunt, ad dæmones pertinent. Porro si quæ alii idolis faciunt, ad dæmones pertinent, quanto magis, quod ipsa sibi idola fecerunt, cum adviverent ? » Collect.

(24) *Ὁ γοῦν Σοφ*. Ὁ γὰρ Σοφ. Bod., Reg. Plutarchus, post ea quæ de narcisso superius laudata sunt, hæc adjicit : Διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα, τουτέστι τῶν χθονίων, προσηγόρευκε· « Quam ob causam Sophocles vetustum magnarum, hoc est terrestrium, dearum coronamentum vocavit. »

(25) *Ἀρχαῖον*. Ἀρχαίων Pal. ms., Sylburg., Reg. Mox μεγάλων pro λέγων Nov. mendose. Pro quo fortasse rectius λέγω, « dico, inquam. » Sylburg.

(26) *Σαπφώ*. Morem fuisse veterum ut longe aliis floribus texerent coronas diversis diis, constat : Musas vero rosis coronare ipsos solitos, plures graves scriptores litteris prodiderunt. Utuntur autem D omnes testimonio Sapphonis, quæ carmine quodam testata id fuerat. P. Victor, lib. xiv, c. 18, *Var. lect.* Deinde locum citat apud Plutarch., *Symposiac.* lib. iii, cap. 1, de nuptialibus præceptis, et Clementis hoc loco, quem ex Stobæo se correxisse ait, antequam eum excudendum daret ex Bibliotheca Medicæa : Κατ' θανοῖσα δὲ κείσεαι οὐδέποκα μναμοσύνα σέθεν ἔσετ' οὐδέποκ' ὕστερον· οὐ γὰρ πεδέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας, ἀλλ' ἀφανὴς κ' ἐν Ἀΐδαο δόμοις φοιτάσεις πεδ' ἀμαυρῶν νεκύων ἐκπεποταμένα. Ita reperitur scriptus hic locus in quodam Stobæi manuscripto codice, nisi quod illæ duæ voces πεδέχεις et πέδα non Dorica, sed communi lingua efferuntur, quod viri docti ex aliis grammaticis emendarunt. Sed et in Aldina Plutarchi editione alteram reperimus : « Scribit ad feminam indoctam et litterarum expertem. Mortua, inquit, jacebis, neque memoria unquam tui exstabit ; non enim es particeps rosarum ex Pieria ortarum, sed obscura Orci domos peragrabis, cum exilibus umbris volitans. » Itaque videri fortasse cuipiam possit glossema, quod præterea in hac sententia alibi legitur. In eodem loco *Sympos.* testatur Plutarchus, floribus coronatos fuisse τοὺς ἱερονίκας. Collect.

(27) *Οὐ γὰρ μετέχεις*. Pal. ms. οὐ γὰρ ἀπαρχῆς· pro quo an ἀπάρχεις scribere voluerit, nescio. Coronas vero Musarum antiquos e rosis texere solitos fuisse, prolixius docet Petrus Victorius, *Var. lect.* lib. xiv, cap. 18. Sylburg. — Οὐ γὰρ ἀπαρχῆς ῥόδων τῶν ἐκ περιεργίας Nov., Bod., Reg. corrupte.

(28) *Κρίνῳ*. Sunt qui lilium Veneri sacrum fuisse perhibent. Unde id vetus poeta χάρμ' Ἀφροδίτης, « delicias Veneris, » vocat apud Athenæum lib. xv, c. 9.

(29) *Διὰ τὴν σ*. Respicit I Cor. x, 28.

(30) *Ἀοχλήτου*. Scholiastes in marg. Reg. et Bod. hæc adnotat : Οἶμαι δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ τοῖς ἀθλοῦσι ἀμεριμνίας δίδοσθαι τὸν στέφανον σύμβολον, τοῖς μὲν ἀφροδισίου φροντίδος, τοῖς δὲ καμάτων καὶ πόνων γυμναστικῶν.

(31) *Ταύτῃ καὶ τοὺς νεκρούς*. P. Victorius, lib. ii, cap. 7, *Var. lect.*, Græcorum morem in efferendo honestiore aliquo funere significavit. Cicero in orat. *pro Flacco* : « Quod contineretur plebiscitis Smyrnæorum quæ fecerant in Castricium mortuum ostendens primum ut oppidum intro ferretur, deinde ut efferrent ephebi ; postremo ut imponeretur aurea corona mortuo. » Institutum autem hoc coronandi mortuos tetigit etiam Aristoph. in *Concionat.*, ubi induxit virum uxorem increpantem quod eum noctu in lectulo dormientem reliquisset tanquam cadaver ; addit enim, « nihil desiderari potuisse, nisi quod coronam capiti ejus non imposuisset. » Plinius, lib. xxi, c. 3 : « Ut ipsi mortuo parentibusque ejus sine fraude esset imposita. » Tertullian., *De corona mil.* : « Quid enim tam dignum Deo, quam quod indignum idolo ? Quid autem tam dignum idolo, quam quod et mortuo ? Nam et mortuorum est ita coronari ; vel quoniam et ipsi idola statim fiunt, et habitu et cultu consecrationis quæ apud nos secunda idololatria est. » Minutius Felix *Octavio* : « Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi facem, aut non sentienti coronam, cum et beatus non egeat, et miser non gaudeat floribus. » Collect.

τέον (32) οὐθ' ὁπωστιοῦν δαίμοσιν. Ἀλλ' οὐδὲ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τὴν ζῶσαν, δίκην εἰδώλων τῶν νεκρῶν, καταστεπτέον. Ὁ γὰρ καλὸς τοῦ ἀμαράντου (33) στέφανος ἀπόκειται τῷ καλῶς πεπολιτευμένῳ. Τὸ ἄνθος τοῦτο γῆ βαστάζειν οὐ κεχώρηκε· μόνον δὲ αὐτὸ καρποφορεῖν ἐπίσταται οὐρανός. Πρὸς δὲ, καὶ ἀλόγιστον, ἀκηκοότας ἡμᾶς τὸν Κύριον (34) « ἀκάνθαις » ἐστεμμένον (35), αὐτοὺς ἐντρυφῶντας τῷ σεμνῷ τοῦ Κυρίου πάθει, ἀναδεῖσθαι τοῖς ἄνθεσιν. Ὁ μὲν γὰρ τοῦ Κυρίου στέφανος ἡμᾶς ᾐνίττετο προφητικῶς, τοὺς ποτε ἀκάρπους, τοὺς περικειμένους αὐτῷ διὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἧς (36) ἐστι κεφαλή. Ἀλλὰ καὶ τῆς πίστεώς ἐστι τύπος· ζωῆς μὲν διὰ τὴν οὐσίαν τοῦ ξύλου, εὐφροσύνης δὲ διὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ στεφάνου· κινδύνου δὲ διὰ τὴν ἄκανθαν· οὐδὲ γὰρ ἀναιμωτὶ προσιέναι τῷ Λόγῳ ἔξεστιν. Ὁ δὲ πλεκτὸς μαραίνεται στέφανος οὗτος, καὶ τὸ πλέγμα τῆς σκολιότητος ἀναλύεται, καὶ τὸ ἄνθος ξηραίνεται· μαραίνεται γὰρ ἡ δόξα τῶν τῷ Κυρίῳ μὴ πεπιστευκότων. Ἰησοῦν δὲ ἐστεφάνωσαν ὑψωμένον, τῆς αὐτῶν καταμαρτυροῦντες ἀμαθίας· τοῦτ' αὐτὸ γὰρ οἱ σκληροκάρδιοι, προφητείαν οὖσαν σεσοφισμένην οὐ νοοῦσιν, ἣν αὐτοὶ ὕβριν καλοῦσι Κυρίου. « Οὐκ ἔγνω τὸν Κύριον ὁ λαὸς » ὁ πεπλανημένος· οὐ περιτέτμηται τὸν λογισμόν· οὐ πεφώτισται τὸν σκοτισμόν· οὐκ εἶδε τὸν Θεόν· τὸν Κύριον ἠρνήσατο· ἀπολώλεκε τὸ εἶναι Ἰσραήλ· ἐδίωξε τὸν Θεόν· καθυβρίζειν ἤλπισε τὸν Λόγον· καὶ ὃν ἐσταύρωσεν ὡς κακοῦργον, ἀνέστεψεν ὡς βασιλέα. Διὰ τοῦτό τοι εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν ἄνθρωπον, τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἐπιγνώσονται Κύριον καὶ δίκαιον· ὃν αὐτοὶ παρεπίκραναν (37) ἐπιδεῖξασθαι τὸν Κύριον, τούτῳ αὐτῷ ὑψουμένῳ μεμαρτυρήκασι, τὸ διάδημα τῆς δικαιοσύνης τὸ ὑπὲρ πᾶν (38) ὄνομα ἐπηρμένῳ περιάψαντες διὰ τῆς ἀειθαλοῦς ἀκάνθης (39)· τὸ διάδημα τοῦτο τοῖς ἐπιβουλεύουσι πολέμιον, ἐκώλυσεν αὐτούς· τοῖς συνεκκλησιάζουσιν φίλον, ἐθρίγκωσεν αὐτούς· ὁ στέφανος οὗτος ἄνθος ἐστὶ τῶν πεπιστευκότων εἰς τὸν δεδοξασμένον· αἱμάσσει δὲ καὶ κολάζει τοὺς ἠπιστηκότας. Ναὶ μὴν καὶ σύμβολόν ἐστι Δεσποτικοῦ κατορθώματος, βαστάσαντος αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ ἡγεμονικῷ τοῦ σώματος πάντα ἡμῶν τὰ πονηρά, δι' ὧν ἐκεντούμεθα·

A tranquillitatis perturbatione vacuæ signum. Qua de causa mortuos quoque coronant; quemadmodum etiam idola, eo facto mortua esse asserentes; nec ii qui bacchantur absque coronis orgia sua celebrant : postquam autem flores circumposuerint, postremo mirandum in modum incenduntur. Cum dæmonibus ergo nullo modo ✠ communicandum est. Sed nec viva Dei imago, mortuorum simulacrorum ritu est coronanda. Pulchra enim amaranti corona ei est reposita, qui se recte gesserit. Hunc florem terra ferre non potest : cœlum solummodo eum potest producere. Accedit his, quod a ratione alienum est, ut qui audierimus Dominum « spinis [a] » fuisse coronatum, ipsi venerabili Domini passioni insultantes, habeamus capita redimita floribus. Domini B enim corona nos prophetice significabat, qui fuimus aliquando infrugiferi, qui circa **79** illum positi fuimus per Ecclesiam, cujus ipse est caput. Quin etiam est typus fidei; vitæ quidem, propter ligni substantiam; lætitiæ autem, propter coronæ appellationem; periculi vero, propter spinam; neque enim citra sanguinem licet ad Logon accedere. Contexta autem hæc corona marcescit, et perversitatis sertum dissolvitur, et flos exsiccatur. Marcescit enim gloria eorum qui Domino minime crediderunt. In altum autem elatum Jesum coronaverunt, suam testantes inscitiam. Hoc enim ipsum, cum duro corde sint, sapienter prolatam non intelligunt esse prophetiam, quam ipsi appellant Domini probrum et contumeliam. « Non cognovit Dominum C populus [b], » qui aberravit, ratione minime fuit circumcisus, non fuerunt ejus illuminatæ tenebræ, non novit Deum, negavit Dominum, verum esse Israelem perdidit, Deum persecutus est, Logon speravit afficere contumelia, et quem tanquam maleficum crucifixit, tanquam regem coronavit. Quapropter in quem hominem non crediderunt, eum benignum Deum Dominum agnoscent, et justum. Quem exacerbaverunt ut se Dominum ostenderet, hoc de eo in altum sublato testati sunt, diadema justitiæ ei super omne nomen exaltato tribuentes, per spinam semper florentem. Hoc diadema est inimicum

✠ P. 214 ED. POTTER, 182 ED. PARIS. [a] Matth. XXVII, 29; Joan. XIX, 2. [b] Isa. I, 3.

(32) *Οὐ δὴ κοιν.* Tertull., ibidem : « Nihil dandum idolo, sed nec sumendum ab idolo. Si in idolio recumbere alienum est a fide, quid in idoli habitu videri? Quæ communio Christi et Beliæ? et ideo fugite. Longum enim divortium mandat ab idololatria, in nullo proxime accedendum. » Et paulo post : « Indignum enim ut imago Dei vivi, imago idoli et mortui fiat. » COLLECT. — Respicere videtur I Cor. X, 20 : Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι.

(33) *Ἀμαράντου.* Sic I Petri V : Κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. « Percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. » Quidam ad verbum, « Reportabitis coronam gloriæ amarantinam, » ceu « ex amaranto. » Perinde quasi diceret, ex vero, ceu pretioso, amaranto, aut quæ magis est immarcescibilis, quam quæ ex amaranto. COLLECT.

(34) *Κύριον.* Tertullianus, *De corona mil.* : « Si ob hæc caput ei tuum debes, tale si potes ei repende, quale suum pro tuo obtulit, aut nec D floribus coroneris, si spinis non potes : quia non floribus potes. Item Christus Jesus quale oro te sertum pro utroque sexu subiit? ex spinis opinor, et tribulis, in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis. » Gulielmus Tyrius *Belli sacri* lib. IX, c. 9, de Godefrido rege : « Promotus autem humilitatis causa, corona aurea, regum more, in sancta civitate noluit insigniri : ea contentus, et illi reverentiam exhibens, quam humani generis imperator in eodem loco usque ad crucis patibulum pro nostra salute spineam deportavit. » COLLECT.

(35) *Ἐστεμμένον.* Ἐστεφανωμένον Nov.

(36) *Ἧς.* Ἣ Pal. ms. SYLBURG.

(37) *Παρεπίκραναν.* Respicit Matth. XXVII, 40, et alia Evangeliorum loca, quibus Judæi dicuntur Christum provocasse, ut sese Dei Filium esse ostenderet.

(38) *Ὑπὲρ π.* Respicit Philip. II, 9.

(39) *Ἀειθαλοῦς ἀκ.* Ἀειθαλὲς spinæ genus quoddam erat; e qua coronas texuisse Ægyptios, refert Hellanicus in Ægyptiacis apud Athenæum XV, 7.

iis qui insidiantur; iis autem qui in Ecclesia simul versantur, amicum, eos circumsepsit ac muniit. Hæc corona flos est eorum qui crediderunt in eum ✠ qui glorificatus est; cruentat autem et castigat eos qui non crediderunt. Porro autem hoc quoque signum est rei a Domino bene gestæ, cum ipse suo capite et principali parte corporis omnia mala nostra portaverit, propter quæ pungebamur. Cum ipse enim ab offensionibus et peccatis et ejusmodi spinis, nos propria passione liberasset, diabolumque infirmasset et abolevisset, orans merito dixit: « Ubi tuus, o mors, stimulus [a]? » Atque nos quidem uvas ex spinis colligimus, et ficus ex rubis; illi autem in vulnera laniantur, ad quos « manus extendit, » nempe ad populum infidelem et infrugiferum. Possem aliud quoque tibi mysticum dicere. Nam cum omnipotens universorum Dominus, quando cœpit per Logon legem ferre, et Moysi suam potentiam voluit manifestare, ei divina visio ostenditur formatæ lucis in rubo ardente (spinosa autem planta est rubus); postquam Logos legem ferre et cum hominibus conversari desiit, mystice rursus Dominus corona coronatur; hinc illuc unde descenderat abiens, veteris descensus principium instaurans, ut Logos, qui primum per rubum visus fuerat, per spinam rursus assumptus, ostenderet hæc omnia esse unius potentiæ opus; cum sit unus Patris, qui unus est, Filius, principium et finis sæculi. Sed a pædagogica docendi ratione ad genus orationis, quod versatur in docendis dogmatibus, digressus sum: rursus igitur revertor ad propositum. Quod ergo loco medicamenti, curationis gratia, et nonnunquam etiam moderatæ recreationis, non sit rejicienda, quæ ex floribus sentitur oblectatio, quæ ex unguentis et suffitibus accipitur utilitas, ostendimus. Quod si dixerint aliqui, quænam est ergo amplius florum gratia iis qui eis non utuntur?

αὐτὸς γὰρ τῷ ἰδίῳ πάθει ῥυσάμενος ἡμᾶς ἀπὸ σκανδάλων καὶ ἁμαρτιῶν καὶ τῶν τοιούτων ἀκανθῶν, καὶ τὸν διάβολον καταργήσας, εἰκότως ἐπευχόμενος (40) εἴρηκε· « Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; » Καὶ ἡμεῖς μὲν ἐξ ἀκανθῶν (41) τρυγῶμεν σταφυλὴν, καὶ σῦκα ἀπὸ βάτων· οἱ δὲ εἰς τραύματα καταξαίνονται, ἐφ' οὓς « ἐξεπέτασε (42) τὰς χεῖρας, » ἐπὶ λαὸν ἀπειθῆ καὶ ἄκαρπον. Ἔχοιμ' ἂν σοι καὶ ἄλλο μυστικὸν ἐνταῦθα εἰπεῖν· ἐπεὶ γὰρ (43) ὁ παγκρατὴς Κύριος τῶν ὅλων, ὁπηνίκα νομοθετεῖν ἤρχετο τῷ Λόγῳ, καὶ τῷ Μωϋσεῖ καταφανὴ ἐβούλετο γενέσθαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ὄψις αὐτῷ δείκνυται θεοειδὴς φωτὸς μεμορφωμένου ἐπὶ φλεγομένῳ (44) βάτῳ· (τὸ δὲ ἀκανθῶδες φυτόν ἐστιν, ὁ βάτος·) ἐπειδὴ ἐπαύσατο τῆς νομοθεσίας, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας ὁ Λόγος, ὁ Κύριος μυστικῶς αὖθις ἀναστέφεται ἀκάνθῃ· ἐνθένδε ἀπιὼν ἐκεῖσε, ὅθεν κατῆλθεν, ἀνακεφαλαιούμενος τὴν ἀρχὴν τῆς καθόδου τῆς παλαιᾶς, ὅπως ὁ διὰ βάτου τὸ πρῶτον ὀφθεὶς ὁ Λόγος, διὰ τῆς ἀκάνθης ὕστερον ἀναληφθεὶς, μιᾶς ἔργον τὰ πάντα δείξῃ δυνάμεως, εἷς ὢν, ἑνὸς ὄντος τοῦ Πατρὸς, ἀρχὴ καὶ τέλος αἰῶνος. Ἀλλ' ἐξέβην γὰρ τοῦ παιδαγωγικοῦ τύπου, τὸ διδασκαλικὸν εἶδος παρεισάγων· αὖθις οὖν ἐπὶ τὸ προκείμενον (45) ἐπάνειμι. Ὡς μὲν οὖν ἐν φαρμάκου μοίρᾳ ἰάσεως ἕνεκα, ἔσθ' ὅπῃ δὲ καὶ διαχύσεως σώφρονος, οὐκ ἀποβλητέον τὴν ἀπὸ τῶν ἀνθῶν τέρψιν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν μύρων τε καὶ θυμιαμάτων ὠφέλειαν, δεδηλώκαμεν. Εἰ δὲ καὶ λέγοιέν τινες· Τίς οὖν ἔτι (46) χάρις ἀνθῶν, τοῖς μὴ χρωμένοις αὐτοῖς; ἴστων ὡς ἄρα καὶ τὰ μύρα ἐξ αὐτῶν σκευάζεται, καὶ ἔστι πολυωφελῆ· σούσινον (47) μὲν ἐκ κρίνων καὶ λιρίνων· ἔστι δὲ θερμαντικὸν, ἀναστομωτικὸν, ἑλκυστικὸν, ὑγραντικὸν, σμηκτικὸν, λεπτομερὲς (48), σχολῆς κινητικὸν, μαλακτικόν· ναρκίσσινον δὲ τὸ ἐκ ναρκίσσου, ἐπ' ἴσης ὀνίνησι τῷ σουσίνῳ· μύρσινον δὲ τὸ ἐκ μύρτων καὶ μυῤῥίνης (49), στυπτικὸν, παρακατέχον τὰς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀποφοράς· τὸ δὲ

✠ P. 215 ED. POTTER, 183 ED. PARIS. [a] I Cor. xv, 55.

(40) Ἐπευχόμενος. *Orans* vertit interpres. Verum Homerica vox est *gloriantis* de victo hoste. Unde *Il.* Π, v. 828, devicto Patroclo,

Ἕκτωρ Πριαμίδης σχεδὸν ἔγχεϊ θυμὸν ἀπηύρα·
Καί οἱ ἐπευχόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

(41) Ἐξ ἀκανθῶν. Respicit Luc. vi, 44: Οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα, οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλήν.

(42) Ἐφ' οὓς ἐξ. Respicit Rom. x, 21: Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

(43) Ἐπεὶ γάρ. Ut syntaxis hujusce loci constet, illud καί ante Μωϋσεῖ delendum, deinde pro ἐπειδή scribendum ἐπεὶ δὲ ἐπαύσ., nam ἐπεὶ δέ respondet τῷ ἐπεὶ γάρ. Sensus est: « Nam cum omnipotens universorum Dominus, quo tempore per Logon legem ferre cœpit, potentiam suam Moysi manifestam facere voluit, divina ei visio ostenditur lucis formatæ in rubo ardente (est autem rubus, spinosa planta); cum vero Logos ferre, » etc.

(44) Φλεγομένῳ. Φλεγομένη Nov. Et βάτος quidem femin. gen. *rubum* significare solet, in mascul. autem genere mensuram quamdam, cujus mentio fit Luc. xvi. Verum Exod. iii, 2, quem locum respicit Clemens, βάτος mascul. « rubum » denotat.

(45) Προκείμενον. Κείμενον Nov.

(46) Ἔτι. Ἔστι Bod., Reg.

(47) Σούσινον. Susinum unguentum ex liliis constare, balano, calamo, et aliis, Plinius docet lib. xiii, c. 1; Dioscorides c. 53, l. iii: huncque explanans Herm. Barbarus in Lexicis desiderari ait ejus nominis causam. Affert Stephanus *De urbibus*: Σοῦσα, πόλις Περσική, κέκληται ἀπὸ κρίνων, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πέφυκεν ἐκείνῃ. Similia et *Etymologicum*: Σοῦσα ὑπὸ Φοινίκων τὰ λείρια λέγεται. Athen. lib. xii, narrans Persarum reges hiemare Susis, ait tradidisse Aristobulum et Charetem, κληθῆναι τὰ Σοῦσα διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου· σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ κρίνον. Id est, σοῦσον id significare Persis, quod κρίνον Græcis, hoc est « lilium; » itaque vertendus et intelligendus est locus ille, ut ambiguitas tollatur, quæ I. Drusium fefellit lib. xii *Observationum* c. 8, non Brodæum lib. i, cap. 2 *Miscell.* In libro *De nominibus Hebraicis*, « Susana, lilium, vel gratia ejus. » Hoc vero loco pro λιρίνων legendum apud Clementem λειρίων, quæ vox alteram speciem liliorum significat. COLLECT.

(48) Λεπτομερές. Idem refert Plinius, *Nat. hist.*, lib. xiii, c. 1: « Susinum quidem tenuissimum omnium est. »

(49) Ἐκ μύρτων καὶ μ. Forsan rectius ἐκ μύρτων καὶ μυῤῥίνης, eodem numero. SYLBURG.

ἐκ ῥόδων ἐμψυκτικόν. Καθόλου γὰρ (50) καὶ ταῦτα εἰς τὴν ἡμετέραν εὐχρηστίαν δεδημιούργηται. « Εἰσακούσατέ μου, » φησὶ, « καὶ ὡς ῥόδον πεφυτευμένον ἐπὶ ῥευμάτων ὑδάτων, βλαστήσατε· ὡς λίβανος εὐωδιάσατε ὀσμήν· καὶ εὐλογήσατε Κύριον ἐπὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Καὶ πολὺς ἂν εἴη ὁ περὶ τούτων λόγος, εἰς τὰς ἀναγκαίους ὠφελείας (51) λεγόντων ἡμῶν τὰ ἄνθη καὶ τὰ ἀρώματα, οὐκ εἰς τὰς ὕβρεις τῆς τρυφῆς γεγονέναι· εἰ δὲ καὶ ἄρα τι συγχωρητέον, ἀπόχρη τῆς ὀδμῆς ἀπολαύειν αὐτοῖς τῶν ἀνθῶν, μὴ καταστεφέτωσαν δέ· πολυωρεῖ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ὁ Πατὴρ, καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ τέχνην τούτῳ παρέχει μόνῳ. Λέγει γοῦν ἡ Γραφή· « Ὕδωρ (52), καὶ πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ γάλα, σεμίδαλιν πυροῦ, καὶ μέλι, αἷμα σταφυλῆς, καὶ ἔλαιον, καὶ ἱμάτιον, ταῦτα πάντα τοῖς εὐσεβέσιν εἰς ἀγαθά. »

A Sciant ex eis quoque componi unguenta, eaque esse admodum utilia. Susinum quidem componitur ex liliis et lerinis. Est autem calefaciens, aperiens, attrahens, humefaciens, abstergens, subtilium tenuiumque partium, bilem movens, molliens. Narcissinum autem, quod componitur ex narcisso, ✠ æque juvat ac susinum. Myrsinum vero, quod ex myrtis et myrsine constat, est constipans; eos autem, qui ex corpore emittuntur, halitus coercet ac continet. Quod ex rosis autem fit, est refrigerans. In summa enim, ut eis bene utamur, ea facta sunt. « Exaudite me, » inquit, « et tanquam rosa plantata in fluentis aquarum, germinate : tanquam libanus, suavem odorem emittite : et benedicite Dominum super opera ejus [a]. » De his autem multa B dici possent, cum nos flores et aromata ad necessarias utilitates, non ad deliciarum insolentiam facta esse dicamus. Quod si est etiam aliquid concedendum, odore florum uti sufficit, nequaquam autem coronentur : hominis enim curam gerit Pater, et ei soli propriam artem præbet. Dicit itaque Scriptura : « Aqua et ignis, et ferrum, et lac, simila frumenti, et mel, sanguis uvæ, et oleum, et vestis, hæc omnia piis ad bona sunt [b]. »

ΚΕΦ. Θʹ.

Πῶς τῷ ὕπνῳ προσενεκτέον.

Ὅπως δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν ὕπνον ἴωμεν, τῶν σωφροσύνης μεμνημένοι παραγγελμάτων, τοῦτο ἤδη λεκτέον. Μετὰ γὰρ τὴν εὐωχίαν εὐλογήσαντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ μεταδόσει τῶν ἀπολαύσεων καὶ τῇ διεκδρομῇ (53) τῆς ἡμέρας, ἐπὶ τὸν ὕπνον παρακλητέον τὸν λόγον, τὴν πολυτέλειαν τῶν ὑποστρωννυμένων, τὰς χρυσοπάστους τάπιδας, καὶ χρυσοποικίλτους ψιλοτάπιδας, ξυστίδας τε ἁλουργὰς, καὶ τοὺς γαυνάκας (54) τοὺς πολυτιμήτους, τά τε ποιητικὰ ῥήγεα (55), τὰ πορφυρᾶ, χλαίνας τ' ἐφύπερθεν οὔλας, καὶ τὰς ὕπνου μαλακωτέρας εὐνὰς παραπεμπομένους. Πρὸς γὰρ τῷ ἐπιψόγῳ τῆς ἡδυπαθείας ἐπιβλαβὴς ἡ ἐν τοῖς χνοώδεσι τῶν πτίλων ἐγκοίμησις, καθάπερ εἰς ἀχανὲς καταπιπτόντων (56) τῶν σωμάτων διὰ τὴν μαλακίαν τῶν στρωμάτων. Οὐδὲ γὰρ συνέχει (57) ἐπιστρεφομένοις τοῖς εὐναζομένοις ἐν αὐτοῖς διὰ τὴν παρ' ἑκάτερα τοῦ σώματος

CAP. IX.

Quomodo se in somno gerere oporteat.

Quomodo autem deinceps nos ad somnum conferamus, sobrietatis præceptorum memores, jam dicendum est. Postquam enim, finito convivio, Deo benedixerimus, quod ea participavimus, quæ suppeditaverit, et ut cum diem feliciter transmitteremus, concesserit, nobis convertenda est ad somnum C oratio : stratorum magnificentiam, pulvinos auro intertextos, auroque variegatas glabras, stragulas, puniceasque xystidas et pretiosissimas gaunacas, et poetica purpurea pallia, vestesque superne molles ac delicatas, et cubilia vel ipso somno molliora valere jubentibus. **80** Nam præterquam quod vituperandæ sint deliciæ, in lanuginosis plumis dormire est noxium, tanquam in vastum quemdam hiatum incidentibus corporibus, propter stratorum mollitiem. Neque enim eos, qui in eis versantur et dormiunt, continent, propterea quod ex utraque parte corporis,

✠ P. 216 ED. POTTER, 183-184 ED. PARIS.

[a] Eccli. XXXIX, 17, 18, 19. [b] Ibid. 31, 32.

(50) *Γάρ*. Δέ Pal., Bod., Reg. Quæ sequuntur e Siracida, διὰ μνήμης recitavit.

(51) *Ἀναγκαίους ὠφ.* Ἀναγκαίας Nov., Reg. Ὠφελείας abest a Nov.

(52) *Ὕδωρ.* Ὕδωρ, πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ ἅλας, καὶ σεμίδαλις πυροῦ, καὶ γάλα, καὶ μέλι, Sirac. Unde apud Clementem σεμίδαλις scribendum pro σεμίδαλιν accusat. Quin etiam in Bod. et Reg. super finalem hujus vocis litteram aliquis σ posuit.

(53) *Διεκδρομῇ.* Ἐκδρομῇ Bod., Reg. Dein ψιλοτάπιδας Nov.

(54) *Γαυνάκας.* Scaliger in hunc Varronis locum *de L. L.* lib. IV : In his multa peregrina, ut sagum, reno Gallica : Gaunacum, majus sagum, et amphimallon : Græca interpretatur Gaunacum, majus sagum, quod esset crassum vestimentum. Aristophanes *Vespis* : Οἱ μὲν καλοῦσι περσίδ', οἱ δὲ καυνάκην. Pollux tamen ibi legit καυδίκην. Apud Athenæum lib. IV, αὔνακας ἀμφιδεδλημένοι, perperam pro γαυνάκας. Vide Hesychium et Pollucem lib. VI et Ælianum *De animal.* lib. XVII, c. 17. Vides ergo Hervetum, ut ut sit, non aberrasse a scopo ; nam Persicum esse vocabulum docet Ælianus, et genus vestis ex murium pellibus. COLLECT. — Scholiastes in marg. Reg. et Bod. : Εἶδος παχέος ὑποστρώματος· οἵτινες καὶ καυνάκας φασὶν, ἐγκειμένου τοῦ νάκους τῷ ὀνόματι, ἵν' ᾖ γηνάκας, τὸ ὑπὸ γῆν διὰ παχύτητα ἐπιστρωννύμενον.

D (55) *Ποιητικὰ ῥήγεα.* In *Odyss.* Γ' Eustath. : Ῥήγεια τὰ περιστρώματα βαπτά, « peristromata tincta. » Quia tamen sæpius eo vocabulo utitur Homer., ideo *Poetica* appellat lib. II Deipnosophist. Homerus, ait Athenæus, e stragulis, quæ substernuntur, λιτά vocat, id est frugalia, nempe candida, nulloque colore tincta : ῥήγεα vero, quæ circumteguntur, et suspenduntur, quia tincta sint, aulæa ; nam ῥῆξαι τὸ βάψαι. COLLECT.

(56) *Καταπιπτ.* Ἐπιπιπτόντων Nov.

(57) *Συνέχει.* Non placet hæc vox ; sed ejus loco quid substitui debeat, nondum constat. Sensus esse videtur, « quod mollia cubilia, quæ ex utraque corporis parte, aggeris cujusdam instar, assurgunt, eos, qui illis indormiunt, non sinant ab uno latere in alterum sese convertere. »

✠cubile aggeris instar assurgat : neque ut cibi concoquantur, permittunt, sed potius incendunt : quod quidem nutrimentum corrumpit. In planis autem et æquatis cubilibus decubitus, qui sunt somni veluti naturale gymnasium, ad nutrimentum digerendum conferunt. Qui autem possunt in aliis volutari cubilibus, somni veluti naturale hoc habentes gymnasium, alimenta facilius digerunt, et se ad omnes casus aptiores efficiunt. Jam vero lecticæ, quæ pedes habent argenteos, magnam arrogantiam arguunt : et ebur quod est in lectulis, cum elephantis corpus reliquit animam, non est usque adeo licitum sanctis hominibus, ut quod iners et ignavum sit quietis artificium. Non est ergo studium in ea conferendum : non est enim possessoribus eorum usus prohibitus, sed quod in eis ponitur studium est prohibitum : non est enim sita in eis felicitas. Rursus autem habet aliquid vanæ gloriæ, qualis in Cynicis fuit, ad dormiendum, quemadmodum Diomedes, se exercere :

Agrestisque bovis constrarat tergora subtus :

nisi forte cogat casus aliquis. Ulysses autem quod in lecto nuptiali claudicabat, supposito lapide corrigebat. Tanta frugalitas, et nativa, nec extrinsecus petita operis simplicitas non solum apud privatos, sed etiam apud veterum Græcorum principes exercebatur. Quanquam quid de iis mihi dicere opus est? Jacob humi dormiebat, et lapis erat ei pulvinus : atque eo quidem tempore dignus est habitus, qui visionem, quæ supra homines esset, videret. Nobis autem, ut rationi convenit, simplici cubili et frugali utendum est, quod habeat id, quod nos juvet moderatum et conveniens : si æstus sit, quod protegat ; si sit frigus, quod foveat. Sit autem lectus non affabre et curiose factus, pedesque habeat planos ac leves : nimis enim curiosæ tornaturæ sæpe reptilium semitæ sunt animantium, dum in incisuris artis circumvolvuntur, et minime dilabuntur. In primis autem cubilis mollities moderate, et prout viros decet, procuranda est : non oportet enim somnum esse plenam corporis solutionem, sed tantum remissionem. Et ideo cum dico esse assumendum non ad otium et socordiam, sed ad

A ὀχθώδη τῆς εὐνῆς ἐπανάστασιν· οὐδὲ ἐπιτρέπει πέττεσθαι σιτία, εἰ μὴ καὶ συγκαίειν μᾶλλον· ὃ δὴ διαφθείρειν (58) τὴν τροφήν. Αἱ δὲ ἐπικλίσεις ταῖς ὁμαλαῖς εὐναῖς, οἷον ὕπνου γυμνάσιον ὑπάρχουσαι φυσικὸν, συνεργοῦσι πρὸς τὴν (59) κατάταξιν (60) τῆς τροφῆς. Οἱ δὲ ἐπικυλίεσθαι δυνάμενοι ἄλλαις εὐναῖς, οἷον ὕπνου γυμνάσιον τοῦτο ἔχοντες φυσικὸν, ῥᾷον κατατάττουσι τὰς τροφὰς, καὶ σφᾶς ἐπιτηδειοτέρους πρὸς τὰς περιστάσεις παρασκευάζουσιν. Ἔτι γε μὴν οἱ ἀργυρόποδες σκίμποδες (61), πολλῆς ἀλαζονείας εἰσὶ κατήγοροι· καὶ ὁ ἐν τοῖς κλινιδίοις ἐλέφας (62), ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος, οὐκ εὐαγὲς ἁγίοις ἀνθρώποις, ἀναπαύσεως τέχνασμα βλακικόν. Οὐ σπουδαστέον ἄρα περὶ αὐτά· οὐ γὰρ ἀπείρηται (63) τοῖς κεκτημένοις ἡ χρῆσις, ἀλλ' ἡ περὶ
B αὐτὰ ἐπιτήδευσις κεκώλυται· οὐ γὰρ ἐν τούτοις τὸ εὔδαιμον. Πάλιν τε αὖ κενοδοξίας ἐστὶ Κυνικῆς, καθάπερ τὸν Διομήδη (64), ἐπιτηδεύειν·

. . . *ὑπὸ δ'* (65) *ἔστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο*,

πλὴν εἰ μὴ ἄρα ἡ περίστασις ἀναγκάζοι. ✠Ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς, τῆς νυμφιδίου κλίνης (66) τὸ σκάζον, λίθῳ ἐπανωρθοῦτο. Τοσαύτη τις εὐτέλεια καὶ αὐτουργία οὐ παρὰ τοῖς ἰδιώταις μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἡγουμένοις τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων ἠσκεῖτο. Καὶ τί μοι τούτων λόγος; ὁ Ἰακὼβ ἐκάθευδεν χαμαὶ, καὶ λίθος αὐτῷ προσκεφάλαιον ἦν· τότε καὶ τὴν ὄψιν τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἰδεῖν κατηξίωται. Ἡμῖν δὲ χρηστέον ἀκολούθως τῷ λόγῳ ἀφελεῖ τῇ εὐνῇ καὶ λιτῇ, σύμ-
C μετρον ἐχούσῃ τὸ παρηγοροῦν· εἰ θέρος εἴη, τὸ σκέπον· εἰ κρύος εἴη, τὸ θάλπον. Ἡ κλίνη δὲ ἀπερίεργος ἔστω, καὶ λείους ἐχέτω τοὺς πόδας· αἱ γὰρ περίεργοι τορνεύσεις, τῶν ἑρπυστικῶν ἔσθ' ὅτε γίγνονται τρίβοι ζώων, περὶ τὰς ἐντομὰς τῆς τέχνης ἐφελισσομένων αὐτῶν, καὶ μὴ ἀπολισθαινόντων. Μάλιστα δὲ τῆς κοίτης τὸ μαλθακὸν συμμέτρως ἀῤῥενιστέον· οὐ γὰρ ἔκλυσιν (67) χρὴ τοῦ σώματος εἶναι παντελῆ τὸν ὕπνον, ἀλλὰ ἄνεσιν. Διὸ καὶ παραλαμβάνεσθαί φημι δεῖν αὐτὸν οὐκ ἐπὶ ῥᾳθυμίᾳ, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῶν πράξεων ἀναπαύλῃ. Ἐπεγερτικῶς οὖν ἀπονυστακτέον. « Ἔστωσαν γὰρ, φησὶν, ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι, καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι

✠ P. 217 ED. POTTER, 184-185 ED. PARIS.

(58) *Διαφθείρειν*. Subaudiendum ἐστίν· vel potius indicative legendum διαφθείρει. SYLBURG.

(59) *Συνεργοῦσι . . . . ἔχοντες φυσικόν*. Hæc absunt a Pal. ms. atque adeo paraphrastica exegesis esse videntur, per inconsiderantiam librariorum in contextum inserta. SYLBURG. — Verum cum ea nostri codices unanimiter retineant, mihi potius videntur, propter φυσικόν repetitum, ut alias per librariorum oscitantiam fieri solet, e Pal. excidisse.

(60) *Κατάταξιν*. A. mavult κατάπεψιν, itemque mox καταπέπτουσι· vulgatum κατάταξις pro « digestione » accipi potest. SYLB.

(61) *Ἀργυρ. σκίμ*. Ἀργυρόποδες καὶ σκίμποδες Nov.

(62) *Ἐλέφας*. His similia sunt, quæ dicit auctor, *Strom*. v, p. 584, 585 : Χρυσὸς μὲν γὰρ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις τε πόλεσιν ἰδίᾳ, καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον χρῆμα· ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώ-
D ματος, οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα, etc. Quæ petita sunt e Platonis lib. x *De legibus* paulo ante finem.

(63) *Ἀπείρηται*. Ἀπήρηται. Bod., Reg.

(64) *Διομήδη*. Διομήδην Bod., Reg. Mox ἔστρωται pro ἔστρωτο Nov.

(65) *Ὑπὸ δ'*. Ex *Iliad*. II, vers. 155.

(66) *Νυμφιδίου κλίνης*. Hervetus antea verterat, « sponsæ. » νυμφίδιος κλίνη, « sponsalis lectus, » ut νυμφίδιος θάλαμος in *Epigrammatibus*. Item νυμφιδίη ἄλοχος, quæ alibi κουριδίη, Antipater, lib. III *Epigram*. *Polluci* lib. III κλίνη γαμική. Apud Homer. Ulysses *Odyss*. Ψ, narrans fabricam sponsalis lecti a se fabricati : Τῷ δ' ἐγὼ ἀμφιβαλὼν θάλαμον δ' ἐμὸν ὄφρ' ἐτέλεσσα πυκνῇσιν λιθάδεσσι. « Huic autem ego jeci thalamum meum, donec perfeci. » Vide num huc respexerit Clemens. COLLECT.

(67) *Οὐ γὰρ ἔκλ*. Chrysologus, « Indulgendum somno est, ut corpus reparet, non resolvat ; et vires renovet, non enervet. »

ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν Κύριον αὐτῶν, ὅτε (68) ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων, ἵνα ἐλθόντος καὶ κρούσαντος, ἀνοίξωσιν εὐθέως αὐτῷ. Μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, οὓς ἐλθὼν ὁ Κύριος ἐγρηγορότας εὕρῃ. » Οὐδὲν γὰρ ἀνδρὸς ὄφελος καθεύδοντος, ὥσπερ οὐδὲ τεθνεῶτος (69)· διὸ πολλάκις καὶ τῆς νυκτὸς ἀνεγερτέον τῆς κοίτης, καὶ τὸν Θεὸν εὐλογητέον· μακάριοι γὰρ οἱ ἐγρηγορότες εἰς αὐτὸν, σφᾶς αὐτοὺς ἀπεικάζοντες ἀγγέλοις, οὓς « ἐγρηγόρους » (70) καλοῦμεν· καθεύδων (71) δὲ ἄνθρωπος οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος. Ὁ δὲ τὸ φῶς (72) ἔχων ἐγρήγορε, « καὶ ἡ σκοτία αὐτὸν οὐ καταλαμβάνει· » οὐδὲ μὴν ὕπνος, ἐπεὶ μὴ σκότος· ἐγρήγορεν ἄρα πρὸς τὸν Θεὸν ὁ πεφωτισμένος· ὁ δὲ τοιοῦτος ζῇ. « Ὃ γὰρ (73) γέγονεν ἐν αὐτῷ, ζωὴ ἦν. » « Μακάριος ἄνθρωπος (74), φησὶν ἡ Σοφία, ὃς εἰσακούσεταί μου, καὶ ἄνθρωπος, ὃς τὰς ἐμὰς ὁδοὺς φυλάσσει, ἀγρυπνῶν ἐπ' ἐμαῖς θύραις, καθ' ἡμέραν τηρῶν σταθμοὺς ἐμῶν εἰσόδων. » « Ἄρ' οὖν μὴ καθεύδωμεν ὡς οἱ λοιποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν, φησὶν ἡ Γραφὴ, καὶ νήφωμεν. Οἱ γὰρ καθεύδοντες νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθύοντες (75), νυκτὸς μεθύσκονται· » τουτέστιν, ἐν τῷ τῆς ἀγνοίας σκότῳ· « ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν. Πάντες γὰρ ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέρας· οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους. » Ἀλλ' ὅς ἐστιν ἡμῖν (76) τοῦ ζῆν τοῦ ἀληθινοῦ καὶ τοῦ φρονεῖν γνησίως μάλιστα κηδεμὼν, ἐγρήγορε χρόνον ὡς πλεῖστον, τὸ μὲν πρὸς ὑγίειαν αὐτοῦ μόνον φυλάττων ἐνταῦθα χρήσιμον, ἔστι δὲ οὐ πολὺ καλῶς εἰς ἔθος ἰών (77). Μελέτη δὲ ἀσκήσεως ἀΐδιον ἐγρήγορσιν ἐκ πόνων γεννᾷ. Μὴ οὖν (78) ἡμᾶς βαρείτων αἱ τροφαὶ, ἐπικουφιζόντων δέ· ἵν' ὅτι μάλιστα μὴ βλαπτώμεθα τῷ ὕπνῳ, καθάπερ τῶν νηχομένων οἱ ἐξηρτημένοι τὰ βάρη· ἔμπαλιν δὲ οἷον ἐξ ἀβύσσου κάτωθεν, τὸ νηφάλιον ἡμᾶς ἀνακουφίσει εἰς τὰς ἐπιβολὰς (79) τῆς ἐγρηγόρσεως. Ἔοικε γὰρ ἡ τοῦ ὕπνου καταφορὰ θανάτῳ, δι' ἄνοιαν (80) εἰς ἀναισθησίαν ὑποφερομένη, τῶν βλεφάρων τῇ ἐπιμύσει τὸ φῶς ἀποτεμνομένη. Τὸ οὖν φῶς τοῦτο οἱ τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ υἱοὶ μὴ ἀποκλείσωμεν θύραζε· ἔνδον δὲ εἰς

A negotiorum ✠ et actionum quietem. Ita ergo dormitandum est, ut facile excitemur. « Sint enim, inquit, vestri lumbi præcincti, et lucernæ ardentes, et vos similes hominibus dominum suum exspectantibus, quando redibit a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit, statim illi aperiant. Beati servi illi, quos veniens Dominus invenerit vigilantes [a]. » Dormientis enim hominis nullus usus, quemadmodum nec mortui. Quocirca sæpe etiam noctu e lecto surgendum est, Deusque est laudandus : beati enim, qui in ipsum vigilarunt, seipsos assimilantes angelis, quos nos ἐγρηγόρους, hoc est *vigiles*, vocamus. Dormiens autem homo nullus ullius est pretii, non magis quam qui non vivit. Qui autem lucem habet, vigilat, « et tenebræ eum non comprehendunt [b]; » B nec itaque somnus, quoniam non tenebræ. Ad Deum ergo vigilavit, qui fuit illuminatus. Qui autem talis est, vivit. « Quod enim factum est in ipso, vita erat [c]. » « Beatus homo, inquit Sapientia, qui me audiet : et homo, qui vias meas custodiet, vigilans in foribus meis, interdiu observans stationem mei ingressus [d]. » « Ne ergo dormiamus ut cæteri, sed vigilemus, et sobrii simus. Qui enim dormiunt, noctu dormiunt : et qui ebrii sunt, noctu ebrii sunt : » hoc est in tenebris ignorantiæ. « Nos autem, qui diei sumus, sobrii simus; omnes enim vos estis filii lucis, et filii diei : non sumus noctis, nec tenebrarum [e] : » sed qui ut vere vivamus recteque sentiamus, nostri maxime curam gerit, plurimo tempore vigilavit, id solum sibi reservans, C quod erat ad suam sanitatem utile. Id autem non usque adeo est usitatum ; sed exercitationis meditatio perpetuas vigilias gignit ex laboribus. Ne cibi ergo nos gravent, sed allevent ; ut quam maxime fieri poterit, somno minime lædamur, ut gravantur natantes, quibus appenduntur onera. Contra autem veluti ex abysso, inferne nos allevabit sobrietas ad paratam vigiliæ stationem. Est enim somnus, qui nos deprimit, morti similis, eo deducens per mentis carentiam ut sensu careamus, et

✠ P. 218 ED. POTTER, 155-186 ED. PARIS.

[a] Luc. xii, 35, 36, 37. [b] Joan. i, 5. [c] Ibid. 3, 4. [d] Prov. viii, 34. [e] I Thess. v, 5, 6, 7, 8.

rather xii. 35.

(68) *Ὅτε*. Ποτε Luc. Mox εὐθέως ἀνοίξωσιν· dein εὑρήσει γρηγοροῦντας ibid.

(69) *Τεθνεῶτος*. Plinius, in procem. *Nat. hist.* « Profecto, inquit, vita, vigilia est. »

(70) *Ἐγρηγόρους*. Inter ordines angelorum numerantur ἐγρήγοροι, Vigiles. Conf. quæ adnotavit Cotelerius ad *Constitut. apost.* lib. viii, c. 12.

(71) *Καθεύδων*. Platonis effatum e lib. vii *De legibus*, p. 892 : Καθεύδων γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος· « Nemo enim, dum dormit, alicujus pretii est, non magis quam si non viveret. » Idem dictum respiciunt Diogenes Laertius lib. iii, seg. 39 ; Julianus imperator, orat. ii, aliique permulti.

(72) *Φῶς*. Respicit Joan. i, 5 : Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.

(73) *Ὃ γάρ*. Conf. *Pædag.* lib. i, cap. 6.

(74) *Ἄνθρωπος*. Ἀνὴρ *Prov.* Mox ὁδοὺς φυλάξει. Dein ὡς καὶ οἱ λ. ibid. Porro φυλάξει habet Pal. ms. et Reg., verum in hoc super τὸ ξ aliquis σσ scripsit.

(75) *Οἱ μεθ.* Οἱ μεθυσκόμενοι νυκτὸς μεθύονται, Thessal.

(76) *Ἡμῖν*. Mallem ἡμῶν, quod habet Plato, cujus hæc ipsa verba sunt, *De legibus* lib. vii, pag. 892 : Ἀλλ' ὅστις τοῦ ζῆν ἡμῶν καὶ τοῦ φρονεῖν μάλιστά D ἐστι κηδεμὼν, ἐγρήγορε χρόνον ὡς πλεῖστον, τὸ πρὸς ὑγίειαν αὐτοῦ μόνον φυλάττων χρήσιμον· ἔστι δὲ οὐ πολὺ, καλῶς εἰς ἔθος ἰόν· « Quare quicunque vivere et sapere cupit maxime, quam longissimo tempore vigilet, sola sanitatis commoditate servata : ad hanc vero non multo opus est somno, si bene assueveris. » Hinc horum verborum sensus apud Clementem quis sit, aperte constat ; quem nec Hervetus, nec Sylburgius assecuti sunt.

(77) *Ἰών*. Scribendum ἰόν neutro genere. Quam lectionem præbet cum Plato, tum etiam Nov. itemque Stobæus, serm. 1 et serm. 30, quibus hanc Platonis sententiam recitavit.

(78) *Μὴ οὖν*. Similia dixit auctor hujusce libri cap. 1.

(79) *Ἐπιβολάς*. Ἐπιπλακάς Nov.

(80) *Δι' ἄνοιαν*. A. cum Herveto interprete legit δι' ἄγνοιαν, « per ignorationem. » SYLBURG.

clausis a ciliis oculis lucem amputat. Hanc ergo lucem, qui sumus veræ lucis filii, ✠ ne foras excludamus; intus autem ad nos conversi, occulti hominis visum illuminantes, et ipsam veritatem contemplantes, et ejus fluxionum effecti participes, vera somnia evidenter prudenterque revelemus. Eorum autem, qui crapula gravantur, ructus; et eorum, qui nimio cibo onusti sunt, oscitationes, stragulisque involutum stertere, ventrumque in arctum compressorum murmura, oculum animæ perspicacem obruunt, mentem infinitis pene phantasiis implendo. Causa autem est alimentum supervacaneum, quod ratiocinativam animæ facultatem eo trahit, ut sensu privetur penitus. Immodicus enim somnus, nec corporibus, nec animis nostris ullam affert utilitatem, nec iis quæ circa veritatem versantur omnino convenit actionibus, etsi sit secundum naturam. **81** Lot autem justus, (regenerationis enim œconomiæ in præsentia mitto expositionem) non ad illum nefarium inductus esset coitum, nisi inebriatus fuisset a filiabus, somnoque gravatus. Si ergo causas, quæ ad multum ac profundum somnum nos impellunt, præciderimus, magis sobrie dormiemus : non enim oportet eos qui inhabitantem et vigilantem intus habent Logon, tota nocte dormire. Noctu autem expergiscendum est, præcipue quando dies desinunt : et huic quidem danda est opera litteris, illi vero ars sua est inchoanda; feminas autem oportet lanificium aggredi. Nobis autem, ut ita dicam, omnibus adversus somnum decertandum est, ita nos paulatim et quasi sensim assuefacientibus, ut majori parte temporis per vigiliam simus vitæ participes. Somnus enim, non secus ac publicanus, dimidium vitæ tempus nobiscum dividit. Longe autem abest, ut permittatur interdiu dormire, cum maximam noctis partem vigiliis impertiamur. Tædia autem et dormitationes, pandiculationes, et oscitationes sunt instabilia animæ fastidia. Postremo autem hoc sciendum est, non esse animæ id quod somno indiget : ipsa enim semper movetur; sed corpus, quod quieti traditur, remittitur, dum interea anima non amplius corporaliter operatur, sed per se ipsa operatur et cogitat : quo fit, ut quæ sunt vera somnia, recte reputanti sint sobriæ animæ cogitationes, dum ea corporis affectionibus non

A ἡμᾶς ἀποστρέψαντες, τοῦ κεκρυμμένου τὰς ὄψεις ἀνθρώπου φωτίσαντες, τήν τε ἀλήθειαν αὐτὴν ἐποπτεύσαντες, καὶ τῶν ταύτης ῥευμάτων μεταλαμβάνοντες, τοὺς ἀληθεῖς τῶν ὀνείρων ἐναργῶς καὶ φρονίμως ἀποκαλυπτώμεθα. Ἐρυγαὶ δὲ οἰνοβαρούντων, καὶ τῶν ἀποσεσαγμένων ταῖς τροφαῖς οἱ ῥωχμοὶ, καὶ τὸ ῥέγχειν τοῖς στρώμασιν ἐνειλημμένον, γαστέρων τε στενοχωρουμένων βορβορυγμοὶ (81), τὸ διορατικὸν τῆς ψυχῆς κατέχωσαν ὄμμα, φαντασιῶν μυρίων τῆς διανοίας ἐμπιμπλαμένης. Αἰτία δὲ ἡ περιττὴ τροφὴ, τὸ λογιστικὸν εἰς ἀναισθησίαν καθέλκουσα. Ὕπνος (82) γὰρ δὴ πολὺς οὔτε τοῖς σώμασιν οὔτε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ὠφέλειαν ἐπιφέρων, οὐδ' αὐταῖς ταῖς περὶ τὴν ἀλήθειαν πράξεσι πάντα ἁρμόττων ἐστὶν, εἰ καὶ κατὰ φύσιν ἐστίν. Λὼτ δὲ ὁ δίκαιος (παραπέμπομαι B γὰρ νῦν τῆς παλιγγενεσίου οἰκονομίας τὴν ἐξήγησιν) οὐκ ἂν ἐπὶ τὴν ἄθεσμον ἐκείνην προήχθη μίξιν, μὴ οὐχὶ καταμεθυσθεὶς πρὸς τῶν θυγατέρων, καὶ ὕπνῳ καρωθείς. Ἢν οὖν τὰ αἴτια τῆς πολλῆς εἰς ὕπνον περικόπτωμεν καταφορᾶς, νηφαλιώτερον κοιμηθησόμεθα (83)· οὐ γὰρ χρὴ (84) παννύχιον εὕδειν τοὺς ἔνοικον ἔχοντας τὸν Λόγον, τὸν ἐγρήγορον. Ἐπεγερτέον δὲ νύκτωρ, μάλιστα ὁπότε αἱ ἡμέραι φθίνουσιν· καὶ τῷ μὲν φιλολογητέον, τῷ δὲ τῆς αὐτοῦ τέχνης ἀπαρκτέον· γυναιξὶ δὲ ταλασίας ἐφαπτέον· πᾶσι δὲ (85), ὡς ἔπος εἰπεῖν, διαμαχητέον ἡμῖν πρὸς τὸν ὕπνον, ἠρέμα ἐκ προσαγωγῆς ἐθίζουσιν, ὡς πλείονα χρόνον τοῦ ζῆν διὰ τὴν ἐγρήγορσιν μεταλαμβάνειν· ὁ γὰρ ὕπνος, ὥσπερ τελώνης, τὸν ἥμισυν ἡμῖν τοῦ βίου συνδιαιρεῖται χρόνον. C Πολλοῦ γε δεῖ μεθ' ἡμέραν ἐπιτρέπειν (86) καθεύδειν τοῖς καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον εἰς ἐγρήγορσιν ἀποτεμνομένοις, ἄλυες (87) δὲ, καὶ νυσταγμοὶ, καὶ διεκτάσεις, καὶ χάσμαι, δυσαρεστίαι ψυχῆς εἰσιν ἀβέβαιοι. Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσιν εἰδέναι, ὡς οὐ ψυχῆς τὸ δεόμενον ὕπνον ἐστίν· ἀεικίνητος γὰρ αὐτή· ἀλλὰ τὸ σῶμα, ἀναπαύλαις διαβασταζόμενον, παρίεται, μὴ ἐνεργούσης ἔτι σωματικῶς τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καθ' αὑτὴν ἐννοουμένης· ᾗ καὶ τῶν ὀνείρων (88) οἱ ἀληθεῖς ὀρθῶς λογιζομένῳ νηφούσης (89) εἰσὶ ψυχῆς λογισμοὶ, ἀπεριστάστου τὸ τηνικάδε οὔσης (90) περὶ τὰς τοῦ σώματος συμπαθείας, καὶ αὐτῆς αὐτῇ τὰ κράτιστα συμβουλευούσης· ψυχῆς δὲ ὄλεθρος τὸ ἀτρεμῆσαι αὐτῇ· διόπερ ἀεὶ τὸν Θεὸν ἐννοουμένη, διὰ τῆς συνεχοῦς D προσομιλήσεως ἐγκαταλέγουσα τῷ σώματι τὴν ἐγρήγορσιν, ἀγγελικῇ τὸν ἄνθρωπον ἐξισάζει χάριτι,

✠ P. 219 ED. POTTER, 186-187 ED. PARIS.

(81) *Βορβορυγμοί.* Κορκορυγμοί Nov.

(82) *Ὕπνος.* Hæc e loco Platonis modo dicto διὰ μνήμης recitat Clemens. Ejus porro verba sic se habent : Ὕπνος γὰρ δὴ πολὺς οὔτε τοῖς σώμασιν, οὔτε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, οὐδ' αὖ ταῖς πράξεσι ταῖς περὶ ταῦτα πάντα ἁρμόττων ἐστὶ κατὰ φύσιν· « Somnus enim multus nec corporibus, nec animis, nec rebus gerendis natura conducit. » Eadem reperias apud Stobæum, Serm. 1 et 30.

(83) *Κοιμηθησόμεθα.* Κοιμησόμεθα Nov.

(84) *Οὐ γὰρ χρή.* Respicit *Iliad.* B principio : *Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. Non decet tota nocte dormire virum consiliarium.* Conf. quæ statuit Plato *De legibus*, lib. VII, p. 892.

(85) *Πᾶσι δέ.* Quæ deinceps sequuntur usque ad hæc verba ἐγρήγορσιν ἀποτεμνομένοις, recitant Antonius et Maximus serm. *De somno.*

(86) *Ἐπιτρέπειν.* Hanc vocem omiserunt Antonius et Maximus.

(87) *Ἄλυες.* Ἄλυες, οἱονεὶ ἐκλύσεις, καὶ πρὸς τὸ δὲ δέον ἀπροσεξίας. Scholiastes in marg. Reg. et Bod.

(88) *Ὀνείρων.* M. Cicero, lib. *De senectute* cap. 22 : « Jam vero videtis nihil esse morti tam simile quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam. Multa enim cum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sunt, cum se plane corporis vinculis relaxaverint. »

(89) *Νηφούσης.* Δέ addit Nov.

(90) *Οὔσης.* Abest a Nov.

τῆς ζωῆς τὸ ἀΐδιον ἐκ τῆς τοῦ ἐγρηγορέναι μελέτης προσλαμβάνουσα.

A trahitur, et ipsa sibi ipsi quæ sunt optima consulat : ✠ animæ autem est interitus, si ipsa apud se omnino quiescat : et ideo Deum mente semper versans, per continuam cum eo consuetudinem corpori vigiliam inserens, angelicæ exæquat hominem gratiæ, vitæ æternitatem ex meditatione vigiliæ suscipiens.

ΚΕΦ. Ι'.

Τίνα διαληπτέον περὶ παιδοποιίας.

Συνουσίας δὲ τὸν καιρὸν μόνοις τοῖς γεγαμηκόσιν ἀπολέλειπται σκοπεῖν· τοῖς δὲ γεγαμηκόσι σκοπὸς ἡ παιδοποιία (91)· τέλος δὲ ἡ εὐτεκνία· καθάπερ καὶ τῷ γεωργῷ τῆς τῶν σπερμάτων καταβολῆς αἰτία μὲν ἡ τῆς τροφῆς προμήθεια, τέλος δὲ αὐτῷ τῆς γεωργίας ἡ τῶν καρπῶν συγκομιδή. Μακρῷ δὲ ἀμείνων γεωργὸς, ὁ ἔμψυχον σπείρων ἄρουραν· ὁ μὲν γὰρ, ἐπικαίρου τροφῆς ὀριγνώμενος, ὁ δὲ, τῆς B τοῦ παντὸς διαμονῆς προμηθούμενος, γεωργεῖ· καὶ ὁ μὲν δι' ἑαυτὸν, ὁ δὲ διὰ τὸν Θεὸν φυτουργεῖ· « Πληθύνεσθε γὰρ, εἴρηκεν· καὶ ὑπακουστέον (92) καὶ κατὰ τοῦτο· Εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ γίνεται (93), καθὸ εἰς γένεσιν ἀνθρώπου ἄνθρωπος συνεργεῖ. » Οὐ πᾶσα οὖν γῆ εὔθετος εἰς σπερμάτων ὑποδοχήν· εἰ δὲ καὶ πᾶσα, ἀλλ' οὐχὶ τῷ αὐτῷ γεωργῷ· οὐδὲ μὴν πέτρᾳ σπαρτέον (94), οὐδὲ καθυβριστέον τὸ σπέρμα, ἀρχηγὸν γενέσεως οὐσίαν, συνεσπαρμένην ἔχουσαν τῆς φύσεως τοὺς λογισμούς· τοὺς δὲ κατὰ φύσιν λογισμοὺς ἀλόγως εἰς τοὺς παρὰ φύσιν καταισχύνειν πόρους ἄθεον κομιδῇ. Ὁρᾶτε γοῦν, ὁ πάνσοφος Μωϋσῆς (95) ὅπως ποτὲ συμβολικῶς τὴν ἄκαρπον ἀποκρούεται σποράν· « Οὐκ ἔδεσαι, λέγων, τὸν λαγὼν, οὐδὲ τὴν ὕαιναν (96). » Οὐ βούλεται τῆς ποιότητος αὐτῶν μεταλαμ- C βάνειν τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ μὴν τῆς ἴσης ἀσελγείας ἀπογεύσασθαι· καταχόρως γάρ τοι περὶ τὰς μίξεις τὰ ζῶα ταῦτα ἐπτόηνται· καὶ τὸν μὲν (97) λαγὼν κατ' ἔτος πλεονεκτεῖν φασι τὴν ἀφόδευσιν (98), εἰς ἀριθμοὺς (99) οὓς βεβίωκεν ἔτεσιν ἴσχοντα τρύπας. Ταύτῃ ἄρα τὴν (1) κώλυσιν τῆς ἐδωδῆς τοῦ λαγὼ παιδεραστίας

✠ P. 220 ED. POTTER, 187-188 ED. PARIS.

CAP. X.

Quænam de procreatione liberorum tractanda sint.

Tempus autem opportunum conjunctionis solis iis relinquitur considerandum, qui juncti sunt matrimonio; qui autem matrimonio juncti sunt, iis scopus est et institutum, liberorum susceptio : finis autem, ut boni sint liberi : quemadmodum agricolæ seminis quidem dejectionis causa est, quod nutrimenti habendi curam gerat; agriculturæ autem finis est, fructuum perceptio. Multo autem melior est agricola, qui terram colit animatam : ille enim ad tempus alimentum expetens, hic vero ut universum permaneat, curam gerens, agricolæ officio fungitur : et ille quidem propter se, hic vero propter Deum plantat ac seminat. Dixit enim : « Multiplicemini ᵃ; » ubi hoc subaudiendum est : « Et ea ratione fit homo Dei imago, quatenus homo cooperatur ad generationem hominis. » Non est quælibet terra apta ad suscipienda semina : quod si etiam sit quælibet, non tamen eidem agricolæ. Neque vero seminandum est supra petram, neque semen est contumelia afficiendum, quod quidem dux est et princeps generationis, estque substantia, quæ simul habet insitas naturæ rationes. Quæ sunt autem secundum naturam rationes, absque ratione præternaturalibus mandando meatibus, ignominia afficere, valde est impium. Videte itaque quomodo sapientissimus Moyses infrugiferam aliquando sationem symbolice repulit : « Non comedes, inquiens, leporem, nec hyænam ᵇ. » Non vult homines esse qualitatis eorum participes, neque eis æqualem

ᵃ Gen. I, 28. ᵇ Deut. XIV, 7.

(91) *Παιδοποιία.* Athenagoras, *Legat.* p. 129, edit. Oxon., dicit uxori operam dandam μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι, « donec liberi generentur; » ὡς γὰρ γεωργὸς καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα, ἄμητον περιμένει, οὐκ ἐπισπείρων· καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας ἡ παιδοποιία· « Quemadmodum enim agricola, postquam in terram semina conjecit, exspectat messem, nihil insuper inferens : ita et nobis quoque finis concupiscentiæ, liberorum procreatio est. » Plura in hunc sensum inferius occurrunt.

(92) *Καὶ ὑπ.* Hoc modo distinguendum cum Herveto : καὶ ὑπακουστέον, Καὶ κατὰ τοῦτο εἰκὼν ὁ ἄνθρ.

(93) *Τοῦ Θεοῦ γ.* Γίνεται τοῦ Θεοῦ inverso ordine Nov. Mox πᾶσα γῆ οὖν εὐθ. Ibid.

(94) *Πέτρᾳ σπαρτέον.* Pal. ms. παρασπαρτέον, ut sit « præter viam seminandum, » aut præter naturam, ut seq. pag. Sed πέτρᾳ, seu πέτραν confirmat χερασβόλα σπείρειν infra pag. 83. De lepore, quæ sequuntur, refert etiam Plutarchus lib. *De non fœnerando*; de hyæna, Ælianus *Animal. hist.* lib. I, c. 25. H. SYLBURG.

(95) *Μωϋσῆς.* Ubi hæc dicit Moyses? Certe nec Levit. XI, nec Deut. XIV, quibus locis varia ciborum genera prohibet, nec forte ullibi alias; verum quæ hic dicit Clemens, sumpsisse videtur e S. Barnabæ epist. cap. 10.

(96) *Τὸν λαγ. οὐδὲ τὴν ὕ.* Τὸν λαγωὸν καὶ ὕαιναν Pal., Bod., Reg.

(97) *Καὶ τὸν μέν.* Barnabas loco superius dicto : Ἀλλὰ καὶ τὸν δασύποδα οὐ φάγῃ, φησίν. Πρὸς τί; Οὐ μὴ γένῃ παιδοφθόρος, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις· ὅτι ὁ λαγωὸς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τὴν ἀφόδευσιν· ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρύπας. « Ad hæc leporem, inquit, non comedes. Quamob- D rem? Scilicet non eris puerorum corruptor, nec similem te iis efficies : quoniam lepus annis singulis anum multiplicat; quotque annos vivit, tot habet foramina. » Ubi de leporum salacitate ac foraminibus conf. quæ adnotavit Cotelerius, ut etiam quæ Clemens mox dicet p. 190.

(98) *Ἀφόδευσιν.* Pro ἀφόδευσιν Hervetus legisse videtur ὀχείαν, dum vertit « multiplicare Venerem; » sed receptam lectionem tuentur ista Plinii lib. VIII, cap. 55 : « Archelaus auctor est, quot sint corporis cavernæ ad excrementa lepori, totidem annos esse ætatis; varius certe numerus reperitur. Idem, utramque vim singulis inesse, ac sine mare æque gignere. » SYLBURG. — Lowthius adnotat, « Vid. Menard. in Epist. Barnabæ n. 10. »

(99) *Εἰς ἀριθμούς.* Scribendum ἰσαρίθμους, « numero æquales. »

(1) *Ἄρα τήν.* Ἄρα καὶ τὴν Nov.

gustare libidinem : hæc enim animalia ad explendum ✠ coitum venereum feruntur insano quodam furore. Ac leporem quidem dicunt quotannis multiplicare anum, pro numero annorum, quos vixit, habentem foramina : et ea ratione dum leporis esum prohibet, significat se dehortari puerorum amorem. Hyænam autem vicissim singulis annis masculinum sexum mutare in femininum : significare autem non esse illi ad adulteria prorumpendum, qui ab hyæna abstinet. Sed non oportere quidem his assimilari animalibus, per eam, quam proponit, interdictionem, sapientissimum Moysen citra ullam dubitationem significare, ego quoque assentior ; non tamen eorum, quæ symbolice dicta sunt, expositioni consentio : nunquam enim naturæ vis potest afferri, ut mutetur : quod autem semel in ipso effictum est, nefas est affectione in contrarium refingi : affectio enim non est natura. Ejus enim, quod formatum est, adulterare characterem, non autem ipsam formam transformare potest affectio. Etsi enim multæ aves dicuntur temporum vicibus mutare et vocem, et colorem : quemadmodum merula ex nigra quidem flava, ex suaviter autem canente obstrepera fieri dicitur : itidem etiam luscinia et colorem, et vocem, alternis mutare asseritur : cæterum non mutant ipsam naturam, ut figura mutata fiat mas ex femina, sed recens quidem pennarum productio, novæ vestis instar, quamdam pennarum tincturam emittit ; sed ea paulo post minis hibernis exhalatur ; sicut flos, dum color flaccessit. Ipsa quoque vox similiter frigore male vexata, marcescit. Cum enim exterior cutis ab aere ambiente densatur, quæ in collo sunt arteriæ compressæ et constipatæ, spiritum quoque comprimunt ; is autem in arctum valde coactus, suffocatum et oppressum edit sonum. Rursus itaque ambienti aeri assimilatur, et vere relaxatus ex angustiis liberatur spiritus, qui fertur per dilatatas, quæ tunc clausæ erant, arterias. **82** Non profert itaque amplius cantum flaccidum et languidum, sed jam emittit canorum : etiam vox eorum latius diffunditur, et jam vocis avium quasi ver fit cantus. Nequaquam ergo credendum est, hyænam unquam mu-

ἐμφαίνειν ἀποτροπήν. Τὴν δὲ ὕαιναν (2) ἐναλλὰξ ἀμείβειν τὸ ἄῤῥεν εἰς τὸ θῆλυ παρ' ἔτος ἕκαστον· αἰνίττεσθαι δὲ, μὴ χρῆν ἐπὶ μοιχείας ὁρμᾷν τὸν τῆς ὑαίνης ἀπεχόμενον. Ἀλλὰ τὸ μὲν μὴ δεῖν ἐξομοιοῦσθαι τοῖσδε τοῖς ζώοις, διὰ τῆς προκειμένης ἀπαγορεύσεως ὁμολογουμένως τὸν πάνσοφον Μωϋσέα αἰνίττεσθαι, σύμφημι κἀγώ· οὐ μέντοι (3) τῇδε ἐξηγήσει τῶν συμβολικῶς εἰρημένων συγκατατίθεμαι· οὐ γὰρ ἄν ποτε βιασθείη φύσις εἰς μεταβολήν· τὸ δὲ ἅπαξ πεπλασμένον εἰς αὐτὴν οὐ θέμις ἀντιπλασθῆναι πάθει· τὸ γὰρ πάθος οὐ φύσις· παραχαράττειν δὲ, οὐ μετακοσμεῖν, τὸ πάθος εἴωθε τὴν πλάσιν. Εἰ γὰρ καὶ τῶν ὀρνέων πολλὰ μεταβάλλειν κατὰ τὰς ὥρας λέγεται καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὴν φωνήν· οἷον ὁ κόσσυφος, ξανθὸς μὲν ἐκ μέλανος, παταγητικὸς δὲ ἐξ ᾠδικοῦ γενόμενος· ὡσαύτως δὲ καὶ ἀηδὼν καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὴν ᾠδὴν συμμεταβάλλει ταῖς τροπαῖς· ἀλλ' οὔ τί γε τὴν φύσιν αὐτὴν ἀμείβουσιν, ὡς θῆλυ (4) γίγνεσθαι ἐκ τοῦ ἄῤῥενος κατὰ μετασχηματισμόν· ἀλλ' ἡ μὲν (5) τῶν πτερῶν νεοφυΐα νεαρᾶς ἐσθῆτος δίκην ἐξανθεῖ βαφήν τινα πτερῶν· ὀλίγῳ δ' ὕστερον διαπνεῖ κατὰ τὴν χειμέριον ἀπειλὴν, καθάπερ ἄνθος μαραινομένης τῆς χρόας· ἡ φωνὴ δὲ καὶ αὐτὴ τὸν ὅμοιον τρόπον, τῷ κρύει πεπονημένη, μαραίνεται· πυκνουμένης γὰρ τῆς ἐπιφανείας ἐκ τοῦ περιέχοντος, αἱ περὶ τὸν αὐχένα πιεζόμεναί τε καὶ πυκνούμεναι ἀρτηρίαι προσαναθλίβουσι τὸ πνεῦμα· στενοχωρούμενον δὲ ἄγαν τοῦτο, πνιγόμενον ἀποδίδωσι τὸν ἦχον. Αὖθις οὖν συνεξομοιούμενον τῷ περιέχοντι, καὶ τῷ ἦρι συγχαλώμενον, ἐλευθεροῦται μὲν τῆς στενοχωρίας τὸ πνεῦμα, φερόμενον δι' εὐρυχώρων, τῶν τέως μεμυκότων (6), ἀρτηριῶν· οὐ μινυρίζει δὲ ἔτι τὸ μέλος τὸ μεμαραμμένον, ἀνθεῖ δὲ ἤδη λιγυρὸν, καὶ χεῖται πλατύτερον τὸ φθέγμα αὐτῶν· καὶ ἤδη γίνεται τῆς φωνῆς τῶν ὀρνέων ἔαρ ἡ ᾠδή. Οὔκουν οὐδὲ τὴν ὕαιναν μεταβάλλειν τὴν φύσιν πιστευτέον ποτέ· οὐδὲ γὰρ αἰδοῖα ἔχει τὸ αὐτὸ ζῶον ἅμα ἄμφω, ἄῤῥενος καὶ θήλεος, καθὼς ὑπειλήφασί τινες, Ἑρμαφροδίτους τερατολογοῦντες (7), καὶ τρίτην ταύτην μεταξὺ θηλείας καὶ ἄῤῥενος, ἀνδρόγυνον καινοτομοῦντες φύσιν. Ἀπατῶνται δὲ εὖ μάλα, τὸ φιλότεχνον τῆς παμμήτορος καὶ γενεσιουργοῦ φύσεως μὴ νοήσαντες· ἐπεὶ γάρ (8) ἐστι τοῦτο λαγνίστατον

✠ P. 221 ED. POTTER, 188-189 ED. PARIS.

(2) *Τὴν δὲ ὕαιναν*. Barnabas loco superius dicto : Ἀλλὰ οὐδὲ τὴν ὕαιναν φάγῃ. Οὐ μὴ, φησὶ, γένῃ μοιχὸς, οὐδὲ φθορεὺς, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις. Πρὸς τί ; Τοῦτο γὰρ τὸ ζῶον παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλάσσει τὴν φύσιν, καὶ ποτὲ μὲν ἄῤῥεν, ποτὲ δὲ θῆλυ γίγνεται. « Sed nec hyænam manducabis. Non eris, inquit, adulter, neque corruptor, nec talibus assimilaberis. Quare ? Quia istud animal annuatim sexum mutat, et modo mas, modo femina est. » Ubi conf. quæ adnotavit Cotelerius.

(3) *Οὐ μέντοι*. De hyæna cum Clemente negat etiam Aristoteles *Histor. animal.* lib. VI, c. 32. SYLBURG. — Porro hoc loco Clemens Barnabæ contradicit ; sed, tanti viri reverentia ductus, nomen ejus reticet.

(4) *Ὡς θῆλυ*. Ὡς καὶ θῆλυ Nov.

(5) *Ἀλλ' ἡ μέν*. Ὡραῖον ἄγαν τὸ χωρίον τῇ φράσει ἐξηνθισμένον, inquit Scholiastes in marg. Reg. et Bod.

(6) *Μεμυκότων*. Grammaticæ regula postulat μεμυκυιῶν ἀρτηριῶν· nisi neutro genere scriptum putes μεμυκότων ἀρτηριῶν, sc. ὀργάνων, ἀγγείων· quod est insolens. SYLBURG.

(7) *Ἑρμαφροδίτους τερατ*. Atqui juris auctores hoc statuunt, lib. X *D. De stat. hom.* lib. XVI, sect. 1, de testibus : et boni auctores, A. Gellius lib. IX, cap. 2. Ausonius, epigram. 98, et confirmat experientia. R. SYLBURG.

(8) *Ἐπεὶ γάρ*. Hæc, paucis mutatis, Eustathius in Comment. in *Hexaemeron* p. 38, transtulit : Τὸ γὰρ ζῶον, ἀσελγέστατον πάνυ ὑπάρχον, πρὸ τοῦ πόρου ὑπὸ τὴν κέρκον ἐξοχὴν κέκτηται, αἰδοίῳ θηλυκῷ παραπλήσιον· ὅπερ (scribe ἥπερ) οὐκ ἔχει πόρον, ἢ μόνην τὴν κοιλότητα εἰς οὐδὲν μέτρας χρειῶδες καθεστηκυῖαν, καὶ κενὴν μόνην λαγνείαν δέχεται. Διὰ γοῦν τὸν ὑπερβάλλοντα πασχητιασμὸν τοῦτο ὁ ἄῤῥην καὶ ἡ θήλεια ἔχουσι τὸ ἰδίωμα· ὅταν γὰρ οἱ πόροι πεπληρωμένοι ἀσχολοῦνται περὶ τὴν κύησιν, ἐν ἀλλήλοις τὴν παρὰ φύσιν μίξιν ἐργάζονται. Ὅθεν σπανιώτατόν ἐστιν εὑρεῖν θήλειαν ὕαιναν· οὐ γὰρ συνεχεῖς αἱ κυήσεις τῷ ζώῳ γίγνονται. « Nam animal

τὸ ζῶον, ἡ ὕαινα, ὑπὸ τὴν κέρκον πρὸ τοῦ πόρου A τῆς περιττώσεως πέφυκεν αὐτῇ ἐξοχή τις σαρκικὴ, παραπλησία τῷ σχήματι αἰδοίῳ θηλυκῷ· πόρον δὲ οὐδένα ἔχει τοῦτο τῆς σαρκὸς τὸ σχῆμα, εἴς τι χρειῶδες ἀπολῆγον, ἢ εἰς μήτραν, ἢ εἰς ἀπευθυσμένον λέγω· μόνην δὲ ἄρα κοιλότητα ἔχει πολλὴν, ἣ τὴν λαγνείαν ὑποδέχεται τὴν κενὴν, ὅτ' ἂν ἀποστραφῶσι περὶ τὴν ἀποκύησιν ἀσχολούμενοι τῆς ἀποτέξεως οἱ πόροι. Τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο ἄῤῥενί τε καὶ θηλείᾳ προσπέφυκεν ὑαίνῃ διὰ τὸν ὑπερβάλλοντα παχητιασμόν· ἀλληλίζει γὰρ καὶ ὁ ἄῤῥην, ὅθεν καὶ σπανιώτατα θήλειαν ἔστιν ὕαιναν λαβεῖν· οὐ γὰρ συνεχεῖς αἱ κυήσεις τῷ ζώῳ γίγνονται τούτῳ, πλεοναζούσης ἐν αὐτοῖς ἀδεῶς τῆς παρὰ φύσιν σπορᾶς. Ταύτῃ μοι δοκεῖ καὶ ὁ Πλάτων ἐν *Φαίδρῳ* τὴν B παιδεραστίαν ἀποκρουόμενος, θηρίον αὐτὴν προσειπεῖν, ὅτι τὸν χαλινὸν ἐνδακόντες οἱ ταῖς ἡδοναῖς ἔκδοτοι λάγνοι, τετραπόδων νόμῳ βαίνουσιν, καὶ παιδοσπορεῖν ἐπιχειροῦσιν. Τοὺς « δὲ » ἀθέους « παρέδωκεν ὁ Θεὸς, » ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος « εἰς πάθη ἀτιμίας· αἵ τε γὰρ θήλειαι (9) αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν· ὁμοίως δὲ (10) καὶ οἱ ἄῤῥενες αὐτῶν (11), ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄῤῥενες ἐν ἄῤῥεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. » Καίτοι οὐδὲ τοῖς λαγνιστοτάτοις (12) τῶν ζώων συγκεχώρηκεν ἡ φύσις τὴν τῆς περιττώσεως πόρον ἐπιθοροῦν· τὸ μὲν γὰρ οὖρον εἰς κύστιν ἀποκρίνεται, ἡ δὲ ἐξυγρασμένη C τροφὴ εἰς κοιλίαν· τὸ δάκρυον δὲ εἰς ὄμμα· αἷμα εἰς φλέβας· ῥύπος εἰς ὦτα· μύξαι ἐπὶ τὰς ῥῖνας καταφέρονται· συνεχὴς δὲ ἡ (13) ἕδρα τῷ πέρατι τοῦ ἀπευθυσμένου, δι' ἧς ἀποπτύεται τὰ περιττώματα. Μόνῃ δὲ ἄρα ἐπὶ τῶν ὑαινῶν ἡ ποικίλη φύσις ταῖς ὀχείαις ταῖς περιτταῖς μόριόν τι τοῦτο ἐπινενόηκε περιττόν· διὸ καὶ μέχρι τινὸς κοῖλόν ἐστιν εἰς διακονίαν κνηστιώντων μορίων· ἀποτυφλοῦται δὲ ἐντεῦθεν ἡ κοιλότης· οὐ γὰρ εἰς γένεσιν δεδημιούργηται. Ἐντεῦθεν συμφανὲς ἡμῖν ὁμολογουμένως, παραιτεῖσθαι δεῖν τὰς ἀῤῥενομιξίας, καὶ τὰς ἀκάρπους σπορὰς, καὶ τὰς κατόπιν εὐνὰς, καὶ τὰς ἀσυμφυεῖς ἀνδρογύνους κοινωνίας· ἑπομένους τῇ φύσει αὐτῇ, ἀπαγορευούσῃ διὰ τῆς τῶν μορίων κατασκευῆς, οὐκ εἰς παραδοχὴν σπέρματος, εἰς δὲ τὴν πρόεσιν (14) αὐτοῦ, τὸ ἄῤῥεν D ἀνδρώσασα. Ὁ δὲ Ἱερεμίας ὁπηνίκα ἂν φῇ, τοῦτ' ἔστι δι' αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα· « Σπήλαιον (15) ὑαίνης

tare naturam : idem enim animal non habet simul ambo pudenda maris et feminæ, sicut nonnulli existimarunt, qui prodigiose ✠ hermaphroditos finxerunt, et inter marem et feminam, hanc masculofeminam naturam innovarunt. Valde autem falluntur, ut qui non animadverterint, quam sit filiorum amans omnium mater et genitrix Natura : quoniam enim hoc animal, hyæna inquam, est salacissimum, sub cauda ante excrementi meatum, adnatum est ei quoddam carneum tuberculum, feminino pudendo figura persimile. Nullum autem meatum habet hæc figura carnis, qui in utilem aliquam desinat partem, vel in matricem inquam, vel in rectum intestinum : tantum habet magnam concavitatem, quæ inanem excipiat libidinem, quando aversi fuerint meatus, qui in concipiendo fetu occupati sunt. Hoc ipsum autem et masculo et feminæ hyænæ adnatum est, quod sit insigniter pathica : masculus enim vicissim et agit, et patitur : unde etiam rarissime inveniri potest hyæna femina : non enim frequenter concipit hoc animal, cum in eis largiter redundet ea, quæ præter naturam est, satio. Hac etiam ratione mihi videtur Plato in *Phædro*, amorem puerorum repellens, eum appellare bestiam, quod frenum mordentes, qui se voluptatibus dedunt, libidinosi, quadrupedum coeunt more, et filios seminare conantur. Impios « autem tradidit Deus, » ut ait Apostolus [a], « in perturbationes ignominiæ : nam et feminæ eorum mutaverunt naturalem usum in eum, qui est præter naturam : similiter autem et masculi eorum, relicto usu naturali, exarserunt in desiderio sui inter se invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, et mercedem, quam oportuit, erroris sui in se recipientes. » At vero ne libidinosissimis quidem animantibus concessit natura in excrementi meatum semen immittere : urina enim in vesicam excernitur, humefactum alimentum in ventrem, lacryma vero in oculum, sanguis in venas, sordes in aures, mucus in nares defertur : fini autem recti intestini, sedes cohæret, per quam excrementa exponuntur. Sola ergo varia in hyænis natura, superfluo coitui superfluam hanc partem excogitavit, et ideo est etiam aliquantisper concavum, ut prurientibus partibus inserviat, exinde autem excæcatur concavitas : non fuit enim res fabricata ad generationem. Hinc nobis manifestum atque

✠ P. 222 ED. POTTER, 189-190 ED. PARIS.

[a] Rom. I, 26, 27.

hoc (hyæna) cum perditæ sit libidinis, præter foramen, quod sub cauda est, tumorem pudendo mulieris non dissimilem continet, in quo foramen pervium non est, sed tantum cavitas, quæ nullum vulvæ usum exhibere valet, sed duntaxat inanis libidinis receptaculum extuberat. Propter igitur immensam muliebria patiendi appetentiam, utrique, mari ac feminæ, singularis hæc proprietas dicitur inesse : dum enim plena foramina in conceptu salvando occupantur, inter se contra naturam misturam faciunt. Unde rarissime invenitur femina hyæna : nam hoc animal non frequenter concipit. »

(9) *Αἵ τε γὰρ θ.* Scholiastes in marg. Reg. et Bod. Οὐκ ἀλλήλαις βαίνουσι δηλαδὴ, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσι παρέχουσιν ἑαυτάς. Οὕτω Ἀναστάσιος ἐν τῷ εἰς τὴν πρὸς Κορινθίους ἐξηγητικῷ.

(10) *Δέ.* Τέ Rom. ubi etiam passim ἄρσενες per σ.

(11) *Αὐτῶν.* Abest a Rom. Mox χρῆσιν τῆς θηλείας. Ibid.

(12) *Λαγνιστοτάτοις.* Scribe λαγνιστάτοις, quod habent Reg. et Bod.

(13) *Συνεχὴς δὲ ἡ.* Συνεχὴς δὲ ἄρα ἡ Nov.

(14) *Πρόεσιν.* Προαίρεσιν Nov. Mox super finalem α in ἀνδρώσασα aliquis scripsit η in Bod. et Reg. perinde ac si vera lectio esset ἀνδρωσάσῃ, recte.

(15) *Σπήλαιον.* Μὴ σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοί; Jerem. Apud eumdem cap. VII, 11 :

※ adeo in confesso est, vitandos esse cum masculis concubitus, et infrugiferas sationes, et Venerem præposteram, et quæ natura coalescere non possunt, androgynorum conjunctiones, ipsam naturam sequentibus, quæ id per partium prohibet constitutionem, ut quæ masculum non ad semen suspiciendum, sed ad id effundendum fecerit. Jeremias autem, hoc est, per ipsum loquens Spiritus, quando dicit: « Spelunca hyænæ facta est domus mea [a], » id quod ex mortuis constabat corporibus detestans alimentum, sapienti allegoria reprehendit cultum simulacrorum: vere enim oportet ab idolis esse puram domum Dei viventis. Rursus Moyses lepore quoque vesci prohibet. Omni enim tempore coit lepus, et salit, assidente femina, eam a tergo aggrediens: est enim ex iis, quæ retro insiliunt. Concipit autem singulis mensibus, et superfetat; init autem, et parit; postquam autem peperit, statim a quovis initur lepore (neque enim uno contenta est matrimonio) et rursus concipit, adhuc lactans: habet enim matricem, cui sunt duo sinus, et non unus solus matricis vacuus sinus, est ei sufficiens sedes ad receptaculum coitus (quidquid enim est vacuum, desiderat repleri); verum accidit, ut cum uterum gerunt, altera pars matricis desiderio teneatur et libidine furiat; quocirca fiunt eis superfetationes. A vehementibus ergo appetitionibus, mutuisque congressionibus, et cum prægnantibus feminis conjunctionibus, alternisque initibus, puerorumque stupris, adulteriis et libidine abstinere, hujus nos ænigmatis adhortata est prohibitio. Idcirco aperte, et non per ænigmata Moyses prohibuit, « Non fornicaberis; non mœchaberis; pueris stuprum non inferes [b], » inquiens. Logi itaque præscriptum totis viribus observandum, neque quidquam contra leges ullo modo faciendum est, neque mandata sunt infirmanda. Malæ enim cupiditati nomen est ὕβρις, « petulantia; » et equum cupiditatis, « petulantem » vocavit Plato, cum legisset, « Facti estis mihi equi furentes in feminas [c]. » Libidinis autem supplicium notum nobis facient illi, qui Sodomam accesserunt, angeli. Ii eos, qui probro illos afficere voluerunt, una cum ipsa civi-

A γέγονεν ὁ οἶκός μου· » τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν σωμάτων μυσαττόμενος τροφὴν, ἀλληγορίᾳ σοφῇ τὴν εἰδωλολατρείαν διαβέβληκε· δεῖ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἁγνὸν εἰδώλων τὸν τοῦ ζῶντος οἶκον εἶναι Θεοῦ. Πάλιν ὁ Μωϋσῆς καὶ τὸν λαγὼν ἐσθίειν ἀπαγορεύει· ὀχεύει γὰρ πᾶσαν τὴν ὥραν ὁ λαγώς· καὶ ἐπιβαίνει, συγκαθεσθείσης τῆς θηλείας, κατόπιν ἐπιών· ἔστι γὰρ ὀπισθοβατικόν· κυεῖ δὲ κατὰ μῆνα, καὶ ἐπικυΐσκεται· ὀχεύεται δὲ (16), καὶ τίκτει· τεκοῦσα (17) δὲ, εὐθὺς ὀχεύεται ὑφ' οὗ ἂν τύχῃ λαγωοῦ· οὐ γὰρ ἑνὶ ἀρκεῖται γάμῳ· καὶ συλλαμβάνει πάλιν, ἔτι θηλαζομένη· ἔχει γὰρ τὴν ὑστέραν δικρόαν· καὶ οὐχὶ τὸ κένωμα μόνον τῆς ὑστέρας ἱκανὸν αὐτῇ γίνεται συνουσίας ὁρμητήριον· τὸ γὰρ κενὸν (18) πᾶν ἐπιθυμεῖ πληρώσεως· συμβαίνει δ' ὅτ' ἂν κυῶσι, θάτερον μέρος B τῆς ὑστέρας κατέχεσθαι τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ὀργᾷν· διὰ τοῦτο ἐπικυήσεις γίνονται αὐτοῖς. Ἀπέχεσθαι τοίνυν σφοδρῶν τε ὀρέξεων, καὶ ἐπαλλήλων συνουσιῶν, καὶ τῆς πρὸς τὰς ἐγκύους (19) ὁμιλίας, καὶ ἀλληλοβασίας, καὶ παιδοφθορίας, καὶ μοιχείας, καὶ λαγνείας, ἡ τοῦ αἰνίγματος τοῦδε ἀπαγόρευσις παρῄνεσεν. Ταύτῃ τοι ἀναφανδὸν, οὐ δι' αἰνιγμάτων ἔτι, ὁ αὐτὸς ἀπηγόρευσε Μωϋσῆς, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ· « Οὐ πορνεύσεις· Οὐ μοιχεύσεις· Οὐ παιδοφθορήσεις (20), » λέγων. Τὸ δὲ διάταγμα τοῦ Λόγου παντὶ διατηρητέον σθένει, καὶ οὐδὲν οὐδαμῶς παρανομητέον, οὐδὲ ἀκυρωτέον τὰς ἐντολάς· ἐπιθυμίᾳ γὰρ κακῇ ὄνομα ὕβρις· καὶ τὸν τῆς ἐπιθυμίας ἵππον « ὑβριστὴν » ὁ Πλάτων (21) προσεῖπεν, « Ἵπποι θηλυμανεῖς, ἐγενήθητέ (22) μοι, » ἀναγνούς. Τὴν δὲ ἐπὶ τῇ ὕβρει δίκην C γνωριοῦσιν ἡμῖν (23) οἱ εἰς τὰ Σόδομα παραγεγονότες ἄγγελοι. Οὗτοι τοὺς πειρᾷν (24) ἐθελήσαντας σφᾶς ἐπαισχῦναι αὐτῇ πόλει κατέφλεξαν, δεῖγμα ἐναργὲς τοῦτο λαγνείας ἐπικάρπιον, τὸ πῦρ, ὑπογράφοντες. Τὰ γὰρ τῶν παλαιῶν συμπτώματα, ὡς καὶ πρόσθεν εἴπομεν, εἰς τὴν ἡμετέραν ἀναγεγράφαται (25) νουθεσίαν, ὡς μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐνσχεθῆναι· φυλάξασθαι δὲ μὴ περιπεσεῖν τοῖς ἴσοις. Χρὴ δὲ υἱοὺς μὲν ἡγεῖσθαι τοὺς παῖδας· εἰς δὲ τὰς γυναῖκας τὰς ἀλλοτρίας ὡς ἰδίας ἀφορᾷν θυγατέρας· κρατεῖν τε (26) ἡδονῶν, γαστρός τε ἔτι καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα δεσπόζειν, ἀρχικώτατον. Εἰ γὰρ οὐδὲ τὸν δάκτυλον ὡς ἔτυχε σαλεύειν τῷ σοφῷ ὁ λόγος ἐπιτρέπει, ὡς ὁμολογοῦσιν οἱ

※ P. 233 ED. POTTER, 190-191 ED. PARIS.

[a] Jer. XII, 9. [b] Exod. XX, 14. [c] Jer. V, 8.

D

Μὴ σπήλαιον λῃστῶν ὁ οἶκός μου. Quæ loca Clemens commiscuisse videtur.

(16) *Δέ*. Abest a Bod., Reg.

(17) *Τεκοῦσα*. Hæc etiam a Clemente sumpsit Eustathius Operis modo laudati pag. 39: Ὁ δὲ λαγωὸς πρὸς συνουσίαν ἐστὶν ἀκρατέστερος. Ἡ δὲ θήλεια κατὰ μῆνα τίκτει, καὶ τεκοῦσα πάλιν ὑπὸ τοῦ τυχόντος λαγωοῦ ὀχεύεται, καὶ συλλαμβάνει ἔτι θηλαζομένη· οὐ γὰρ ἀρκεῖται ἑνί· « Lepus est in coitu intemperantior. Femina quolibet mense parit: cum peperit, rursus a lepore, quemcumque sors obtulerit, initur, et adhuc lactans, concipit; nec enim uno contenta est. »

(18) *Τὸ γὰρ κενόν*. Sic Aristoteles *Ethic. Nicomach.* lib. III, c. 13: Ἀναπλήρωσις γὰρ τῆς ἐνδείας ἡ φυσικὴ ἐπιθυμία. H. SYLB.

(19) *Ἐγκύους*. Ἀγκύλους. Bod. Reg. mendose.

(20) *Οὐ παιδοφθ.* Conf. quæ superius dicta sunt ad *Protrept.* p. 67, edit. Paris.

(21) *Πλάτων*. Platonis verba occurrunt in ejus *Phædro*, p. 1226, 1227, quo loco petulantem pravamque animam comparat equo σκολιῷ, ὑβριστῇ, ἀλαζονείας καὶ ὕβρεως ἑταίρῳ, etc.

(22) *Ἐγενήθητε*. Ἐγενήθησαν apud Jerem., et postea *Strom.* III, p. 469.

(23) *Ἡμῖν*. Ὑμῖν Bod.

(24) *Πειρᾷν*. Περᾷν Reg. Bod., quorum in marg. Scholiastes hæc adnotavit: Οὐ πειρᾷν, ἀλλὰ περᾷν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ περαίνειν· ἐμφαντικώτερον γὰρ τὸ πειρᾷν τοῦ περᾷν πρὸς τὸ τῆς λαγνείας αἰσχρόν.

(25) *Ἀναγεγράφαται*. Potest etiam communiter scribi ἀναγέγραπται. A. SYLBURG.— Respicit auctor I Cor. X, 11: Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν.

(26) *Κρατεῖν τε*. Κρατεῖν δέ Nov.

Στωϊκοὶ, πῶς οὐχὶ πολὺ πλέον τοῦ συνουσιαστικοῦ A ἐπικρατητέον μορίου τοῖς σοφίαν διώκουσιν; Ταύτῃ μοι δοκεῖ καὶ ὠνομάσθαι αἰδοῖον, ὅτι χρὴ παντὸς μᾶλλον τούτῳ τοῦ σώματος τῷ μέρει χρῆσθαι μετὰ αἰδοῦς. Ἡ γὰρ φύσις, ὥσπερ καὶ ταῖς τροφαῖς, οὕτω δὲ καὶ τοῖς κατὰ νόμον γάμοις, ὅσον οἰκεῖον καὶ χρήσιμον καὶ εὐπρεπὲς, χρῆσθαι ἐπέτρεψεν ἡμῖν· ἐπέτρεψε δὲ ὀρέγεσθαι παιδοποιίας. Ὅσοι δὲ τὴν ὑπερβολὴν διώκουσι, πταίουσι περὶ τὸ κατὰ φύσιν, σφᾶς αὐτοὺς βλάπτοντες κατὰ τὰς παρανόμους συνουσίας. Ἔχει γὰρ ὀρθῶς παντὸς μᾶλλον, μή ποτε κοινωνεῖν, καθάπερ θηλειῶν, πρὸς μῖξιν (27) ἀφροδισίων τοῖς νέοις. Διὸ καὶ « Μὴ εἰς (28) πέτρας τε καὶ λίθους σπείρειν, » φησὶν ὁ ἐκ Μωϋσέως φιλόσοφος· « ὅτι μήποτε φύσιν τὴν αὐτοῦ ῥιζόθεν λήψεται γόνιμον. Πάνυ γοῦν ἐμφανέστατα διὰ Μωϋσέως ὁ Λόγος παρήγγειλε. B « Καὶ μετὰ ἄρρενος οὐ κοιμηθήσῃ κοίτην γυναικείαν· βδέλυγμα γάρ ἐστι. » Πρὸς δὲ, « καὶ ἀρούρης (29) θηλείας ἀπέχεσθαι πάσης » ὅτι μὴ τῆς ἰδίας, ὁ καλὸς, ἐκ τῶν θείων ἀναλεγόμενος Γραφῶν, συνεβούλευσε Πλάτων, ἐκεῖθεν τὸ νόμιμον ἐκλαβών· « Καὶ πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου οὐ δώσεις κοίτην σου (30) σπέρματος, τοῦ ἐκμιανθῆναι πρὸς αὐτήν. Ἄθετα (31) δὲ παλλακίδων σπέρματα καὶ νόθα. Μὴ σπεῖρε (32), οὗ μὴ βούλοιο ἄν σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν· μηδὲ μὴν ἅπτεσθαι τινὸς, πλὴν γαμετῆς, τὸ παράπαν, τῆς ἑαυτοῦ (33) γυναικὸς, » ἐξ ἧς μόνης καρποῦσθαι τὰς σαρκὸς ἡδονὰς δίκαιον εἰς διαδοχὰς γνησίας. Νόμιμα γὰρ ταῦτα μόνα τῷ Λόγῳ. Θείας γέ τοι μοίρας τῆς δημιουργικῆς μεταλαβόντας, σπέρμα οὐκ ἐκριπτέον, οὐδὲ καθυβριστέον, οὐδὲ μὴν κερασβόλα C σπαρτέον. Ὁ γοῦν αὐτὸς οὗτος Μωϋσῆς καὶ ταῖς γαμεταῖς αὐταῖς ἀπαγορεύει πλησιάζειν, ἣν ταῖς ἐπιμηνίοις καθάρσεσιν ἐνεσχημέναι τύχωσιν. Οὐ γάρ πω εὔλογον, τῷ ἀποκαθάρματι τοῦ σώματος τὸ γονιμώτατον τοῦ σπέρματος, καὶ μετ' ὀλίγον ἄνθρωπον, μολύνειν· οὐδὲ μὴν (34) ἀποκλύζειν τῷ ῥυπαρῷ τῆς ὕλης ῥεύ-

A tate ✠ combusserunt, evidenti hoc indicio ignem, qui est fructus libidinis, describentes. Quæ enim veteribus acciderunt, sicut ante diximus, ad nos admonendos scripta sunt, ne eisdem teneamur vitiis, et caveamus, ne in pœnas similes incidamus. Oportet autem filios existimare, pueros; uxores autem alienas intueri tanquam proprias filias: voluptates quippe continere, ventrique et iis quæ sunt infra ventrem, dominari, est maximi imperii. Si enim ne digitum **83** quidem temere movere permittit sapienti ratio, ut confitentur Stoici, quomodo non multo magis iis, qui sapientiam persequuntur, in eam, qua coitur, particulam dominatus est obtinendus? Atque hac quidem de causa videtur esse nominatum pudendum, quod hac corporis parte magis, B quam qualibet alia, cum pudore utendum sit; natura enim sicut alimentis, ita etiam legitimis nuptiis, quantum convenit, utile est, et decet, nobis uti permisit: permisit autem appetere liberorum procreationem. Quicumque autem, quod modum excedit, persequuntur, labuntur in eo quod est secundum naturam, per congressus, qui sunt præter leges, seipsos lædentes. Ante omnia enim recte habet, ut nunquam cum adolescentibus perinde ac cum feminis, Veneris utamur consuetudine. Et ideo « non esse in petris et lapidibus seminandum » dicit, qui a Moyse factus est philosophus, « quoniam nunquam actis radicibus genitalem sit semen naturam suscepturum. » Logos itaque per Moysen apertissime præcepit: « Et cum masculo non dormies feminino concubitu: est enim abominatio [a]. » C Accedit his, quod « ab omni quoque arvo feminino esse abstinendum » præterquam a proprio, ex divinis Scripturis colligens præclarus Plato consuluit lege illinc accepta: « Et uxori proximi tui non dabis concubitum seminis, ut polluaris apud ipsam [b]. Irrita autem sunt et adulterina concubinarum se-

✠ P. 224 ED. POTTER. [a] Levit. xviii, 22.

[b] Ibid. 20.

(27) *Πρὸς μῖξιν*. Sic Pal. ms. divise: πρόσμιξιν composite Flor. edit. SYLBURG.

(28) *Μὴ εἰς*. Verba Platonis occurrunt *De legibus* lib. viii, pag. 912: Καλῶς ὑπέλαβες· αὐτὸ γὰρ τοῦτο ἦν τὸ παρ' ἐμοῦ λεχθὲν, ὅτι τέχνην ἐγὼ πρὸς τοῦτον τὸν νόμον ἔχοιμι τοῦ κατὰ φύσιν χρῆσθαι τῇ τῆς παιδογονίας συνουσίᾳ, τοῦ μὲν ἄρρενος ἀπεχομένους, μὴ κτείνοντάς τε ἐκ προνοίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, μηδ' εἰς πέτρας τε καὶ λίθους σπείροντας, οὗ μήποτε φύσιν τὴν αὐτοῦ λήψεται γόνιμον· « Probe conjecisti. Ideo enim a me dictum est, artem me ad hanc legem habere, ut secundum naturam ad procreationem Venere homines utantur. Abstinendum igitur a maribus jubeo. Nam qui istis utuntur, genus hominum dedita opera interficiunt, in lapidem seminantes, ubi radices agere, quod seritur, nunquam poterit. » Similia dicit Philo Judæus adversus eos qui στείραις γυναιξὶ συνέρχονται, lib. *De specialibus legibus*, pag. 781.

(29) *Ἀρούρης*. Post ea, quæ paulo ante laudavimus, Plato mox subjicit: Ἀπεχομένους δὲ ἀρούρας θηλείας πάσης, ἐν ᾗ μὴ βούλοιτο ἄν σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν· « Abstinendum quoque ab agro illo feminino, ubi semen germina nolit producere. » Ubi pro βούλοιτο, sequentia ostendunt Clementem legisse βούλοιο, hoc sensu: « Abstinendum ab omni muliere, e qua liberos tibi procreari non vis, » adeoque ab omnibus præter propriam uxorem.

(30) *Κοίτην σ*. Κοίτην, σπέρματός σου ἐκμιανθ. apud Moysem.

(31) *Ἄθετα*. Scribe ἄθυτα, id est, ἀνιερὰ, ἄθεσμα, « scelerata illicita: » idque ipsius Platonis auctoritate. Ei porro ἄθετα, « irrita » ἄγονα, non mulierum, sed ἀρρένων σπέρματα sunt. En ejus verba ex libri superius dicti pag. 914: Τάχα δ' ἄν, εἰ Θεὸς ἐθέλοι, D κἂν δυοῖν θάτερα βιασαίμεθα περὶ ἐρωτικῶν· ἢ μηδένα τολμᾷν μηδενὸς τῶν γενναίων ἅμα καὶ ἐλευθέρων, πλὴν γαμετῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, ἄθυτα δὲ παλλακῶν σπέρματα καὶ νόθα, μηδὲ ἄγονα ἀρρένων παρὰ φύσιν. « Fortasse autem, si Deus voluerit, duorum alterum in amatoriis assequemur: vel ut nemo generosas liberasque mulieres præter uxorem audeat tangere; nec ullos nothos ac illegitimos liberos ex concubina suscipiat, nec infecundos marium agros præter naturam seminet. »

(32) *Μὴ σπεῖρε*. De præcepto hoc agit etiam Plutarchus *Connub. præcept*. p. 87. SYLBURG.

(33) *Ἑαυτοῦ*. Σεαυτοῦ Nov.

(34) *Οὐδὲ μήν*. Mox pro εὐφυᾶ interpres legit ἀφυᾶ, vel ἐκφυᾶ, dum vertit, « degenerat, ineptumque redditur. » SYLBURG. — Verum huic sententiæ sensus sic demum optime constabit, si eam hoc modo scribamus: Οὐδὲ μὴν ἀποκλύζειν τῷ ῥυπαρῷ τῆς ὕλης ῥεύματι καὶ ἀποκαθάρματι σπέρμα δὴ γενέσεως εὐ-

mina. Ne semina, ubi non vis tibi nasci quod seminatum est. Neque ullam omnino tange mulierem, præterquam tuam ipsius uxorem, » ex qua sola tibi licet ✠ carnis voluptates percipere ad suscipiendam legitimam successionem. Hæc enim Logo sola sunt legitima. Eis quidem certe, qui divini muneris in producendo opificio sunt participes, semen non est abjiciendum, neque injuria afficiendum, neque tanquam si cornibus semen mandes seminandum est. Hic ipse ergo Moyses cum ipsis quoque prohibet uxoribus congredi, si forte eas detineant purgationes menstruæ. Non enim purgamento corporis genitale semen, et quod mox homo futurum est, polluere est æquum, nec sordido materiæ profluvio, et, quæ expurgantur, inquinamentis inundare ac obruere; semen autem generationis degenerat, ineptumque redditur, si matricis sulcis privetur. Neque vero ullum unquam induxit veterum Hebræorum coeuntem cum sua uxore prægnante. Sola enim voluptas, si quis ea etiam utatur in conjugio, est præter leges, et injusta, et a ratione aliena. Rursus autem Moyses abducit viros a prægnantibus, quousque pepererint. Revera enim matrix sub vesica quidem collocata, super intestinum autem, quod rectum appellatur, posita, extendit collum inter humeros in vesica; et os colli, in quod venit semen, impletum occluditur, illa autem rursus inanis redditur, cum partu purgata fuerit: fructu autem deposito, deinde semen suscipit. Neque vero nobis turpe est ad auditorum utilitatem nominare partes, in quibus fit fetus conceptio, quæ quidem Deum fabricari non puduit. Matrix itaque sitiens filiorum procreationem, semen suscipit, probrosumque et vituperandum negat coitum, post sationem ore clauso omnino jam libidinem excludens. Ejus autem appetitiones, quæ prius in amicis versabantur complexibus, intro conversæ, in procreatione sobolis occupatæ, operantur una cum Opifice. Nefas est ergo operantem jam naturam adhuc molestia afficere, superflue ad petulantem prorumpendo libidinem. Petulantia autem, quæ multa quidem habet nomina, et multas species, cum ad hanc veneream intemperantiam deflexerit, λαγνεία, id est « lascivia, » dicitur; quo nomine significatur libidinosa, publica, et incesta

A ματι καὶ ἀποκαθάρματι· σπέρμα δὲ γενέσεως εὐφυὲς, τῶν τῆς μήτρας ἀποστερούμενον αὐλάκων. Οὐδέ (35) τινα τῶν παλαιῶν Ἑβραίων ἐγκύμονι τῇ αὐτοῦ γυναικὶ συνιόντα παρήγαγεν. Ψιλὴ γὰρ ἡδονὴ, κἂν ἐν γάμῳ παραληφθῇ, παράνομός ἐστι, καὶ ἄδικος, καὶ ἄλογος (36). Ἔμπαλιν δὲ ὁ Μωϋσῆς ἀπάγει τῶν ἐγκύων τοὺς ἄνδρας, ἄχρις ἂν ἀποκυήσωσι· τῷ ὄντι γὰρ ἡ ὑστέρα, ὑποκειμένη μὲν τῇ κύστει, ἐπικειμένη δὲ τῷ ἐντέρῳ τῷ καλουμένῳ ἀρχῷ, ἐκτείνει τὸν τράχηλον μεταξὺ τῶν ὤμων ἐν τῇ κύστει· καὶ τὸ στόμιον τοῦ τραχήλου, ᾧ προσίεται τὸ σπέρμα, πεπληρωμένον μέμυκε· αὖθίς τε ἀποκενοῦται, καθαιρουμένη κυήσει· ἀποθεμένη δὲ τὸν καρπὸν, εἶτα ἐπιδέχεται τὸν σπόρον. Οὐκ αἰσχρὸν δὲ ἡμῖν, ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀκουόντων τὰ κυητικὰ ὀνομάζειν ὄργανα, ὧν οὐκ B ἐπῃσχύνθη τὴν δημιουργίαν ὁ Θεός. Διψῶσα τοίνυν ἡ ὑστέρα παιδοποιίας, προσίεται τὴν σποράν· καὶ τὸ ἐπίψογον τῆς συνουσίας ἀρνεῖται, μετὰ τὴν σπορὰν ἀποκλείουσα τέλεον ἤδη τὴν ἀσέλγειαν, μεμυκότι τῷ στόματι. Αἱ δὲ ὀρέξεις αὐτῆς, αἱ τέως περὶ τὰς φιλοστόργους συμπλοκὰς δεδονημέναι, ἀποστραφεῖσαι ἔνδον, περὶ τὴν παιδοποιίαν ἀσχολούμεναι, συνεργοῦσι τῷ Δημιουργῷ. Οὐ δὲ θέμις ἐργαζομένην τὴν φύσιν ἤδη ἐνοχλεῖν ἔτι, περιττεύοντας εἰς ὕβριν. Ὕβρις δὲ ἡ πολυώνυμος καὶ πολυειδὴς, ἐπειδὰν ἐκτραπῇ κατὰ τοῦτο τῆς ἀταξίας τὸ μέρος τὸ κατὰ τὴν ἀφροδίτην, λαγνεία κέκληται, τὸ λαγνικὸν, καὶ (37) δημῶδες, καὶ ἄναγνον τὸ περὶ τὰς ὀχείας, καὶ καταφερὲς ἐμφαίνοντος τοῦ ὀνόματος· ἐξ ὧν C αὐξηθέντων τὸ πολὺ τῶν νοσημάτων πλῆθος ἐπισυμβαίνει, φιλοψία, φιλοινία, φιλογυνία, καὶ δὴ καὶ ἀσωτία, καὶ φιληδονία πᾶσα· ὧν τυραννεύει ἐπιθυμία· μυρία δὲ τούτοις αὔξεται ἀδελφὰ παθήματα, ἐξ ὧν τὸ ἀκόλαστον κορυφοῦται ἦθος. Λέγει δὲ ἡ Γραφή· « Ἑτοιμάζονται ἀκολάστοις μάστιγες, καὶ τιμωρίαι ὤμοις ἀφρόνων (38)· » τὴν ἰσχὺν τῆς ἀκολασίας καὶ τὴν εὔτονον ὑπομονὴν, « ὤμους ἀφρόνων » καλοῦσα. Διὰ τοῦτό τοι, « Ἀπόστησον (39) ἀπὸ τῶν δούλων σου ἐλπίδας κενάς· καὶ ἐπιθυμίας, φησὶν, ἀπρεπεῖς ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ. Κοιλίας ὄρεξις καὶ συνουσιασμὸς μὴ καταλαβέτωσάν με. » Πόῤῥωθεν οὖν ἀπερύκειν χρὴ τὴν πολλὴν τῶν ἐπιβούλων κακουργίαν· οὐ γὰρ εἰς τὴν Κράτητος (40) Πήραν μόνην, ἀλλ' οὐδὲ εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν (41) εἰσπλεῖ, οὐ μωρὸς

✠ P. 225 ED. POTTER, 192 ED. PARIS. D

φυὲς, τῶν τῆς μήτρ. ἀπ. αὐλ. « Nec spurco materiæ profluvio et expurgamento fertile generationis semen, matricis sulcis privatum, abluere. » In eumdem sensum nonnulla dicit Philo, *De spec. præc.*, p. 781.

(35) *Οὐδέ*. Similia reperies *Strom.* III, p. 456. Lowthius ait: « Similia habet et Justinus *Apol.* II, p. 57; Athenagoras, *Legat.* Ita Josephus de Essenis, *Bell. Jud.* lib. II, cap. 7: Ταῖς ἐγκύμοσιν οὐχ ὁμιλοῦσιν· inter quos et Christianos magna intercessit morum similitudo, ut observarunt eruditi. Vid. infra pag. 201. Verum ab hac severitate aliquid remittit Clemens *Strom.* lib. III, pag. 467. » Conf. *Constit. apostol.* lib. VI, cap. 28, et quæ ibi notavit Cotelerius: item *Recognit. Clementis* lib. VIII, c. 48.

(36) *Καὶ ἄλογος*. Pal. ms. καὶ ἄλογος καὶ ἄνομος. SYLBURG.

(37) *Καὶ*. Τό Nov.

(38) *Ὤμοις ἀφρόνων*. Ὁμοίως ἄφροσιν Vulg. Septuagint., sed ὤμοις ἀφρόνων vera lectio est: νώτοις ἀφρόνων Theodotionis versio.

(39) *Ἀπόστησον*. Vulg. habet: Μετεωρισμὸν ὀφθαλμῶν μὴ δῷς μοι· καὶ ἐπιθυμίαν ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ. Κοιλ. Ibi tamen Fl. Nobilius adnotat, in quibusdam libris scriptum fuisse: Καὶ γιγαντώδη ψυχὴν ἀπόστησον διὰ παντὸς ἀπὸ τῶν δούλων σου· ἐλπίδας κενὰς καὶ ἐπιθυμίας ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ.

(40) *Κράτητος*. Cratetem Thebanum intelligit, e Cynicorum secta philosophum; qui Peram, urbem, vel regionem imaginariam, sumpto nomine a perula, quam Cynicorum more gestabat, carmine celebravit. De eo hæc Apuleius in *Apolog.* scripsit: « Villas ornatissimas una perula mutavit, quam postea, comperta utilitate, etiam carmine laudavit; flexis ad hoc Homericis versibus, quibus ille Cretam insulam nobilitat. »

(41) *Πόλιν*. Peram γαῖαν, « regionem, » Cratetem

παράσιτος, οὐδὲ λίχνος πόρνος, πυγῇ ἀγαλλόμενος (42)· οὐ δολερὰ πόρνη· ἀλλ' οὐδὲ ἄλλο τι τοιοῦτον ἡδονῆς θηρίον. Πολλὴ οὖν ἡμῖν ἐγκατεσπάρθω (43) παρ' ὅλον τὸν βίον ἀξιοπραγία. Καθόλου μὲν οὖν ἢ γαμητέον, ἢ γάμου εἰς τὸ παντελὲς καθαρευτέον· ἔχεται γὰρ (44) ζητήσεως· καὶ τοῦτο ἐν τῷ *Περὶ ἐγκρατείας* ἡμῖν δεδήλωται. Εἰ δὲ αὐτὸ τοῦτο, εἰ γαμητέον, ἐδέησε σκέψεως, πῶς ἂν ἐπιτραπείη ἀνέδην, καθάπερ τροφῇ, οὕτω δὲ καὶ συνουσίᾳ ὡς ἀναγκαίῳ κεχρῆσθαι ἑκάστοτε; Ἔστι γοῦν συνιδεῖν ἐξ αὐτῆς, καθάπερ στήμονας, τὰ νεῦρα διαφορούμενα, καὶ περὶ τὴν ἐπίτασιν τῆς ὁμιλίας διαῤῥηγνύμενα· ναὶ (45) μὴν καὶ ἀχλὺν περισκεδάννυσι τοῖς αἰσθητηρίοις· κόπτει δὲ καὶ τοὺς τόνους. Σαφὲς τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ἀσκήσει σωμάτων· ὧν οἱ ἀπεχόμενοι (46) ἐν τοῖς ἀγῶσι τῶν ἀντιπάλων περιγίνονται· τὰ δὲ ἀπάγεται (47) τῆς ὀχείας περιελκόμενα, μονονουχὶ συρόμενα, ἰσχύος ἁπάσης καὶ ὁρούσεως τέλεον κεκενωμένα. « Μικρὰν ἐπιληψίαν (48) τὴν συνουσίαν » ὁ Ἀβδηρίτης ἔλεγε σοφιστής, νόσον ἀνίατον ἡγούμενος. Ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ ἐκλύσεις παρέπονται, τῷ μεγέθει τῆς ἀπουσίας (49) ἀνατιθέμεναι; « ἄνθρωπος γὰρ ἐξ ἀνθρώπου ἐκφύεταί τε, καὶ ἀποσπᾶται. » Ὅρα τὸ μέγεθος τῆς βλάβης· ὅλος ἄνθρωπος ἀποσπᾶται κατὰ συνουσίας ἀπουσίαν. Φησὶ γὰρ, « Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. » Τοσοῦτον ἄρα ὁ ἄνθρωπος κενοῦται τῷ σπέρματι, ὅσος ὁρᾶται τῷ σώματι· ἀρχὴ γὰρ γενέσεως τὸ ἀπαλλαττόμενον· ἀλλὰ καὶ τῆς ὕλης ὁ βρασμὸς ἐκταράττει καὶ συγκρούει τὴν ἁρμονίαν τοῦ σώματος. Ἀστεῖος οὖν μάλα ἐκεῖνος, ὁ πρὸς τὸν ἐρόμενον, « Πῶς ἔχοι (50) πρὸς τὰ ἀφροδίσια, Εὐφήμει (51), φήσας, ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μέν-

A in coitum propensio: quæ cum aucta fuerit, magna simul morborum convenit multitudo, obsoniorum desiderium, vinolentia et amor in mulieres; luxus quoque, et simul universorum ✠ voluptatum studium; in quæ omnia tyrannidem obtinet cupiditas. His autem cognatæ innumerabiles augentur affectiones, ex quibus mores intemperantes ad summum provehuntur. Dicit autem Scriptura: « Parantur intemperantibus flagella, et supplicia humeris insipientium [a]: » vires intemperantiæ, ejusque constantem tolerantiam, vocans « humeros insipientium. » Quocirca, « Amove a servis tuis spes inanes, et indecoras, » inquit, « cupiditates averte a me. Ventris appetitio et coitus ne me apprehendant [b]. » Longe ergo sunt arcenda multifaria insi- B diatorum maleficia; non ad solam enim Cratetis Peram, sed etiam ad nostram civitatem non navigat stultus parasitus, nec scortator libidinosus, qui posteriori delectatur parte: non dolosa meretrix, nec ulla ejusmodi alia voluptatis bellua. Multa ergo nobis per totam vitam seminetur, quæ bona sit et honesta, occupatio. In summa ergo, vel jungi matrimonio, vel omnino a matrimonio purum esse oportet; in quæstione enim id versatur, et hoc a nobis declaratum est in libro *De continentia*. Quod si hoc ipsum, an ducenda sit uxor, veniat in considerationem: quomodo libere permittetur, quemadmodum nutrimento, ita etiam coitu semper uti, tanquam re necessaria? Ex eo ergo videri possunt nervi tanquam stamina distrahi, et in vehementi C congressus intensione disrumpi. Jam vero offundit etiam caliginem sensibus, et vires enervat. Patet hoc et in animantibus rationis expertibus, et in iis, quæ in exercitatione versantur, corporibus; quo-

✠ P. 226 ED. POTTER, 193 ED. PARIS.

[a] Prov. XIX, 29. [b] Eccli. XXIII, 4, 5, 6.

finxisse memorat præter Apuleium loco superius laudato, Dionysius etiam Halicarnass. *Περὶ ἑρμηνείας*. Γαῖαν habent Homeri versus, quos imitatus est Crates, *Iliad.* T, vers. 172:

Κρήτη τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Καλὴ καὶ πίειρα, περίῤῥυτος...

Creta quædam terra est medio in mari nigro,
Pulchra et pinguis, circumflua...

Videtur autem inde γαῖα in Apuleium et Dionysium irrepsisse. Nam præter Clementem, Peram πόλιν vocant ipsi Cratetis versus, quos Laertius lib. VI, seg. 85, exhibuit:

Πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ,
Καλὴ καὶ πίειρα, περίῤῥυτος, οὐδὲν ἔχουσα·
Εἰς ἣν οὐδέ τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος,
Οὔτε λίχνος, πόρνης ἐπαγαλλόμενος πυγῆσιν.

Est quædam medio constructa urbs, Mantica, fastu,
Pulchra quidem, et pinguis, circumflua, rebus egena:
Quam nullus parasitus adit, stolidusve penetrat,
Deditus aut quisquam damnosis ganeo scortis, etc.

(42) *Λίχνος πόρνος, πυγῇ ἀγ.* Scribe ex versibus modo laudatis: λίχνος, πόρνης πυγῇ ἀγαλλόμενος· « ganeo meretricis clune gaudens. »

(43) *Ἐγκατεσπάρθω.* Ἐγκαταπεπάρθω Nov.

(44) *Ἔχεται γ.* Hæc sic distinguit Nov. ἔχεται γὰρ ζητήσεως καὶ τοῦτο· ἐν τῷ *Περὶ ἐγκρ.*

(45) *Ναί.* Καί Bod., Reg.

(46) *Ὧν οἱ ἀπεχόμενοι.* Eos, qui ad certamina se præparabant, a Venere abstinuisse, res est notissima. Horatius, *De arte poetic.*, vers. 412:

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque, puer, sudavit et alsit,
Abstinuit venere et vino...

(47) *Ἀπάγεται.* Ἐπάγεται scribendum docent Nov., Reg., Bod.

(48) *Μικρὰν ἐπιληψ.* Dictum de coitu Stobæus D Eryximacho tribuit, tit. VI, *De intemperantia*; sic enim ibi, Ἐρυξίμαχος τὴν συνουσίαν μικρὰν ἐπιληψίαν ἔλεγεν. Democriti sententiam idem aliquanto post paulo aliter citat: Ξυνουσίη ἀποπληξίη σμικρή. Ἐξέσσυται γὰρ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου. A. Gellius lib. XIX, cap. 2, Hippocrati dictum hoc tribuit: Τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν. SYLBURG. — Quæ postrema sunt a Plinio conversa lib. XXVIII, cap. 6. Abderitanum fuisse Democritum, Stephanus et Suidas testantur: alii Melesium eum dicunt. COLLECT.

(49) *Τῷ μεγέθει τῆς ἀπουσίας.* Pal. ms. τῷ μεγέθει τῆς συνουσίας· sed ἀπουσίας probat etiam Herveti versio, « ejus, quod abscessit, magnitudini. » SYLBURG. — Συνουσίας, Reg., Bod.

(50) *Πῶς ἔχοι.* Πῶς ἔχει, Pal. ms. indic. modo. SYLBURG. — Item, Reg.

(51) *Εὐφήμει.* Hoc Sophoclis dictum refert Plato, *Polit.* I; Cicero, in *Catone majore*, seu *De senectute*, et Ammianus Marcellinus lib. XXV, ubi Juliani vir-

rum hi quidem, qui abstinent, in certaminibus superant adversarios; **84** illa vero a coitu abducta circumaguntur, et tantum non trahuntur, omnibus viribus et omni impetu tandem quasi enervata. «Parvam epilepsiam» dicebat «coitum» sophista Abderites ✠ morbum immedicabilem existimans. Annon enim consequuntur resolutiones, quæ exinanitionis ejusque, quod abscedit, magnitudini ascribuntur? «homo enim ex homine nascitur et evellitur.» Vide damni magnitudinem: totus homo per exinanitionem coitus abstrahitur. Dicit enim: «Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro ex carne mea [a].» Homo ergo tantum exinanitur semine, quantus videtur corpore; est enim generationis initium id, quod recedit: quin etiam conturbat ebullitio materiæ et compagem corporis labefactat et commovet. Lepide ergo ille, qui interroganti, «Quomodo adhuc se haberet ad res venereas,» respondit: «Bona verba, quæso: ego vero lubentissime isthinc, tanquam ab agresti et insano domino, profugi.» Verum concedatur quidem et admittatur matrimonium: vult enim Dominus humanum genus repleri; sed non dicit, Estote libidinosi: nec vos, tanquam ad coitum natos, voluit esse deditos voluptati. Pudore autem nos afficiat Pædagogus, clamans per Ezechielem: «Circumcidamini fornicationem vestram.» Aliquod tempus ad seminandum opportunum habent quoque rationis expertia animantia. Aliter autem coire, quam ad liberorum procreationem, est facere injuriam naturæ; qua quidem oportet magistra, quas prudenter introducit temporis commoditates, diligenter observare, senectutem, inquam, et puerilem ætatem. His enim nondum concessit, illos autem non vult amplius uxores ducere. Sed non vult homines semper dare operam matrimonio. Matrimonium autem est filiorum procreationis appetitio, non inordinata seminis excretio, quæ est et præter leges et a ratione aliena. Secundum naturam autem nobis vita universa pro-

A τοι αὐτὰ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντα καὶ ἄγριον δεσπότην.» Ἀλλ' ἐγκεχρίσθω δὴ ὁ γάμος, καὶ ἐγκατατετάχθω (52)· πληθύνεσθαι γὰρ ὁ Κύριος βούλεται τὴν ἀνθρωπότητα· ἀλλ' οὐχ, Ἀσελγαίνετε, λέγει· οὐδὲ σφᾶς αὐτοὺς, καθάπερ εἰς ὀχείαν γεγονότας, ἐκδίδοσθαι ἡδοναῖς ἠθέλησεν. Δυσωπείτω δὲ ἡμᾶς ὁ Παιδαγωγὸς, δι' Ἐζεκιὴλ βοῶν· «Περιτέμνεσθε (53) τὴν πορνείαν ὑμῶν.» Ἔχει τινὰ καιρὸν εὔθετον εἰς σπόρον καὶ τὰ ἄλογα τῶν ζώων. Τὸ δὲ μὴ εἰς παίδων γονὴν συνιέναι ἐνυβρίζειν ἐστὶ τῇ φύσει· ἣν χρὴ (54) διδάσκαλον ἐπιγραφομένους, τὰς σοφὰς τοῦ καιροῦ ἐπιτηρεῖν παιδαγωγίας· τὸ γῆρας λέγω καὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν παρεισάγουσαν. Τοῖς μὲν γὰρ οὐδέπω συνεχώρησεν, τοὺς δὲ οὐκ ἔτι βούλεται γαμεῖν· πλὴν οὐ πάντοτε γαμεῖν. Γάμος B δὲ ἡ παιδοποιίας ὄρεξις, οὐχ ἡ τοῦ σπέρματος ἄτακτος ἔκκρισις, ἡ παράνομος καὶ ἡ παράλογος. Κατὰ φύσιν δ' ἂν ἡμῖν χωροίη (55) ὁ βίος ἅπας, κρατοῦσι τῶν ἐπιθυμιῶν ἄνωθεν, μὴ κτείνουσί τε τὸ ἐκ προνοίας θείκῆς φυόμενον τῶν ἀνθρώπων γένος κακοτέχνοις μηχαναῖς· αὗται γὰρ πορνείας ἐπικαλύμματι (56), τοῖς ἐς παντελῆ κατασπῶσι φθορὰν, φθορίοις συγχρώμεναι φαρμάκοις, ἐξαναλίσκουσιν ἅμα τῷ ἐμβρύῳ τὴν φιλανθρωπίαν. Ἀλλ' οἷς γε συγκεχώρηται γῆμαι, τούτοις ἐδέησεν Παιδαγωγοῦ, ὡς μὴ μεθ' ἡμέραν τὰ μυστικὰ τῆς φύσεως ἐκτελεῖσθαι ὄργια· μηδὲ ἐξ Ἐκκλησίας, φέρε, ἢ ἀγορᾶς ἥκοντα ἑωθινὸν, ἀλεκτρυόνος (57) ὀχεύειν δίκην· ὁπηνίκα (58) εὐχῆς καὶ ἀναγνώσεως, καὶ τῶν μεθ' ἡμέραν εὐεργῶν ἔργων ὁ καιρός. Ἑσπέρας δὲ ἀναπαύσασθαι καθήκει (59) C μετὰ τὴν ἑστίασιν, καὶ μετὰ τὴν ἐπὶ ταῖς ἀπολαύσεσιν εὐχαριστίαν. Οὐκ ἀεὶ δὲ καιρὸν ἐνδίδωσιν ἡ φύσις τὴν ἔντευξιν τοῦ γάμου τελειοῦσθαι· καὶ γὰρ ποθεινοτέρα ἡ χρονιωτέρα (60) συμπλοκή. Οὐ μὴν (61) οὐδ' ὡς ἐν σκότῳ νύκτωρ ἀκολαστευτέον, ἀλλ' ἐγκαθειρκτέον τῇ ψυχῇ τὸ αἰδῆμον, οἱονεὶ φῶς τοῦ λογισμοῦ. Οὐδὲν γὰρ (62) τῆς ἱστουργούσης Πηνελόπης διοίσομεν, μεθ' ἡμέραν μὲν τὰ σωφροσύνης ἐξυφαί-

✠ P. 227 ED. POTTER, 194 ED. PARIS.

[a] Gen. II, 23.

tutes describit. R. SYLBURG.— Item Stobæus, Serm. 6, tit. *De incontinentia*, et Clemens noster, *Strom.* III, p. 433.

(52) *Ἐγκατατετάχθω*. Κατατετάχθω, Reg., Bod.

(53) *Περιτέμνεσθε*. Respicere videtur Ezech. XLIII, 9, XLIV, 7.

(54) *Ἣν χρή*. Quæ sequuntur, hoc modo distinguenda et explicanda videntur: Ἣν χρὴ διδάσκαλον ἐπιγραφομένους, τὰς σοφὰς τοῦ καιροῦ ἐπιτηρεῖν παιδαγωγίας· (τὸ γῆρας λέγω, καὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν παρεισάγουσαν· τοῖς μὲν γὰρ οὐδέπω συνεχώρησεν, τοὺς δὲ οὐκ ἔτι βούλεται γαμεῖν·) πλὴν οὐ πάντοτε γαμεῖν· γάμος δὲ ἡ. π. «Quam (naturam) oportet magistram asciscere, et occasiones temporis, quas illa sapienter docet, observare (scilicet cum senium, et pueritiam inducit; nam pueris nondum permittit, senes autem non amplius vult uxores ducere), non autem semper matrimonio operam dare. Porro matrimonium est,» etc.

(55) *Χωροίη*. Συγχωροίη, Nov.

(56) *Πορνείας ἐπικαλ*. Πορνείας ἐπὶ καλύμματι, scribendum monuit Cotelerius in notis ad *Apostol. Constitut.* lib. VII, c. 3.

(57) *Ἀλεκτρυόνος*. Iisdem prope verbis Plutarchus *Sympos.* l. III, c. 6: Πρὸς δίκην ἀλεκτρυόνος συμπλέκεσθαι. SYLBURG.

(58) *Ὁπηνίκα*. Similia dicit auctor *Strom.* VII, p. 728, edit. Paris.

(59) *Καθήκει*. Προσκαθήκει, Nov., Bod., Reg.

(60) *Χρονιωτέρα*. Tardior, quæ post longum D tempus adest, ἡ χρόνιος ἥκουσα, ut Euripidis verbis utar. Hesychius, Χρόνιον, ἀρχαῖον, ἢ μετὰ πολὺν χρόνον.

(61) *Οὐ μήν*. Lowthius ait, «Vid. Tertullianus *Ad uxor.* lib. II, cap. 3.»

(62) *Οὐδὲν γάρ*. Ut hic maritum erga uxorem, sic uxorem erga maritum officium docens S. Gregorius Nazianz. contra mulieres se exornantes:

Ἱστὸν Πηνελόπης, τὸν νὺξ λύεν, ἦμαρ ὕφαινεν·
Ἔνδοθι τὴν Ἑκάβην, ἔκτοθι τὴν Ἑλένην.

Telam ut Penelope texis, quam nocte retexis,
Par Hecubæ interius, par Helenæ exterius.

COLLECT.

Historiam de se narrat Penelope apud Homer., *Odyss.* T, v. 149:

Ἔνθα καὶ ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκον μέγαν ἱστὸν,
Νύκτας δ' ἀλλύεσκον, ἐπὴν δαΐδας παραθείμην,

νοντες δόγματα, νυκτὸς δὲ ἀναλύοντες, ἐπὴν εἰς κοίτην ἴωμεν. Εἰ γὰρ σεμνότητα ἀσκητέον, ὥσπερ οὖν πολὺ πλέον τῇ γυναικὶ τῇ ἑαυτοῦ τὴν σεμνότητα ἐπιδεικτέον, τὰς ἀσχήμονας συμπλοκὰς παραιτούμενον· καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον ἁγνείας ἡ ἐχέγγυος πίστις οἴκοθεν παραγινέσθω. Οὐ γάρ ἐστιν οὐκ ἔτι (63) σεμνὸν παρ' ἐκείνῃ νομισθῆναι, παρ' ᾗ τὸ σεμνὸν οὐκ ἐμμάρτυρον δείκνυται ἐν αὐταῖς ἐκείναις ταῖς ὀξείαις ἡδοναῖς. Εὔνοια δὲ, ὀλισθηρῶς εἰς συνουσίαν ἔχειν ὁμολογοῦσα, ὀλίγον ἀνθεῖ, καὶ συγγηράσκει τῷ σώματι· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ προγηράσκει, μαρανθείσης τῆς ἐπιθυμίας, ὁπότ' ἂν τὴν γαμήλιον σωφροσύνην ἑταιρικαὶ καθυβρίσουσιν (64) ἡδοναί. Πτηναὶ γὰρ αἱ τῶν ἐρώντων καρδίαι, καὶ σβέννυται μεταμελείᾳ τὰ φίλτρα· τρέπεται δὲ πολλάκις τὸ φιλεῖν εἰς τὸ μισεῖν, ὁπότ' ἂν (65) αἴσθηται τῆς καταγνώσεως ὁ κόρος. Ῥημάτων δὲ ἀκολάστων, καὶ σχημάτων ἀσχημόνων ἑταιρικῶν, φιλημάτων τε ὀνόματα πορνικὰ, καὶ τοιουτωνί τινων λαγνευμάτων, οὐδὲ ἐπιμνηστέον, τῷ μακαρίῳ πειθόμενοι Ἀποστόλῳ, διαῤῥήδην λέγοντι· « Πορνεία δὲ καὶ ἀκαθαρσία πᾶσα (66), ἢ πλεονεξία, μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις. » Εὖ γοῦν τις εἰρηκέναι φαίνεται· « Συνουσία (67) ὤνησε μὲν οὐδένα, ἀγαπητὸν δὲ, εἰ μὴ ἔβλαψεν. » Ἡ μὲν γὰρ κατὰ νόμον σφαλερὰ, εἰ μὴ ὅσον αὐτῆς ἐπὶ παιδοποιΐᾳ. Περὶ δὲ τῆς παρανόμου ἡ Γραφὴ λέγει· « Γυνὴ (68) μισθία, ἴση σιάλῳ (69) λογισθήσεται (70)· ὕπανδρος δὲ πύργος θανάτου τοῖς χρωμένοις. » Κάπρῳ, ἢ συῒ τὸ ἑταιρικὸν ἀπείκασε πάθος· « θάνατον » δὲ ζητούμενον εἴρηκε τὴν μοιχείαν ἐπὶ πόρνῃ τηρουμένῃ· « οἶκον » δὲ καὶ « πόλιν, » ἐν ᾗ ἀσελγαίνουσιν. Ναὶ μὴν καὶ ἡ παρ' ὑμῖν (71) ποιητικὴ, ὀνειδίζουσά πως, γράφει·

A cesserit, si et ab initio cupiditates contineamus, et hominum genus, quod ex divina providentia nascitur, improbis et malitiosis non tollamus artibus: eæ enim, ut fornicationem celent, exitialia medicamenta adhibentes, quæ prorsus in perniciem ducunt, simul cum fetu omnem humanitatem perdunt. Cæterum, quibus uxores ducere concessum est, iis Pædagogo opus fuerit, ut non interdiu mystica naturæ celebrentur ※ orgia, nec ut aliquis ex ecclesia, verbi gratia, aut ex foro mane rediens, galli more coeat, quando orationis, et lectionis, et eorum quæ interdiu facere convenit, operum tempus est. Vespere autem oportet post convivium quiescere, et post gratiarum actionem, quæ fit Deo pro bonis quæ percepimus. Non semper autem concedit tempus natura, ut peragatur congressus matrimonii; est enim B eo desiderabilior conjunctio, quo diuturnior. Neque vero noctu, tanquam in tenebris, immodeste sese ac intemperanter gerere oportet, sed verecundia, ut quæ sit lux rationis, in animo est includenda. Nihil enim a Penelope telam texente differemus, si interdiu quidem texamus dogmata temperantiæ; noctu autem ea resolvamus, cum in cubile venerimus. Si enim honestatem exercere oportet, multo magis tuæ uxori honestas est ostendenda, inhonestas vitando conjunctiones: et quod caste cum proximis verseris, fidedignum e domo adsit testimonium. Non enim potest aliquid honestum ab ea existimari, apud quam honestas in acribus illis non probatur certo quasi testimonio voluptatibus. Benevolentia autem quæ C præceps fertur ad congressionem, exiguo tempore floret, et cum corpore consenescit; nonnunquam autem etiam præsenescit, flaccescente jam libidine, quando matrimonialem temperantiam meretriciæ vitiaverint libidines. Amantium enim corda sunt volucria, amorisque irritamenta exstinguuntur sæpe pœnitentia; amorque sæpe vertitur in odium, quando reprehensionem senserit satietas. Impudicorum vero verborum, et turpium figurarum, meretriciorumque osculorum, et hujusmodi lasciviarum nomina ne sunt quidem memoranda, beatum sequentibus Apostolum, qui aperte dicit: « Fornicatio autem et omnis immunditia, vel plura habendi cupiditas, ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos[a]. » Recte ergo videtur dixisse quispiam: « Nulli quidem profuit coitus, recte autem cum eo agitur, quem non læserit. » Nam et qui legitimus, est periculosus, nisi quatenus in liberorum procreatione versatur. De eo autem, qui est præter leges, dicit Scriptura: « Mulier meretrix apro similis reputabitur. Quæ autem viro subjecta est, turris est mortis iis, qui ea utuntur. » Capro, vel apro, meretricis comparavit affectionem. « Mortem » autem dixit « quæsitam, » adulterium, quod committitur in meretrice, quæ custoditur. « Domum » autem, et « urbem, » in

※ P. 228 ED. POTTER, 195 ED. PARIS.

[a] Ephes. v, 3.

Tunc quotidiana quidem texebam magnam telam,
Nocte autem, cum lampades apposuissem, resolvebam.

(63) *Οὐκ ἔτι*. Οὐκ ἔστι, Nov.

(64) *Καθυβρίσουσιν*. H. καθυβρίσωσι mavult, subjunctivo modo, ut mox etiam. SYLBURG.

(65) *Ὁπότ' ἄν*. Hoc est: « Cum quis, satiato libidinis ardore, senserit, se ob turpia facta reprehendi meruisse. »

(66) *Ἀκ. πᾶσα*. Πᾶσα ἀκαθαρσία apud Ephes.

(67) *Συνουσία*. Hoc Epicuri effatum memorant Diogenes Laertius, lib. x, seg. 118; Porphyrius, *De abstinentia ab animal.* lib. I; Plutarchus, *Sympos.* lib. III, quæst. 6; Galenus *Comment.* 1 in lib. D III *Epidemiorum* Hippocratis; Cicero *Tusc.* III.

(68) *Γυνή*. Hæc in vulgatis codicibus frustra quæsiveris: occurrunt autem Ecclesiastici XXVI, 22, et in aliis quibusdam codicibus reperiri, adnotat Flaminius Nobilius. Quæ sequuntur, verisimile est ibidem legisse Clementem; licet ea codices nostri haud agnoscunt.

(69) *Σιάλῳ*. Σιάλων Reg., Bod.

(70) *Λογισθήσεται*. Pal. cod. νομισθήσεται· sed superscriptum λογισθήσεται. SYLBURG.

(71) *Παρ' ὑμῖν*. Pal. παρ' ἡμῖν, « apud nos; » quod probat etiam A., ut videatur Sibyllina carmina citare, sicut alibi passim. SYLBURG.

✠ qua suam exercent intemperantiam. Quin etiam quæ est apud vos poetica, quodammodo ea exprobrans, scribit :

A *Tecum et adulterium est, tecum coitusque nefandus,*
Fœdus, femineusque, urbs pessima, plane impura.

Econtra autem pudicos admiratur :

Quos desiderium tenuit nec turpe cubilis
Alterius, nec tetra invisaque stupra tulerunt
Ulla unquam maribus.

Quandoquidem multi hæc sua peccata, voluptates esse tantum quæ sunt præter naturam existimant; qui autem sunt his paulo meliores, esse hæc quidem peccata agnoscunt, vincuntur autem a voluptatibus, et sunt eis tenebræ vitiorum integumentum : suum enim adulterio violat matrimonium, qui eo utitur meretricio more, et non audit Pædagogum B clamantem : « Homo, qui ascendit super lectum suum : qui dicit in animo, quis me videt? circa me sunt tenebræ, et parietes sunt tegumenta mea, 85 et nemo aspicit peccata mea : quid vereor, ne meminerit Altissimus [a]? » is quidem est miserrimus, qui solos veretur hominum oculos, existimat autem fore, ut Deum lateat : « Nescit enim, » Scriptura dicit, « oculi Domini Altissimi quanto sint sole splendidiores : qui respiciunt omnes vias hominum, et partes occultas intelligunt. » Itidem rursus Pædagogus eis minatur per Isaiam, dicens : « Væ iis, qui in occulto consilium capiunt, et dicunt : Quis nos videt [b]? » Sensilem enim lucem latebit fortasse quispiam, sed intelligibilem minime latere potest. « Quomodo, » ut ait Heraclitus, « id, quod nun- C quam occidit, possit latere quispiam? » Tenebris ergo minime nosmet obtegamus; lux enim in nobis habitat. « Et tenebræ, » inquit, « ipsum non comprehendunt [c]. » ✠ Ipsam autem noctem illuminat honesta ac pudica cogitatio. Bonorum autem virorum cogitationes, « lucernas, quæ dormire non possunt, » appellavit Scriptura. Quanqnam ipsum te dare operam ut ea lateant, quæ facis, peccare est citra ullam controversiam. Quicunque autem pec-

Μοιχεία (72) παρὰ σοί τε καὶ ἀνδρῶν μίξις ἄθεσμος (73),
Θηλυγενὴς ἄδικός τε, κακήπολι, πάντ' ἀκάθαρτε.

Ἔμπαλιν δὲ ἄγαται τοὺς σώφρονας·

Οὔτε ἐπ' ἀλλοτρίᾳ κοίτῃ πόθον αἰσχρὸν ἔχοντας·
Οὐδὲ ἀπ' ἄῤῥενος ὕβριν, ἀπεχθέα τε στυγερήν τε

ὁρμωμένους. Ὅτι παρὰ φύσιν (74) ταύτας ἡγοῦνται οἱ πολλοὶ τρυφὰς, τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας· οἱ δὲ τούτων ἐπιεικέστεροι γνωρίζουσι μὲν οὔσας αὐτὰς ἁμαρτίας, ἡττῶνται δὲ τῶν ἡδονῶν, καὶ τὸ σκότος αὐτοῖς ἐστι προκάλυμμα τῶν παθῶν· μοιχεύει γὰρ τὸν ἑαυτοῦ γάμον ὁ ἑταιριζόμενος αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀκούει τοῦ Παιδαγωγοῦ βοῶντος· « Ὁ ἄνθρωπος (75), ὁ ἀναβαίνων ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ, ὁ λέγων ἐν τῇ ψυχῇ, Τίς με ὁρᾷ; σκότος κύκλῳ μου, καὶ οἱ τοῖχοι σκέπη μου, καὶ οὐθεὶς βλέπει τὰς ἁμαρτίας μου. Τί εὐλαβοῦμαι, μὴ μνησθήσεται ὁ Ὕψιστος; » ταλάντατος μὲν οὗτος, ὀφθαλμοὺς ἀνθρώπων δεδιὼς μόνους, λήσειν δὲ τὸν Θεὸν ὑπονοῶν. « Οὐ γὰρ γινώσκει, » φησὶν ἡ Γραφὴ, « ὅτι ὀφθαλμοὶ Κυρίου Ὑψίστου (76) μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότεροί εἰσιν· οἳ ἐπιβλέπουσι πάσας ὁδοὺς ἀνθρώπων, καὶ κατανοοῦσιν εἰς ἀπόκρυφα μέρη. » Ταύτῃ τε πάλιν ὁ Παιδαγωγὸς αὐτοῖς ἀπειλεῖ, διὰ Ἡσαΐου λέγων· « Οὐαὶ οἱ ἐν κρυφῇ βουλὴν ποιοῦντες, καὶ ἐροῦσι (77)· Τίς ἡμᾶς ὁρᾷ; » λήσεται μὲν γὰρ ἴσως τὸ αἰσθητὸν φῶς τις, τὸ δὲ νοητὸν, ἀδύνατόν ἐστιν. Ἢ, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, « τὸ μὴ δῦνόν ποτε πῶς ἄν τις λάθοι; » Μηδαμῶς τοίνυν ἐπικαλυπτώμεθα τὸ σκότος· τὸ γὰρ φῶς ἔνοικον ἡμῖν· « Καὶ ἡ σκοτία, » φησὶν, « αὐτὸ οὐ καταλαμβάνει (78). » Καταυγάζεται δὲ αὐτὸ (79) ἡ νὺξ τῷ σώφρονι λογισμῷ· λογισμοὺς δὲ ἀνδρῶν ἀγαθῶν, « οὓς ἀκοιμήτους λύχνους (80) » ὠνόμασεν ἡ Γραφή· καίτοι τό γε πειρᾶσθαι λανθάνειν ἐφ' οἷς πράττει τις ὁμολογούντως (81) ἁμαρτάνειν ἐστίν. Πᾶς δὲ, ὃς ἁμαρτάνει, καὶ ἀδικεῖ εὐθὺς, οὐχ οὕτως τὸν πέλας ἂν μοιχεύῃ, ὡς ἑαυτὸν, ὅτι μεμοίχευκεν, ἀλλὰ

✠ P. 229-230 ED. POTTER, 195-196 ED. PARIS.

[a] Eccli. xxiii, 18, 19. [b] Isa. xxix, 15. [c] Joan. i, 5.

(72) *Μοιχεία*. Versus sunt e Sibyllin. lib. iv, ubi pro ἀνδρῶν vulgati libri habent παίδων, et δύσμορε πασῶν pro πάντ' ἀκάθαρτε; nam in Sibyllinis sequens versus habet id commation, Αἶ αἶ πάντ' ἀκάθαρτε. Hæc Opsop. inquit in *Addendis*. Sylburgius.

(73) *Μίξις ἄθεσμος*. Μίξεις ἄθεσμοι, Reg., Bod. Mox ὑπ' ἀλλοτρίᾳ κ. Ibid.

(74) *Ὅτι παρὰ φύσιν*. Lowthius scribit οὔ τι παρὰ φ. Verum nihil mutandum : nam hoc loco παρὰ φύσιν est « a natura. » Hæc enim præpositio nonnunquam causam denotat a qua aliquid procedit. Sensus est, « nonnullos homines arbitrari has voluptates, quibus fruendis peccare solent, a natura esse. »

(75) *Ὁ ἄνθρωπος*. Vulg. Eccl. Ἄνθρωπος παραβαίνων ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτοῦ, λέγων ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, Τίς μ. Mox, τοῖχοί με καλύπτουσι, καὶ οὐθείς με ὁρᾷ. Τί εὐλαβοῦμαι; Τῶν ἁμαρτιῶν μου οὐ μὴ μνησθήσεται ὁ Ὕψ. Dein, καὶ οὐκ ἔγνω pro οὐ γὰρ γινώσκει

D (76) *Ὑψίστου*. Abest ab Eccl. ut etiam mox εἰσίν. Dein ἐπιβλέποντες pro οἳ ἐπιβλέπουσιν, et κατανοοῦντες pro κατανοοῦσιν. Ibid.

(77) *Ποιοῦντες, καὶ ἐρ*. Ποιοῦντες, καὶ ἔσται ἐν σκότει τὰ ἔργα αὐτῶν· καὶ ἐροῦσι· Τίς ἑώρακεν ἡμᾶς; Isa.

(78) *Καταλαμβάνει*. Κατέλαβεν Joan.

(79) *Αὐτό*. A. Αὐτῷ, *ei*, dativo casu. Sed non minus apte legeris, αὐτὴ ἡ νύξ, *ipsa nox*. Sylburg.

(80) *Οὓς ἀκ. λ*. Lowthius ait : « Scribe ὡς ἀκοιμήτους λ. Vel delendum οὕς. » Possit, levi mutatione facta, scribi τοὺς ἀκοιμ. λύχνους. Quam emendationem firmat, quod in Reg. aliquis τ scripsit super οὕς. Porro respicere videtur auctor Sapient. Salom. vii, 10, ubi de Sapientia dicit : Προειλόμην αὐτὴν ἀντὶ φωτὸς ἔχειν, ὅτι ἀκοίμητον τὸ ἐκ ταύτης φέγγος.

(81) *Ὁμολογούντως*. Ἀντὶ τοῦ ὁμολογουμένως, inquit Scholiastes in marg. Reg. et Bod.

A ...ως αὐτὸν χείρονα ἀποφαίνει καὶ ἀτιμότερον. Ὁ ἁμαρτάνων, παρ' ὅσον ἁμαρτάνει, χείρων καὶ ...τερος αὐτὸς αὐτοῦ· πάντως δὲ ἤδη που καὶ ἀκο...ι πρόσεστι τῷ ἡττωμένῳ αἰσχρᾶς ἡδονῆς. Διὸ ...ντως ὁ πορνεύων ἀπέθανε Θεῷ, καὶ καταλέ...αι ἀπὸ (82) τοῦ Λόγου, καθάπερ ὑπὸ τοῦ Πνεύ..., νεκρός· βδελύττεται, γὰρ τὸ ἅγιον, μολύνε..., ὥσπερ οὖν εἰκός. Ἀεὶ δὲ (83) καθαρῷ καθαροῦ θιγγάνειν. Μὴ δὴ ἅμα χιτῶνι (84) ἀποδυομένῳ ...σώμεθα καὶ τὴν αἰδῶ ποτε· ἐπεὶ οὐδέποτε τῷ ...ν σωφροσύνην ἀποδύσασθαι θέμις· Ἰδοὺ γὰρ τὸ ...ὸν (85) τοῦτο ἐπενδύεται ἀφθαρσίαν, ὁπηνίκα ...ἀκόρεστον τῆς ἐπιθυμίας, τὸ εἰς ἀσέλγειαν ἐγκρατείᾳ παιδαγωγούμενον, ἀνέραστον γενόμε...ῆς φθορᾶς, ἀϊδίῳ σωφροσύνῃ παραχωρήσῃ ...ρωπον· « Ἐν γὰρ τῷ αἰῶνι τούτῳ γαμοῦσι, B ...μίσκονται· » καταργήσαντες δὲ τὰ τῆς σαρκὸς ...αὐτῇ καθαρᾷ τῇ σαρκὶ ἐπενδυσάμενοι τὴν ἀφ...ν, τὸ πρὸς μέτρον τῶν ἀγγέλων διώκομεν. ...τοι καὶ Πλάτων ἐν *Φιλήβῳ*, ὁ τῆς βαρβάρου ...αθητὴς φιλοσοφίας, ἀθέους κέκληκε μυστικῶς ...ὸν Θεὸν τὸν ἔνοικον αὐτοῖς, τὸν Λόγον, διαφθεί...ς καὶ μιαίνοντας, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, ἐν τῇ ...θῶν οἰκειώσει. Οὐκ ἄρα ποτὲ θνητῶς βιωτέον, ...μένους Θεῷ· « Οὐδὲ μὴν, » ὥς φησιν ὁ Παῦ...ος, χρὴ πόρνης ποιεῖν μέλη τὰ τοῦ Χριστοῦ· οὐδὲ μὴν νεὼν τῶν παθῶν τῶν αἰσχρῶν τὸν ...τοῦ Θεοῦ ποιητέον. » Μέμνησθε γὰρ τὰς τέσ...; καὶ εἴκοσι χιλιάδας διὰ πορνείαν ἀπωσμέ...(87)· τὰ δὲ παθήματα τῶν πορνευσάντων, ὡς ...οι λέλεκται, τύποι παιδαγωγοῦντες ἡμῶν τὰς C ...μίας εἰσίν. Ἡμῖν δὲ ὁ Παιδαγωγὸς παραινεῖ ...κετα· « Ὀπίσω τῶν ἐπιθυμιῶν σου μὴ πο..., καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου (88) κωλύου. Οἶνος καὶ γυναῖκες ἀποστήσουσι συνετούς· καὶ ὁ κολ...ος πόρναις, τολμηρότερος ἐκβήσεται. Σῆψις ...κώληξ κληρονομήσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐξαρθήσεται παραδειγματισμῷ μείζονι (89). » Καὶ πάλιν· οὐ ...κάμνει ὠφελῶν· « Ὁ δὲ ἀντοφθαλμῶν (90)..., στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ. » Οὔκουν ἀφροδι...ἡττᾶσθαι δίκαιον, οὐδὲ μὴν κεχηνέναι περὶ τὰς ...μίας· ἀλλ' οὐδὲ ἐκπαθαίνεσθαι περὶ τὰς ἀλό...ὀρέξεις, οὐδὲ ἐπιθυμεῖν μολύνεσθαι. Σπείρειν ...ον ἐπιτέτραπται τῷ γήμαντι, ὡς γεωργῷ D

A cat, statim quoque facit injuriam, non tam proximo, si mœchetur, quam sibi ipsi, quod mœchatus fuerit: quin et seipsum omnino reddit deteriorem, suæque famæ detrahit. Qui enim peccat, quatenus peccat, ipse est seipso deterior et ignominiosior: omnino autem jam ei utique adest intemperantia, ut qui vincatur a turpi voluptate. Quamobrem qui fornicatur, Deo est omnino mortuus, et a Logo, quemadmodum a Spiritu, ut cadaver, relictus est. Quod enim sanctum est, ut est consentaneum, pollui aversatur. Puro autem purum semper fas est tangere. Ne simul ac exuitur tunica, pudorem quoque exuamus; nam justo temperantiam nunquam fas est exuere. Ecce enim hoc corruptibile induit incorruptionem, quando cupiditas insatiabilis, quæ B fluxu quodam fertur in libidinem, per continentiam instituta, et a corruptionis amore aliena facta, æternæ temperantiæ hominem tradiderit. « In hoc enim sæculo uxores ducunt, et nubunt [a]; » abolitis autem carnis operibus, ipsa pura carne induti incorruptionem, id quod angelis proportione respondet, persequimur. Hac ratione Plato quoque in *Philebo*, qui fuerat barbaræ discipulus philosophiæ, atheos eos mystice vocavit, qui Deum in ipsis habitantem, nempe rationem, corrumpunt, et quantum in se est, vitiorum suorum conjunctione polluunt. Non est ergo iis unquam mortaliter vivendum, qui Deo sanctificantur. « Neque, » ut dicit Paulus, « membra Christi facienda sunt membra meretricis: nec Dei templum faciendum est templum turpium C affectionum [b]. » Recordemini quatuor et viginti millia fuisse propter fornicationem extrusa. Ea autem, quæ evenerunt iis qui fornicati sunt, ut jam a me dictum est, sunt « figuræ [c], » quæ nostras libidines corrigunt. Porro autem Pædagogus monet nos apertissime: « Post tua desideria ne ambules, et arcearis a tuis appetitionibus [d]. Vinum enim ✠ et mulieres faciunt sapientes deficere: et qui adhæret meretricibus, evadet audacior. Putredo et vermis erunt ejus hæredes, et efferetur in majori ludibrio [e]. » Et rursus, non cessat enim juvare: « Qui autem voluptatem aversis oculis intuetur, coronat vitam suam [f]. » Non est ergo justum vinci a rebus venereis, nec libidinibus stolide inhiare, nec a ratione D

P. 231 ED. POTTER, 197-198 ED. PARIS.

[a] Matth. XXII, 30; Luc. XX, 34. [b] I Cor. VI, 15. [c] I Cor. X, 6. [d] Eccli. XVIII, 30. [e] Eccli. XIX, 2, 3. [f] Ibid. 5.

(82) Ἀπό. Scribe ὑπὸ τοῦ Λόγου, ut mox ὑπὸ τοῦ ...ατος. Quam emendationem firmant Nov., Reg.,

(83) Ἀεὶ δέ. Respicit Socratis effatum apud Pla... *Phædon*. p. 51, quod Clemens infra recitat ...t. V, p. 553.

(84) Μὴ δὴ ἅμα χιτ. Una cum tunica exui etiam ...em, prolixe narrat Herodotus p. 3, in *Candau...oria*. H. SYLBURG. — Scholiastes quidam in ...Reg. et Bod. hæc adnotavit: Ἡροδότου τοῦτο· ...ἅμα χιτῶνι ἐκδυομένῳ ἀποδύεται καὶ τὴν αἰδῶ· ...Idem fatur Epicharmus apud Stobæum, ...72.

(85) Τὸ φθαρτόν. Respicit I Cor. XV, 53: Δεῖ γὰρ ...αρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν.

(86) Βαρβάρου. Nempe Judaicæ. Nam Platonem ...am philosophiæ suæ partem e Judaicis Scripturis hausisse, in libris *Stromatum* sæpe affirmat.

(87) Ἀπωσμένας. Ἀποισμένας Nov.

(88) Σου. Abest ab Eccl. sed id agnoscit Alex. ms. Mox ἔσται pro ἐκβήσεται. Ibid. Dein σῆτες pro σῆψις. Ibid. Sed σήπης est in Alex.

(89) Καὶ ἐξαρθ.... μείζονι. Καὶ ἡ ψυχὴ τολμηρὰ ἐξαρθήσεται Eccl. Utrumque habet ms. Alex. Καὶ ψυχὴ τολμηρὰ ἐξαρθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ μείζονι. Sæpe enim accidit per librariorum negligentiam, ut diversæ versiones simul in textum reciperentur. Flam. Nobilius adnotat, in quibusdam libris exstare, καὶ ξηρανθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ μείζονι.

(90) Ὁ δὲ ἀντ. Hæc absunt e Vulg. Eccl. Flam. Nobilius adnotat, in quibusdam codicibus ea hoc modo scripta esse: Ὁ δὲ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς, στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ.

alienis appetitionibus moveri, nec desiderare pollui. Ei autem soli, qui uxorem duxit, ut qui tunc sit agricola, serere permissum est; quando tempus sementem admittit. Adversus aliam autem intemperantiam, optimum quidem est medicamentum, ratio. Fert etiam auxilium penuria satietatis, per quam accensæ libidines prosiliunt ad voluptates. Ergo nec sumptuosa vestis est assumenda, sicut nec cibus varius. Ipse certe Dominus in animam, et corpus, et tertio loco in ea quæ externa sunt, præcepta dividens, propter corpus quidem externa comparare consulit, corpus autem administrat per animam, animam autem erudit : « Ne solliciti sitis animæ vestræ, inquiens, quid comedatis, neque corpori vestro quid induamini. Anima enim plus est quam cibus, et corpus quam vestimentum [a]. » Et subjungit apertum doctrinæ exemplum : « Considerate corvos, qui neque seminant, neque metunt, quibus non est penus, nec horreum, et Deus nutrit ipsos. Non vos præstatis volucribus? » Et hæc quidem de nutrimento. Similiter autem de veste quoque præcipit, quæ rerum externarum tertium locum obtinet : « Considerate, inquiens, lilia; quomodo neque nent, neque texunt. Dico autem vobis, quod neque Solomon induebatur ut unum ex his [b]. » De divitiis autem valde se jactabat rex Solomon. Quid est itaque floribus pulchrius et floridius? Quid est autem liliis, vel unguentis, vel rosis delectabilius? « Si autem fenum, quod hodie est in agro, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto vos magis, modicæ fidei? Et vos ne quærite, quid comedatis, aut quid bibatis [c]. » Hic, hæc particula, « Quid, » cibi varietatem expulit. Id enim significatur ex Scriptura : Ne solliciti sitis, quænam comedatis, aut quænam bibatis; » de his enim esse sollicitum, nimiam plura habendi cupiditatem, et delicias arguit. Sed illud « comedere » per se positum, est argumentum necessitatis, et defectus ✠ repletio, ut diximus. Quod est autem amplius, est ex surperfluo; quod est autem « superfluum, » esse a diabolo declaravit **86** Scriptura. Sensum autem planum facit, quæ sequitur, dictio. Cum enim dixisset : « Ne quærite quid comedatis, et quid bibatis, » subjunxit : « Et ne sublimes efferamini. » A veritate autem sublimes efferunt arrogantia et deliciæ;

A τοτηνικάδε, ὁπηνίκα ὁ καιρὸς δέχεται τὸν σπόρον. Πρὸς δὲ δὴ τὴν ἄλλην ἀκρασίαν ἄριστον μὲν ὁ λόγος φάρμακον· βοηθεῖ δὲ καὶ ἡ ἔνδεια τοῦ κόρου (91)· δι' οὗ φλεγμαίνουσαι αἱ ἐπιθυμίαι σκιρτῶσι περὶ τὰς ἡδονάς. Οὔκουν οὐδὲ ἐσθῆτος ἀντιποιητέον πολυτελοῦς, καθάπερ οὐδὲ τροφῆς ποικίλης. Αὐτὸς γοῦν ὁ Κύριος, διαιρῶν τὰς ὑποθήκας εἴς τε ψυχὴν καὶ σῶμα, καὶ τρίτον τὰ ἐκτὸς, διὰ μὲν τὸ σῶμα, τὰ ἐκτὸς πορίζεσθαι συμβουλεύει, διοικεῖ δὲ τὸ σῶμα, τῇ ψυχῇ· παιδαγωγεῖ δὲ τὴν ψυχὴν, « Μὴ μεριμνᾶτε, λέγων, τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν (92), τί ἐνδύσησθε· ἡ γὰρ ψυχὴ πλείων ἐστὶ τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα, τοῦ ἐνδύματος. » Καὶ τῆς διδασκαλίας ἐναργὲς ὑπόδειγμα ἐπιφέρει· « Κατανοήσατε τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, B οἷς οὐκ ἔστι ταμιεῖον, καὶ (93) ἀποθήκη, καὶ ὁ Θεὸς τρέφει αὐτούς. Οὐχ ὑμεῖς διαφέρετε τῶν πτηνῶν; » Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τροφῆς. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἐσθῆτος παρεγγυᾷ, ἣ τῶν τρίτων μετείληφε, τῶν ἐκτός· « Κατανοήσατε, λέγων, τὰ κρίνα· πῶς οὔτε νήθει (94), οὔτε ὑφαίνει. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι (95) οὐδὲ Σολομῶν (96) περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων. » Σφόδρα δὲ ἐπὶ πλούτῳ ἐκόμα ὁ Σολομῶν, ὁ βασιλεύς. Τί οὖν ὡραιότερον καὶ εὐανθέστερον ἀνθέων; Τί δαὶ ἐπιτερπέστερον κρίνων, ἢ μύρων (97), ἢ ῥόδων; « Εἰ δὲ τὸν χόρτον σήμερον ἐν ἀγρῷ (98) ὄντα καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι; καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε, τί φάγητε, ἢ τί πίητε. » Ἐνταῦθα τὸ τί μόριον, C τὴν ποικιλίαν τῆς τροφῆς ἐκβέβληκε· σημαίνεται γὰρ ἐκ τῆς Γραφῆς τοῦτο « Μὴ μεριμνᾶτε, ποῖα φάγητε, ἢ ποῖα πίητε· » πλεονεξία γὰρ καὶ τρυφὴ μεριμνᾷν ταῦτα. Τὸ δὲ « φαγεῖν » μόνον ψιλῶς νοούμενον, ἀνάγκης ἐστὶ τεκμήριον, τὸ πλήρωμα, ὡς ἔφαμεν, τῆς ἐνδείας (99). Τὸ δ' ἔτι (1), τὸ ἐκ περισσοῦ· τὸ δὲ περιττὸν (2), ἐκ τοῦ διαβόλου μεμήνυκεν ἡ Γραφή. Σαφηνίζει δὲ τὴν διάνοιαν ἡ ἐπιφερομένη λέξις· « Μὴ γὰρ ζητεῖτε (3), τί φάγητε, ἢ τί πίητε, » εἰπὼν, ἐπήγαγεν· « Καὶ μὴ μετεωρίζεσθε. » Μετεώρους δὲ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἀλαζονεία καὶ τρυφὴ ποιεῖ· καὶ ἡ εἰς τὰ περιττὰ ἀπασχολοῦσα ἡδυπάθεια ἀπάγει τῆς ἀληθείας. Διὸ καί φησι παγκάλως· « Ταῦτα δὲ πάντα (4) τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ζητεῖ. » Οἱ ἄτακτοι καὶ ἀνόητοι, τὰ ἔθνη D εἰσίν. Τίνα δὲ λέγει « ταῦτα; » τὴν τρυφὴν, τὴν

✠ P. 232 ED. POTTER, 198-199 ED. PARIS.

[a] Luc. XII, 22, 23, 24. [b] Ibid. 27. [c] Ibid. 28, 29.

(91) *Βοηθεῖ δὲ καὶ ἡ ἔνδεια τοῦ κόρου.* Scribi possit in dativo casu τῷ κόρῳ· quod aliquis in Reg. adnotavit, ω in utraque voce scripto super ου ut sensus sit, « inediam remedium afferre satietati. »

(92) *Ὑμῶν.* Abest a Luc. Mox, ἡ γὰρ ψυχὴ πλεῖον. Ibid.

(93) *Καί.* Οὐδέ Luc.

(94) *Πῶς οὔτε ν.* Πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει. Luc.

(95) *Ὅτι.* Abest a Luca; sed id habet Matth. VI, 29.

(96) *Σολομῶν.* Σαλαμῶν Nov. Σαλομῶν Bod. ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ addunt Evangelistæ.

(97) *Ἢ μύρων.* Commation hoc parum huc quadrat, et λειρίων ibi legere, tautologia esset. SYLBURG. — Delendum videtur. LOWTH.

(98) *Σήμερον ἐν ἀγ.* Ἐν τῷ ἀγρῷ σήμερον ὄντα. Luc. Mox, ὦ ὀλιγόπιστοι. Ibid.

(99) *Τὸ πλ. ἔτι, τὸ ἐκ περισσοῦ.* Hæc absunt a Pal. ms. SYLBURG.

(1) *Τὸ δὲ ἔτι.* Fortasse rectius τὸ δὲ τί. SYLBURG. Ejus conjecturam firmant Nov., Reg. Vult autem auctor Τί μόριον superius memoratum.

(2) *Περιττόν.* Huc detorquet illud Matth. V, 37 : Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, Ναὶ, ναί, Οὔ, οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν.

(3) *Ζητεῖτε.* Ζητῆτε Bod., Reg. Dein, τί φάγητε ἢ πίητε, Nov. Mox, καὶ μετεωρίζεσθε, omisso μή. Nov.

(4) *Ταῦτα δὲ π.* Ταῦτα γὰρ πάντα.... ἐπιζητεῖ, Luc.

ἡδυπάθειαν (5), τὴν χαρυκείαν, τὴν ὀψοφαγίαν, τὴν λαιμαργίαν. Ταῦτά ἐστι τὸ « Τί. » Περὶ δὲ ψιλῆς τῆς τροφῆς, τῆς τε ξηρᾶς καὶ τῆς ὑγρᾶς, ὡς ἀναγκαίων οὐσῶν, « Οἶδε, φησὶν, ὁ Πατὴρ (6) ὑμῶν, ὅτι χρῄζετε. » Εἰ δὲ ὅλως ζητητικοὶ γεγόναμεν, μὴ εἰς τρυφὴν τὸ ζητητικὸν ἀπολύωμεν (7), ἀλλὰ εἰς τὴν εὕρεσιν τῆς ἀληθείας ἀναζωπυρήσωμεν. « Ζητεῖτε γὰρ (8), φησὶ, τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ τῆς τροφῆς προστεθήσεται ὑμῖν. » Εἰ τοίνυν ἐσθῆτος, καὶ τρυφῆς (9), καὶ τῶν περιττῶν ἁπαξαπλῶς, ὡς οὐκ ἀναγκαίαν, ἀφαιρεῖται τὴν μέριμναν, τί χρὴ νοεῖν ἐρεῖν αὐτὸν περὶ φιλοκοσμίας, βαφῆς τε ἐρίων, καὶ ποικιλίας χρωμάτων, καὶ λίθων περιεργίας, καὶ χρυσίου ἐξεργασίας, πλοκάμων τε ἔτι ἐπιτεχνητῶν, καὶ βοστρύχων ἑλικτῶν; πρὸς δὲ καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῆς, παρατίλσεών τε, καὶ παραφυκισμῶν, καὶ ψιμυθισμοῦ, καὶ βαφῆς τριχῶν, καὶ τῶν περὶ τὰς ἀπάτας ταύτας κακοτεχνιῶν; οὐχὶ εὖ μάλα ἐκεῖνο δὲ ὑποτοπητέον, τὸ μικρῷ πρόσθεν εἰρημένον ἐπὶ τοῦ χόρτου, μὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀκόσμων φιλοκόσμων (10) τούτων ἐληλεγμένον (11); Ἀγρὸς γὰρ ὁ κόσμος, καὶ πόα ἡμεῖς, οἱ τῇ χάριτι δροσιζόμενοι τοῦ Θεοῦ· καρέντες δὲ αὖθις ἀνατέλλομεν, ὡς ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως*, διὰ πλειόνων δηλωθήσεται. Χόρτος δὲ, ὁ χυδαῖος ἀλληγορεῖται ὄχλος, ὁ τῆς ἐφημέρου εὐφροσύνης, οἰκεῖος, ὁ πρὸς ὀλίγον ἀνθῶν, ὁ φιλόκοσμος, καὶ φιλόδοξος, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ φιλαλήθης, εἰς οὐδὲν, ἀλλ' ἢ εἰς ὑπέκκαυμα εὔθετος πυρός. « Ἄνθρωπος γοῦν ἦν τις, ὁ Κύριος διηγούμενος λέγει, πλούσιος σφόδρα (12), ὃς ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς· » οὗτος ὁ χόρτος ἦν. « Πτωχὸς δέ τις, ὀνόματι (13) Λάζαρος, ἐβέβλητο εἰς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἡλκωμένος, ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἐκ τῶν πιπτόντων τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου· » οὗτός ἐστιν ἡ πόα. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκολάζετο ἐν ᾅδου, ὁ πλούσιος, μετέχων τοῦ πυρός· ὁ δὲ, ἀνέθαλλεν ἐν κόλποις τοῦ Πατρός. Ἄγαμαι τῶν Λακεδαιμονίων τὴν πόλιν τὴν παλαιὰν, ἣ μόναις ταῖς ἑταίραις ἀνθινὰς (14) ἐσθῆτας καὶ χρυσοῦν κόσμον ἐπέτρεψε (15) φορεῖν, ἀφαιρουμένη τῶν δοκίμων γυναικῶν (16) τὴν φιλοκοσμίαν, τῷ μόναις ἐφεῖναι καλλωπίζεσθαι ταῖς ἑταιρούσαις. Ἀθηναίων δὲ ἔμπαλιν οἱ ἄρχοντες, οἱ τὸ ἀστικὸν πολίτευμα ἐζηλωκότες (17), ἐκλαθόμενοι τῆς ἀνδρωνί-

et quæ in rebus supervacaneis versatur delectatio, abducit a veritate. Quocirca pulcherrime quoque dicit : « Hæc autem omnia gentes mundi quærunt [a]. » Qui immoderati sunt et insipientes, gentes sunt. Quænam autem *hæc* dicit? delicias, delectationem, cupedias, obsoniorum voracitatem, ingluviem. Hæc sunt illud *Quid*. De solo autem nutrimento, sicco scilicet et humido, ut quæ sint necessaria : « Scit, inquit, Pater vester, quid vobis opus sit [b]. » Quod si nobis omnino innatum est ut quæramus, ne quærendi facultatem in deliciis perdamus, sed eam ad veritatem inquirendam excitemus. « Quærite enim, inquit, regnum Dei, et quæ ad alimentum pertinent adjicientur vobis [c]. » Si ergo curam de veste, et deliciis, rebusque omnibus supervacaneis, tanquam non necessariam, tollit, quid censendum est eum dicere de nimio ornatus studio, de tinctura lanarum, varietate colorum, superflua cura gemmarum, auri elaboratione, capillis artificiosis, et intortis crinibus? Quid de fucata oculorum pictura, quid de vulsionibus, purpurissi ac cerussæ fucationibus, tinctisque pilorum coloribus, et improbis circa has fraudes artificiis? Annon hoc quoque recte putandum est, id, quod de feno paulo ante dictum est, de his ornamentorum amatoribus, qui a vero ornatu alieni sunt, optime posse dici? Ager enim est mundus, et nos herba, qui sumus Dei gratia irrigati : tonsi autem rursus exorimur, ut pluribus ostendetur in libro *De resurrectione*. Fenum autem, vilis turba allegorice dicitur, quæ se ad momentaneam lætitiam applicat, quæ floret parvo tempore, quæ superflua ornamenta, quæ gloriam, quæ quidvis potius quam veritatem sectatur : quæ non ad aliud apta est, quam ad ignis incendium. « Homo quidam, dicit narrans Dominus, erat valde dives, qui induebatur purpura et bysso, qui oblectabatur quotidie splendide. » ✠ Hic erat fenum. « Mendicus autem quidam, nomine Lazarus, abjectus erat in vestibulo divitis, ulceratus, cupiens repleri iis, quæ cadebant de mensa divitis [d]. » Hic est herba. Sed ille quidem dives puniebatur apud inferos, ignis particeps factus : hic autem rursus germinavit in sinu Patris. Laudo ergo et admiror veterem Lace-

✠ P. 233 ED. POTTER, 199 ED. PARIS. [a] Luc. XII, 30. [b] Ibid. [c] Ibid. 31. [d] Luc. XVI, 19, 20, 21, seq.

(5) *Τίνα δὲ... ἡδυπάθειαν*. Hæc absunt a Nov.

(6) *Οἶδε... ὁ Π.* Ὑμῶν ὁ Πατὴρ οἶδε, Luc.

(7) *Ἀπολύωμεν*. « Ablegemus, dimittamus. » Sylburgius ait, « Interpres aptius ἀπολλύωμεν, seu ἀπολέσωμεν, in deliciis perdamus. »

(8) *Ζητεῖτε γάρ*. Πλὴν ζητεῖτε, Luc. Mox, τὰ τῆς τροφῆς auctoris interpretamentum est : nam ταῦτα πάντα apud Luc. occurrit.

(9) *Τρυφῆς*. A. mavult τροφῆς, « alimentorum. » SYLBURG. — Mox, ἀναγκαίων malim quam ἀναγκαίαν.

(10) *Φιλοκόσμων*. Abest a Nov.

(11) *Ἐληλεγμένον*. « Reprehensum; » est enim perfectum ab ἐλέγχομαι. Interpres perinde vertit, ac si legisset λελεγμένον a λέγω, « dico, » ἐληλεγμένων Nov.

(12) *Σφόδρα*. Additamentum Clementis. Mox καὶ ἰδοὺ apud Luc. Dein, Πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἡλκωμένος, καὶ ἐπιθυμῶν χορτ. ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπ. Ibid.

(13) *Ὀνόματι*. Ὄνομα Nov.

(14) *Ἑταίραις ἀνθινάς*. Conf. quæ adnotavimus ad finem c. 4 hujus libri, p. 166 edit. Paris.

(15) *Ἐπέτρεψε*. Excerp. ms. ἐπέτρεπεν. SYLB. Ἐπέτρεπεν etiam Reg.

(16) *Τῶν δοκίμων γυν*. Heraclides lib. *De politiis :* Τῶν ἐν Λακεδαίμονι γυναικῶν κόσμος ἀφῄρηται· οὐδὲ κομᾷν ἔξεστιν, οὐδὲ χρυσοφορεῖν. « Lacedæmone ornatus omnis mulieribus interdictus : neque eas ornari licet, nec aurum gestare. »

(17) *Ἐζηλωκότες*. Flor. edit ἐξηλωκότες ut item Hervetus interpres, « qui civilem vitæ formam expulerant. » Nostrum ἐζηλωκότες confirmat mox, ὁ τῶν ἀρχόντων τούτων ζῆλος. Petita sunt autem ista de vetere cultu Attico, ex præfatione Thucydidis, pag. 2. SYLBURG. — Ἐζηλωκότες habent etiam mss. nostri.

dæmoniorum civitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes et aureum ornatum gestare permisit: a probis mulieribus mundi studium auferens, quod solis meretricibus se ornare concederet. Contra autem Atheniensium magistratus, qui civilem vitæ formam expulerant, loci quasi et conversationis virilis obliti, aurum gestabant, et talaribus tunicis amiciebantur, et crobulo, quod est capillorum plicaturæ genus, aureo induebantur, consertis cicadis ornati: ortum suum revera terrestrem, cinædico quodam fastu et arrogantia monstrantes. Horum autem principum æmulatio ad alios quoque Ionas pervasit, quos Homerus esse effeminatos ostendens, vocat ἑλκεσιπέπλους, hoc est *vestimenta trahentes*. Ii ergo, qui pulchri simulacrum, nimium scilicet ornatus studium, non autem ipsum pulchrum et honestum attendunt, specioso nomine simulacrorum cultum rursus inducentes, a veritate longe sunt relegandi cum opinione, non scientia, pulchri naturam somnient: et est vita, quæ ab eis hic agitur, profundus somnus ignorantiæ: e quo oportet nos excitatos, ad id, quod vere pulchrum est et ornatum, contendere; et id solum assequi desiderare, relinquentes quæ hic sunt munda ornamenta, ut cum ipso mundo valeant, priusquam penitus obdormiamus. Dico ergo hominem non alia de causa opus habere vestimentis, quam ut tegatur corpus, ✠ ad maxima frigora et vehementes æstus propulsandos, ne nos lædat ambientis aeris immoderatio. Quod si hic est vestis scopus, vide ne non alia quidem viris, alia vero feminis vestis tribuenda sit; tegi enim utrisque commune est,

A τιδος, ἐχρυσοφόρουν, ποδήρεις χιτῶνας ἐνδυόμενοι, καὶ ποδήρεις ἠμπίσχοντο (18), καὶ κρώβυλον (19), ὃ ἐμπλοκῆς ἐστιν εἶδος, ἀνεδοῦντο χρυσοῦν, ἐνέρσει τεττίγων (20) κοσμούμενοι· τὸ γηγενὲς ὡς ἀληθῶς ἀπειροκαλίᾳ κιναιδίας ἐνδεικνύμενοι. Ὁ δὲ τῶν ἀρχόντων τούτων ζῆλος, καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἴωνας (21) διΐκνεῖτο, οὓς Ὅμηρος, ἐκθηλύνων, « ἑλκεσιπέπλους » (22) καλεῖ. Εἴδωλον οὖν τοῦ καλοῦ τὴν φιλοκοσμίαν, οὐχὶ δὲ αὐτὸ τὸ καλὸν προτρεπομένους (23), δι' ὀνόματος ὡραίου πάλιν εἰδωλολατροῦντας, πόῤῥω τῆς ἀληθείας ἀπῳκιστέον (24), δόξῃ, οὐκ ἐπιστήμῃ ὀνειροπολοῦντας τοῦ καλοῦ τὴν φύσιν· καὶ ἔστιν αὐτοῖς ὁ τῇδε βίος ἀγνοίας ὕπνος βαθύς· οὗ χρὴ ἐξεγειρομένους ἡμᾶς ἐπὶ τὸ ὄντως καλὸν καὶ κόσμιον σπεύδειν, καὶ τούτου μόνου ἐφάπτεσθαι γλίχεσθαι, B καταλείποντας τὰ τῇδε κόσμια αὐτῷ κόσμῳ (25) χαίροντα, πρὶν ἢ τέλεον καταδραθεῖν. Φημὶ τοίνυν οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα δεηθῆναι ὑφασμάτων τὸν ἄνθρωπον ἢ σκέπης σώματος, πρὸς ἀπαλέξησιν κρυμῶν τε ὑπερβολῆς καὶ καυμάτων ἐπιτάσεως, μή τε ἡμᾶς παραλυπῴη (26) τοῦ περιέχοντος ἡ ἀμετρία. Εἰ δὲ οὗτός ἐστι τῆς ἐσθῆτος ὁ σκοπὸς, ὅρα μὴ οὐκ ἄλλη μὲν ἀνδράσιν, ἄλλη δὲ ἐσθὴς ἀπονεμητέα γυναιξί· κοινὸν γὰρ ἀμφοῖν τὸ σκέπεσθαι, κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ ἐσθίειν καὶ πίνειν. Κοινῆς οὖν οὔσης τῆς χρείας, τὴν ὁμοίαν κατασκευὴν δοκιμάζομεν. Ὡς γὰρ τὸ δεῖσθαι τῶν σκεπόντων κοινὸν ἑκατέροις, οὕτω καὶ τὰ σκέποντα παραπλήσια εἶναι χρή· εἰ δὲ καὶ σκέπην ταύτην παραληπτέον, καθ' ἣν (27) κρύπτειν ὄμματα θηλειῶν χρεών. Εἰ γὰρ καὶ πλεονεκτεῖ τὸ θῆλυ διὰ C τὴν ἀσθένειαν, τὸ ἔθος τῆς ἀγωγῆς τῆς κακῆς αἰτιατέον, δι' ἣν πολλάκις, φαύλοις διαίταις (28) ἐντρε-

✠ P. 234 ED. POTTER, 200 ED. PARIS.

(18) *Καὶ ποδήρεις ἠμπίσχοντο*. Lowthius ait: « Glossema, quod interpres minime agnoscit. »

(19) *Κρώβυλον*. Κρωβύλον Nov. Hic porro Scholiastes in marg. Reg. et Bod. adnotat: Τούτου μέμνηται τοῦ κρωβύλου καὶ Θουκυδίδης ἐν προοιμίοις τοῦ α' Πελοποννησιακῶν. Ἐμπλοκῆς δὲ εἶδος ὁ κρώβυλος, ἀπ' ἄκρων τριχῶν τοὺς πλοκάμους εἰς κορυφὴν ἀνατείνων, εἶτα εἰς ὀξὺ ταύτας συνάγων· χρυσῷ τέττιγι τετρημένῳ τὰς τρίχας ἐσφηκοῦτο, πρὸς τὸ συνεχομένας μὴ πάλιν διαῤῥεῖν πρὸς τὸ κάτω.

(20) *Χρυσοῦν, ἐνέρσει τεττίγων*. Scribendum χρυσῶν ἐν ἔρσει τεττίγων, « consertis aureis fibulis; » idque Thucydidis auctoritate, cujus verba recitat Clemens. Ea vero lib. I. c. 6. sic se habent: Πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο, καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν· καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων διὰ τὸ ἁβροδίαιτον οὐ πολὺς χρόνος, ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐν ἔρσει κρώβυλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Ἀφ' οὗ καὶ Ἰώνων τοὺς πρεσβυτέρους κατὰ τὸ ξυγγενὲς ἐπιπολὺ αὕτη ἡ σκευὴ κατέσχε· Μετρίᾳ δ' αὖ ἐσθῆτι καὶ ἐς τὸν νῦν τρόπον πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντο. « Primi Athenienses ferrum deposuerunt, et remissiorem cultum secuti, ad genus vitæ lautius et delicatius transierunt: nec multum est tempus, ex quo apud eos e majoribus natu locupletiores, ob delicatiorem cultum, ferre desierunt lineas tunicas, et cincinnos comæ capitis nexu aurearum cicadarum implicare. Unde etiam apud antiquiores Iones cultus iste propter cognationem in usu diu fuit. Modica vero veste, et ad hujus ætatis consuetudinem accommodata, primi Lacedæmonii sunt usi. »

(21) *Τοὺς ἄλλους Ἴωνας*. Etenim Iones Athenis oriundi fuisse, et ab Ione Xuthi filio nomen suum accepisse memorantur. Conf. *Archæolog.* nostræ *Græcæ* lib. I, cap. 1.

(22) *Ἑλκεσιπέπλους*. Epitheton mulieribus proprium. Homerus *Iliad.* Z, vers. 442:

Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους.
Revereor Troas, et Troadas peplis indutas.

Item simile epitheton ἑλκεχιτώνων Ionibus tribuit, *Il.* N, v. 685:

Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ, καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες.
Hic autem Bœoti, et Iaones stolitrahi.

Clemens per memoriæ lapsum ἑλκεσιπέπλους dixisse videtur. Huc referri merentur, quæ dicit Strabo, *Geograph.* lib. X. p. 466, 467, ubi de Curetum nomine agit: Θηλυστολοῦντας γὰρ ὡς αἱ κόραι, τοὔ- D νομα σχεῖν τοῦτο τοὺς περὶ τὴν Αἰτωλίαν φασίν· εἶναι γὰρ καί τινα τοιοῦτον ζῆλον ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ Ἰάονας ἑλκεχίτωνας εἰρῆσθαι. « Aiunt enim Ætolicos Curetas hoc nomine affectos, quod κουρῶν, seu puellarum, in morem, muliebres vestes gererent: tale nimirum quoddam viguisse studium apud Græcos, indeque Iaonas dictos stolitrahos. »

(23) *Προτρεπομένους*. Lowthius ait: « Lege προστρεπομένους, « colentes; » quo sensu hæc vox occurrit in *Protreptico*, pag. 33. »

(24) *Ἀπῳκιστέον*. Analogia postulat ἀποικιστέον, licet etiam Pal. ms. ἀπῳκιστέον habeat, retento augmento. SYLBURG.

(25) *Κόσμῳ*. Ludit in ambiguo hujus vocis sensu.

(26) *Παραλυπῴη*. Παραλυποίη Nov.

(27) *Καθ' ἣν*. Scholiastes in marg. Reg., Bod.: Τοῦτο μεταπεποίηται ἀπὸ τοῦ τραγικοῦ. Est autem versus iambicus.

(28) *Φαύλοις δ.* Φαύλαις διαίταις Bod.

φόμενοι ἄνδρες, γυναικῶν γεγόνασι θηλύτεροι· οὐ δὴ (29) καθυφεῖναι χρὴ τούτου. Εἰ δὲ συμπεριφέρεσθαι (30) χρὴ, ὀλίγον ἐνδοτέον αὐταῖς μαλακωτέροις χρῆσθαι τοῖς ὑφάσμασιν, μόνον τὰς μεμωραμμένας λεπτουργίας, καὶ τὰς ἐν ταῖς ὑφαῖς περιέργους πλοκὰς, ἐκποδὼν μεθιστάντας· νῆμα (31) χρυσοῦ, καὶ σῆρας Ἰνδικοὺς, καὶ τοὺς περιέργους βόμβυκας (32) χαίρειν ἐῶντας· ὃς σκώληξ φύεται τὸ πρῶτον, εἶτα ἐξ αὐτοῦ δασεῖα ἀναφαίνεται κάμπη, μεθ' ἣν εἰς τρίτην μεταμόρφωσιν νεοχμοῦται βομβύλιον (33)· οἱ δὲ « νεκύδαλον » αὐτὸ καλοῦσιν, ἐξ οὗ μακρὸς τίκτεται στήμων, καθάπερ ἐκ τῆς ἀράχνης ὁ τῆς ἀράχνης μίτος. Τὰ γὰρ περιττὰ ταῦτα καὶ διαφανῆ ἔλεγχός ἐστι διανοίας οὐκ ἐῤῥωμένης, ὀλίγῳ παραπετάσματι τὴν αἰσχύνην τοῦ σώματος προαγωγεύοντα. Οὐ γὰρ ἔτι σκέπη ἡ ἀβροδίαιτός ἐστιν ἐσθὴς, τὸ σχῆμα τῆς γυμνότητος κρύπτειν μὴ δυναμένη· προσπίπτουσα γὰρ ἡ τοιαύτη ἐσθὴς τῷ σώματι, προστυποῦται αὐτῷ ὑγρότερον καὶ προσαναπλάττεται, σαρκικῶς ἐμφῦσα, τῷ σχήματι (34)· καὶ τὸν τύπον ἐκμάττεται τῆς γυναικὸς, ὥστ' οὐχ ὁρῶντι τὴν ὅλην τοῦ σώματος εἶναι φανερὰν διάθεσιν. Παραιτητέον δὲ τῆς ἐσθῆτος καὶ τὰς βαφάς· αὗται γὰρ πόῤῥω καὶ τῆς χρείας καὶ τῆς ἀληθείας πρὸς τῷ (35) καὶ διαβολὴν τοῦ ἤθους ἐξανθεῖν· οὔτε γὰρ ἡ χρῆσις ὠφέλιμος· οὐ γὰρ πρὸς τὸ κρύος εὔθετος, οὔτε πρὸς σκέπην ἔχει τι περιττὸν παρὰ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα, ἢ τὸν ψόγον μόνον. Καὶ τὸ ἐπιτερπὲς τῆς χροιᾶς τοὺς λίχνους ἀνιᾷ, εἰς τὴν ἀνόητον ὀφθαλμίαν ἐρεθίζον. Τοὺς δὲ λευκοὺς, καὶ οὐ νόθους τὰ ἔνδον, λευκαῖς καὶ ἀπεριέργοις ἁρμοδιώτατον ἐσθήσεσι (36) χρῆσθαι. Σαφῶς γοῦν (37) καὶ καθαρῶς Δανιὴλ ὁ προφήτης, « Ἐτέθησαν, » φησὶ « θρόνοι, καὶ ἐκάθισεν ἐπ' αὐτῶν, ὡσεὶ παλαιὸς ἡμερῶν, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ὡσεὶ χιὼν λευκόν. » Τοιαύτῃ χριόμενον στολῇ, τὸν Κύριον ἐν ὁράματι θεωρεῖν, καὶ ἡ Ἀποκάλυψις φησίν· « Εἶδον τὰς ψυχὰς τῶν μεμαρτυρηκότων ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἐδόθη ἑκάστῳ στολὴ λευκή. » Εἰ δὲ καὶ ἄλλο τι δέοι χρῶμα ζητεῖν, τὸ αὐτοφυὲς τῆς ἀληθείας ἀπόχρη βάμμα. Αἱ δὲ τοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαι ἐσθῆτες βακχικοῖς καὶ τελεστικοῖς καταληπτέαι (38) λήροις· πρὸς δὲ καὶ ἡ πορφύρα καὶ τὰ ἀργυρώματα (39), ὥς φησιν ὁ κωμικὸς,

quemadmodum comedere et bibere. Cum usus itaque sit communis, constructionem similem comprobamus. Quemadmodum enim utrisque commune est, ut egeant iis quæ tegunt, ita a quibus tegendi sunt esse oportet similia; etsi oporteat hujusmodi tegumentum assumere, quo sunt feminarum celandi oculi. Etsi enim femina propter imbecillitatem longe plura concupiscat, id malæ educationis consuetudini tribuendum est, per quam sæpenumero viri in malis vitæ institutis educati, evaserunt mulieribus magis effeminati : non est igitur eis hac in re cedendum. Quod si se eis aliquantulum accommodare oporteat, vestibus quidem paulo mollioribus eis uti concedendum est, dummodo nimis subtiliter per summam stultitiam elaborata opera, curiosæque in texturis plicaturæ, longissime amandentur; auri fila, et Indicos seres, et inutiles bombyces valere jubentibus (est enim bombyx primum vermis, deinde aspera ex eo nascitur eruca, postquam in tertia metamorphosi innovatur papilio, quem nonnulli Græce appellant νεκύδαλον, ex quo longum stamen nascitur, quemadmodum ex aranea tela araneæ). Superflua enim hæc et perspicua, mentem minime constantem arguunt, quæ exigui expassione veli, tanquam quodam lenocinio, probrum corporis illiciunt. Non est enim amplius tegumentum mollis ac delicatæ vestis, ut quæ nudam figuram non potest occulere : ejusmodi enim vestis in corpus incidens, facilius corporis formam et impressionem recipit **87** figuræ, carnis instar adhærens : et mulieris typum ita exprimit, ut vel non videnti manifesta sit tota constitutio corporis. Rejiciendæ quoque sunt vestimenti tincturæ : ipsæ enim et ab usu, et a veritate longe remotæ sunt; præterea quoque ex eis morum oritur reprehensio : neque enim est earum usus utilis; nam nec ad frigus propulsandum est idonea, neque ad tegumentum habet aliquid amplius, quam alia vestis, nisi solum vituperium. Coloris autem delectans suavitas male habet avidos, eos ad stultam impellens lippitudinem. Atque eos quidem, qui sunt candidi, et non ✠ intus adulterini, candidis et mi-

✠ P. 235 ED. POTTER, 201 ED. PARIS.

(29) Δή. Δεῖ Nov.

(30) *Εἰ δὲ συμ.* Similia dicit *Pædag.* lib. III, cap. 11, p. 245 edit. Paris.

(31) *Νῆμα.* Locum hunc contra luxum vestium, cum Seneca et aliis confert Petrus Faber, *Semestrium* lib. II, p. 145. SYLBURG.

(32) *Βόμβυκας.* Conf. Hieronymus Vida, in *Bombyce.*

(33) *Βομβύλιον.* A et II. βομβύλιον ex Aristot. *Histor. anim.* lib. V, cap. 19; Plin., lib. XI, cap. 22. SYLBURG. Κομβύλον Nov. Porro alii βομβύλιον et νεκύδαλον distinguunt. Conf. Aristoteles et Plinius, *loc. cit.*, ubi quoad cætera, eadem fere de bombycis generatione referunt, quæ Clemens.

(34) *Σχήματι.* Σώματι, Reg., Bod.

(35) *Πρὸς τῷ.* Pal. ms. πρὸς τό, accusat. casu, minus recepte. SYLBURG. — Verum consentit Reg.

(36) *Λευκαῖς.... ἐσθήσεσι.* Analogia postulat ἐσθῆσι. SYLBURG. — Hic Lowthius ait : « Ita Josephus de Essenis, *De bello Jud.*, lib. II, cap. 7, ait illos λευχειμονεῖν διαπαντός. Vide notas ad pag. 192, edit. Paris. » Similia Clemens *Pædag.* III, c. 11.

(37) *Γοῦν.* Οὖν Reg., Bod. Quæ sequuntur e Dan. et Apoc. διὰ μνήμης recitat.

(38) *Καταληπτέαι.* Rectius καταλειπτέαι, « relinquendæ, » ut ἐατέον paulo post. SYLBURG.

(15) *Ὁ*. Hic articulus additur e Pal. ms. SYLBURG. — Consentiunt codices nostri.

(16) *Αἰτεῖσθαι*. Respicit Matth. VII, 7, 8.

(17) *Ἡμῶν*. Lowthius ait: « Forte legendum ἡμῖν. »

(18) *Εἰσί*. Abest a Nov.

(19) *Εὐτέλεια*. Hujus vocis etymologiam respicit, nam εὐτελὴς dicitur, qui εὖ τελεῖ, « bene sumptus facit, » hoc est, εἰς ἃ χρὴ, καὶ ἐφ' ὅσον χρή. Proinde vir εὐτελὴς, cum ea semper habeat, quæ impendere debeat, ἀνελλιπὴς est. Simile etymon tradit Athenæus lib. II sub finem cap. 3: Τελεῖν γὰρ τὸ δαπανᾷν· καὶ πολυτελεῖς οἱ πολλὰ ἀναλίσκοντες· καὶ εὐτελεῖς οἱ ὀλίγα. « Est enim τελεῖν, sumptus facere: et πολυτελεῖς, qui multa consumunt; εὐτελεῖς, qui pauca. » Quibus fere paria habet etiam *Etymologici magni* auctor.

(20) *Λοιπόν*. Λεῖπον Pal., Reg.

(21) *Ὅρα*. Orestes Euripideus in cognomine tra-

Ὀνειδίζων τις μοιχείαν (22) ἀσελγῆ, καλὴν εἰκόνα σωφροσύνης ἐδείκνυε φιλανδρίαν. Τοὺς δὲ Εἵλωτας οἰκέτας (οἰκετῶν ὄνομά εἰσιν οἱ Εἵλωτες) οἱ Λακεδαιμόνιοι μεθύειν ἀναγκάζοντες, ἐδείκνυόν σφισιν αὐτοῖς (23) τῆς μέθης τὰ ἔργα, σωφρονοῦσιν ἐν θεραπείας καὶ διορθώσεως μέρει. Παραφυλάττοντες δ' οὖν τὴν ἐκείνων ἀσχημοσύνην, ὡς μὴ περιπέσοιεν αὐτοὶ ταῖς ὁμοίαις καταγνώσεσιν, ἐπαιδεύοντο, τὸ ἐπονείδιστον τῶν μεθυόντων εἰς τὸ ἑαυτῶν ἀναμάρτητον ὠφελούμενοι. Τῶν γὰρ ἀνθρώπων οἱ μὲν, διδαχθέντες, ἐσώθησαν· οἱ δὲ αὐτοδιδάκτως ἢ ἐζήλωσαν, ἢ ἐζήτησαν ἀρετήν·

Κεῖνος (24) μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς (25) πάντα νοήσει·

αὐτός ἐστιν Ἀβραὰμ, ὁ ζητήσας τὸν Θεόν.

Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·

οὗτοί εἰσιν οἱ μαθηταὶ, οἱ πεισθέντες τῷ Λόγῳ. Διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἤκουσεν « φίλος, » οἱ δὲ « ἀπόστολοι· » ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Θεὸν, ὁ μὲν πολυπραγμονῶν, οἱ δὲ κηρύσσοντες· λαοὶ δὲ ἄμφω· ἀμφοῖν δὲ τούτοιν οἱ ἀκροαταὶ, ὁ μὲν ὠφελούμενος διὰ τὴν ζήτησιν, ὁ δὲ σωζόμενος διὰ τὴν εὕρεσιν.

Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ (26), μήτ' ἄλλου ἀκούων,
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ·

λαὸς ἄλλος ἐστὶν ἐθνικὸς, ἀχρεῖος· οὗτος ὁ λαὸς, ὁ μὴ Χριστῷ ἑπόμενος. Πολυτρόπως δὲ ὅμως ὠφελῶν ὁ Παιδαγωγὸς, ὁ φιλάνθρωπος, τὰ μὲν παρῄνεσε, τὰ δὲ καὶ ὠνείδισε· τὸ δὲ, καὶ ἄλλων ἁμαρτανόντων, τὸ αἶσχος αὐτῶν ὑπέδειξεν ἡμῖν, καὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ τιμωρίαν, ψυχαγωγῶν τε ἅμα καὶ νουθετῶν, ἐφανέρωσε, φιλάνθρωπον ἀποτροπὴν τῆς κακίας μηχανώμενος διὰ τῆς τῶν προπεπονθότων (27) ἐνδείξεως· δι' ὧν εἰκόνων σαφέστατα τοὺς μὲν ἔπαυσε κακῶς διατιθέντας, τοὺς δὲ τὰ ἴσα τολμῶντας ἐκώλυσεν· ἄλλους εἰς ὑπομονὴν ἐθεμελίωσεν· ἑτέρους ἔπαυσε κακίας· τοὺς δὲ καὶ ἰάσατο τῇ τοῦ ὁμοίου θεωρίᾳ μεταθεμένους ἐπὶ τὸ βέλτιον. Τίς γὰρ οὐκ ἀντιπαραφυλάξαιτο, ἑπόμενος τῷ καθ' ὁδὸν, εἶτα μέντοι τοῦ

A Flagitiosum exprobrans adulterium, pulchram temperantiæ imaginem ostendit, in maritum amorem. Ilotas autem (servorum nomen sunt Ilotes) Lacedæmonii cogentes inebriari, sibi ipsis sobriis ea, quæ faciebat ebrietas, ut hoc quasi remedii loco sibi esset, et ad vitæ emendationem conduceret, ostendebant. Observantes ergo illorum turpitudinem, docebantur ne in idem, quod damnabant, vitium inciderent, ex ebriorum probro hoc consequentes, quod ipsi non peccarent. Ex hominibus enim alii quidem aliorum edocti exemplis servantur: alii vero sua sponte virtutem vel amplecti solent, vel quærere:

Optimus ille quidem est, qui percipit omnia per se:

B ipse est Abraham, qui Deum quæsivit.

Is bonus est rursus, qui paret recta monenti:

hi sunt discipuli, qui Logo crediderunt: ✠ et ideo ille quidem appellatus est « amicus [a], » illi autem « apostoli: » unum et eumdem Deum ille quidem magna cura et studio inquirens, hi vero prædicantes: sunt autem ambo, populi. Horum autem amborum auditores, ille quidem per inquisitionem commodum consecutus est, hic vero salvus evasit per inventionem.

Sed qui nec per se sapit; et cum recta monetur,
Non tamen ad mentem revocat, vir inutilis ille est:

populus alius est gentilis, inutilis: hic est populus, qui Christum non sequitur. Multis tamen modis C juvans Pædagogus, qui est hominibus benignus, alia suadet, alia exprobrat. Jam vero aliis quoque peccantibus, eorum nobis ostendit turpitudinem, et quod eam consequitur supplicium, simulque et alliciens, et admonens, hoc consilio ut nos a vitio averteret, ea, quæ illis evenerunt, clementissime ob oculos ponens. Per quas imagines manifeste iis, qui male affecti erant, remedium attulit: eos vero, qui iis similia audebant, prohibuit: alios ad tolerantiam fundavit: alios a vitio repressit: alios vero etiam curavit, per contemplationem ejus, quod est simile, traducendo ad id, quod est melius. Quis enim quempiam in via sequens, non caverit, si

✠ P. 279 ED. POTTER, 238 ED. PARIS.

[a] Jac. II, 23.

gœdia v. 587 hæc sic profert:
Ὁρᾷς; Ὀδυσσέως ἄλοχον οὐ κατέκτανε
Τηλέμαχος·
Vides Ulyssis conjugem? non interfecit eam
Telemachus, etc.

(22) *Ὀνειδίζων τις μοιχ.* Flor. edit., ὀνειδίζων τὴν μοιχείαν· ego τὶς e Pal. reposui. A. et H. legunt τὴν μοιχείαν. SYLBURG. — Τὶς μοιχ. habent etiam codices nostri.

(23) *Σφίσιν αὐτοῖς.* Liberorum suorum gratia Lacedæmonios coegisse Ilotas inebriari, et ebrios in convivia traxisse, refert in Lycurgo Plutarchus, ut illi scilicet inde discerent, « quam aspernandum ac fœdum spectaculum esset homo ebrius. » Idem in *Institutis Laconicis*: Τοῖς παισὶν ἐδείκνυον τοὺς Εἵλωτας μεθύσαντας, εἰς ἀποτροπὴν πολυοινίας. « Pueris Ilotas ebrios ostendebant, ut eos a nimis largo vini potu deterrerent. » Simile est quod de Agesilao memorat Athenæus lib. XIV, cap. 21, eum nempe bellaria a Thasiis missa accipere noluisse,

D Λιπαρούντων δὲ τῶν Θασίων, Δότε, φησὶ, φέροντες ἐκείνοις, δείξας αὐτοῖς τοὺς Εἵλωτας, εἰπὼν, ὅτι τούτους δέοι διαφθείρεσθαι τρώγοντας αὐτὰ πολὺ μᾶλλον ἢ αὐτὸν, καὶ τοὺς παρόντας Λακεδαιμονίους. « Cum instarent Thasii, rogarentque ne respueret, Ilotas ostendit, et, Amota his date, inquit: hos ego malim potius, dum illa rodent, corrumpi, quam meipsum, et, qui mecum sunt, Lacedæmonios. »

(24) *Κεῖνος.* Hesiodi versus ex *Operum et dier.* lib. I, v. 291. Porro οὗτος ibi pro κεῖνος scriptum est.

(25) *Αὐτός.* Flor. edit. et Pal. ms. αὐτῷ (i. αὐτῷ) πάντα νοήσῃ. Sed rectius αὐτός vulg. Hesiodi exemplaria: atque adeo ita est in tertio hujus sententiæ versu. Variant enim in aliis eædem editiones vulg. SYLBURG. — Αὐτῷ Nov., Bod. αὐτῷ Reg. Proinde Clementem αὐτῷ, vel αὐτῷ scripsisse indubium est.

(26) *Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς ν.* Ὃς δέ κε μήθ' αὐτῷ, nonnullæ Hesiodi editt.

(27) *Προπεπονθότων.* Πεπονθότων Nov.

A prior in fossam ceciderit, ut devitet periculum, peccatum sequi declinans? Quis vero athleta, qui viam, quæ ad gloriam ducit, didicerit, aliumque viderit athletam, qui eum præcessit, præmium habuisse, non contendit ad coronam, ipsum priorem imitans? Multæ sunt ejusmodi similitudines divinæ Sapientiæ. Unius autem exempli meminero, et paucis exponam. Id quod accidit Sodomitis, fuit quidem iis, qui scelus admiserant, judicium: pædagogica autem institutio iis, qui audiverint. Sodomitæ cum per multas delicias in libidinis vitium impegissent, adulteria quidem secure committentes, puerorum autem insano amore ardentes, respexit eos Logos, qui videt omnia, quem latere non possunt, qui nefaria perpetrant. Neque vero eorum libidini acquievit vigilans humani generis custos :
B nos autem ab illorum imitatione avertens, ad suamque moderationem et temperantiam instituens, aliquos interim invadens peccatores, ne si impunita relinqueretur impudicitia, ea frueretur nimia securitate, jussit comburi Sodoma [a] : providi illius ignis exiguam partem effundens in intemperantiam, ne si non **103** castigata esset eorum libido, fores nimis aperiret iis, qui feruntur ad voluptatem. Fuit ergo justum Sodomorum supplicium hominibus imago, qua de adipiscenda salute recte ratiocinari discerent. ✠ Qui enim non similiter peccarint ac ii, qui puniti sunt, nunquam peccatoribus similes pœnas dederint; ut qui non peccando, pœnam quoque caverint. « Volo enim vos scire, » inquit Judas,
C « quod Deus, qui semel servavit populum ex Ægypto, secundo perdidit eos, qui non crediderunt; et angelos, qui non custodierunt suum imperium, sed reliquerunt proprium habitaculum, in judicium magni diei, vinculis æternis sub caligine agrestium angelorum custodiit [b]. » Et paulo post eorum, qui judicantur, imagines admodum ad docendum apposite explicat : « Væ eis, quod in via Cain ambulaverunt, et in terrore Balaam effusi sunt, et in contradictione Core perierunt [c]. » Eos enim, qui non possunt attingere libertatem adoptionis filiorum Dei, arcet metus, ne se insolenter gerant. Ideo enim sunt minæ ac supplicia, ut timentes pœnas a peccatis abstineamus. Possum tibi narrare pœnas nimiæ ornatus cupiditatis et inanis gloriæ, non autem so-
D

A προτέρου εἰς βόθρον ἐμπεσόντος, μὴ οὐχὶ ἀποκλῖναι τὸν ἴσον κίνδυνον, τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἁμαρτίας φυλαξάμενος; Τίς δαὶ (28) αὖθις ἀσκητὴς ὢν, καταμαθὼν τῆς φιλοδοξίας τὴν ὁδὸν, καὶ τὸ ἔπαθλον ἰδὼν τὸν πρὸς αὐτοῦ ἀγωνιστὴν εἰληφότα, οὐκ ἐπὶ τὸν στέφανον ἵεται, καὶ αὐτὸς μιμούμενος τὸν πρεσβύτερον; Πολλαὶ τοιαῦται τῆς θεϊκῆς σοφίας αἱ εἰκόνες· ἑνὸς δὲ ὑποδείγματος μνησθήσομαι, καὶ διὰ βραχέων παραθήσομαι· τὸ Σοδομιτῶν πάθος, κρίσις μὲν ἀδικήσασι, παιδαγωγία δὲ ἀκούσασιν. Οἱ Σοδομῖται, ὑπὸ πολλῆς τρυφῆς ἐξοκείλαντες εἰς ἀσέλγειαν, μοιχεύοντες μὲν ἀδεῶς, περὶ τὰ παιδικὰ ἐκμανῶς ἐπτοημένοι· ἐπεῖδεν αὐτοὺς (29) ὁ παντεπόπτης Λόγος, ὃν οὐκ ἔστι λαθεῖν ἀνόσια δρῶντας· οὐδὲ ἐπηρέμησε τῇ ἀσελγείᾳ αὐτῶν ὁ ἄγρυπνος τῆς ἀνθρωπότητος
B φύλαξ· ἀποτρέπων δὲ ἡμᾶς τῆς μιμήσεως τῆς ἐκείνων, πρὸς σωφροσύνην τὴν αὐτοῦ παιδαγωγῶν, τισὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἐπιβαλὼν, ὡς μὴ τὸ ἀτιμώρητον τῆς ἀκολασίας, ἀδείας ἐπιῤῥοὴν προσλάβῃ, καταφλεγῆναι (30) προσέταξε τὰ Σόδομα, ὀλίγον τι τοῦ φρονίμου πυρὸς (31) ἐκείνου ἐπὶ τὴν ἀκολασίαν ἐκχέων, ὡς μὴ ἀκόλαστον αὐτῶν τὸ λάγνον γενόμενον, πλατείας ἀναπετάσῃ κλισιάδας τοῖς εἰς ἡδυπάθειαν φερομένοις. Γέγονε τοίνυν ἡ Σοδομιτῶν δικαία τιμωρία τῆς εὐλογίστου τοῖς ἀνθρώποις σωτηρίας εἰκών. Οἱ γὰρ (32) μὴ τὰ ὅμοια τοῖς κεκολασμένοις ἁμαρτήσαντες οὐ τὴν ὁμοίαν ποτὲ τοῖς ἁμαρτωλοῖς ὑπόσχοιεν δίκην· τῷ μὴ ἁμαρτεῖν τὸ μὴ παθεῖν πεφυλαγμένοι. « Εἰδέναι (33) γὰρ ὑμᾶς, » φησὶν ὁ Ἰούδας, « βούλομαι, ὅτι ὁ Θεὸς ἅπαξ ἐκ γῆς Αἰγύπτου λαὸν σώσας,
C τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν· ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας (34) τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας, δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον ἀγρίων ἀγγέλων (35) τετήρηκε. » Καὶ μετὰ μικρὸν διδασκαλικώτατα ἐκτίθεται τὰς εἰκόνας τῶν κρινομένων· « Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ (36) ἐξεχύθησαν, καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο. » Τοὺς γὰρ μὴ δυναμένους ἐξουσίαν υἱοθεσίας φέρειν ὁ φόβος μὴ ἐξυβρίζειν διατηρεῖ. Διὰ τοῦτο γὰρ αἱ κολάσεις καὶ αἱ ἀπειλαὶ, ἵνα, δείσαντες τὰς δίκας, τοῦ ἁμαρτάνειν ἀποσχώμεθα. Ἔχω σοι φιλοκοσμίας κολάσεις διηγήσασθαι καὶ φιλοδοξίας τιμωρίας, οὐκ ἀκρασίας μόνον·
D πρὸς δὲ καὶ τὰς ἐπὶ πλούτῳ (37) κακόφρονας παραθέ-

✠ P. 280 ED. POTTER, 239-240 ED. PARIS.

[a] Gen. XIX. [b] Jud. 5, 6. [c] Ibid., 11.

(28) *Δαί*. Δέ Nov., Bod., Reg.

(29) *Αὐτούς*. Id pro vulg. αὐτός reposui e Pal. SYLBURG. — Consentiunt codices nostri. Dein, παντεπότης pro παντεπόπτης Nov. mendose.

(30) *Καταφλεγῆναι*. Καταφλεχθῆναι Nov.

(31) *Τοῦ φρονίμου πυρός*. Sic superius dixit πῦρ σωφρονοῦν ἀφανίσαι falsorum deorum templa, *Protrept*. pag. 35 edit. Paris. Sed propius ad hæc accedit quod occurrit in *Eclog*. p. 804, col. 2 : Ἀγαθὴ γὰρ δύναμις τὸ πῦρ νοεῖται καὶ ἰσχυρὰ, φθαρτικὴ τῶν χειρόνων καὶ σωστικὴ τῶν ἀμεινόνων· διὸ καὶ φρόνιμον λέγεται παρὰ τοῖς προφήταις τοῦτο τὸ πῦρ. Quæ videsis.

(32) *Οἱ γάρ*. Εἰ γάρ Reg., Bod.

(33) *Εἰδέναι*. Ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ Κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσ. Jud.

(34) *Ἀπολιπόντας*. Ἀπολείποντας Nov.

(35) *Ἀγρίων ἀγγέλων*. In vulg. Epistola Judæ non legitur commation istud. SYLBURG. — Verumtamen id agnovit etiam codex, quem secutus est Lucifer Calaritanus, nisi quod pro ἀγρίων corrupte habuerit ἁγίων· lib. *De non conveniendo hæret*. sub finem : quod adnotavit ad B. Judæ verba ὁ μακαρίτης Millius.

(36) *Βαλαάμ*. Βαλαὰμ μισθοῦ Jud.

(37) *Τὰς ἐπὶ π. λ.* H. e. « et severa illa adversus divitias dicta afferre. » Qualia sunt illa apud Matth. XIX, 24; Luc. VI, 24. Lowthius ait : « Legendum videtur κακοφρόνων. Quam lectionem interpres secutus videtur. » Sed vulgata lectio tutius retinebitur.

σθαι βλασφημίας, ἐν αἷς, διὰ τοῦ φοβεῖν ὁ Λόγος ἀνείργει τῶν ἀδικημάτων· ἀλλὰ γὰρ φειδόμενος τοῦ μήκους τοῦ συντάγματος, τὰς ἑξῆς τοῦ Παιδαγωγοῦ προσάγω σοι ἐντολάς, ἵνα δὴ φυλάξῃ τὰς ἀπειλάς (38).

ΚΕΦ. Θʹ.

Τίνος ἕνεκεν (39) *τὸ λουτρὸν παραληπτέον.*

Βαλανείου τοίνυν (ἐντεῦθεν γὰρ ἀπετράπην λέγων)· τέσσαρές εἰσιν αἰτίαι, καθ' ἃς ἐπ' αὐτὸ παραγινόμεθα· ἢ γὰρ καθαριότητος (40) ἕνεκα, ἢ ἀλέας, ἢ ὑγιείας, ἢ τελευταῖον ἡδονῆς. Ἡδονῆς μὲν οὖν ἕνεκα λούσασθαι παραπεμπτέον· ἄρδην γὰρ τὴν ἀναίσχυντον ἡδονὴν ἐκκοπτέον· παραληπτέον δὲ τὸ λουτρὸν ταῖς μὲν γυναιξὶ καθαριότητος ἕνεκεν καὶ ὑγιείας· ὑγιείας δὲ μόνης, ἀνδράσι. Περιττὸν δὲ τὸ τῆς ἀλέας (41)· ἐξὸν δὲ καὶ ἄλλως παραμυθεῖσθαι τὸ κατεσκληκὸς ὑπὸ κρύους. Αἱ δὲ τοῦ βαλανείου συνεχεῖς χρήσεις καθαιροῦσι τὰς δυνάμεις, καὶ τοὺς φυσικοὺς χαλῶσι τόνους· πολλάκις δὲ ἐκλύσεις ἄγουσι καὶ λειποθυμίας. Τρόπον γάρ τινα πίνει τὰ σώματα, ὥσπερ τὰ δένδρα, οὐ μόνον τῷ στόματι, ἀλλὰ καὶ τῇ δι' ὅλου τοῦ σώματος κατὰ τὸ λουτρὸν, ὥς φασι, πορωποιίᾳ. Τεκμήριον τούτου· διψήσαντες πολλάκις, ἔπειτα ἐμβάντες εἰς τὰ ὕδατα, τὴν δίψαν ἠκέσαντο. Εἰ μὴ οὖν πρός τι ὠφελεῖ τὸ λουτρὸν, ἤδη (42) σφᾶς ἐκλυτέον αὐτῷ· *ἀνθρωπογναφεῖα* ἐκάλουν αὐτὰ οἱ παλαιοί· ἐπεὶ θᾶττον ἢ προσῆκε ῥακοῖ τὰ σώματα (43), καὶ προγηράσκειν ἀναγκάζει καθεψῶντα (44) κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ σιδήρῳ (45), μαλασσομένης τῇ θερμότητι τῆς σαρκός· ἐντεῦθεν οἱονεὶ τῆς βαφῆς καὶ τῆς στομώσεως τοῦ ψυχροῦ δεόμεθα. Οὐδὲ μὴν ἑκάστοτε λουτέον, ἀλλ' εἴτε ἔλαττόν τις εἴη κενὸς, ἢ αὖ πλήρης ἄγαν, παραιτητέον τὸ βαλανεῖον, ναὶ μὴν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἡλικίαν, καὶ τοῦ ἔτους τὴν ὥραν·

lius intemperantiæ : et præterea maledicta afferre in eos, qui propter divitias male sentiunt et se gerunt, in quibus Logos terrendo prohibet a maleficiis. Cæterum ✠ parcens prolixitati operis adducam Pædagogi præcepta, quæ sequuntur, ut minas prætere am.

CAP. IX.

Quanam de causa sit balneum accedendum.

Balnei ergo (ab eo enim digressa est oratio) quatuor sunt causæ, propter quas ad ipsum accedimus. Vel enim causa munditiei, vel caloris, vel sanitatis, vel postremo voluptatis. Voluptatis autem causa, quæ instituitur, lotio, est rejicienda : impudens enim voluptas est omnino exscindenda. Sumendum est autem lavacrum, mulieribus quidem mundationis causa et sanitatis : solius autem sanitatis causa, viris. Caloris vero causa lavari est superfluum, cum quod frigore collapsum est, possit aliter recreari. Porro autem balnei frequentes usus vires adimunt, naturalemque roboris vehementiam relaxant, sæpe autem virium defectiones et deliquia inde proveniunt. Quodammodo enim corpora, non secus ac arbores, non solum ore, sed etiam iis, qui per totum corpus inter lavandum aperiuntur, meatibus bibunt. Hujus autem rei est indicium, quod qui sitierint, deinde in aquas descenderint, siti remedium sæpe invenerunt. Nisi ergo ad aliquid prosit lavacrum, non oportet nos eo resolvere. Veteres ea ἀνθρωπογναφεῖα, hoc est, « fullonicas hominum officinas, » vocarunt, quoniam citius quam par erat pannosa corpora efficiunt, et ante tempus cogunt ea decoquendo consenescere, dum non secus ac in ferro, calore caro mollificatur; hinc frigidi veluti tinctura et temperatura opus habemus. Neque vero semper est lavandum, sed sive paulo fueris ina

✠ P. 281 ED. POTTER, 240 ED. PARIS.

(38) *Ἵνα δὴ φυλάξῃ τὰς ἀπειλάς*. Scribe, ἵνα δὴ φυλάξω τὰς ἀπειλάς. Sequenti capite, versu εἰ μὴ οὖν, optime interpres legit, οὐ δὴ σφᾶς ἐκλυτέον αὐτῷ, non autem ἤδη. HEINSIUS. — Hervetus vertit « ut caveant, » ac si legisset ἵνα δὴ φυλάξωσι. Verum retineri debet recepta lectio, quam universi codices firmant. Est enim φυλάξῃ mediæ vocis secunda persona a φυλάττομαι, qua voce in hoc ipso capite non semel usus est Clemens. Vel scribendum φυλάξῃς. Sensus est : « Adducam tibi Pædagogi præcepta, ut ab ejus minis tibi caveas. »

(39) *Ἕνεκεν*. Ἕνεκα, Nov.

(40) *Καθαριότητος*. Καθαρότητος Pal. ms. SYLBURG.

(41) *Τῆς ἀλέας*. Calidis balneis utebantur majores ad levandas lassitudines, necnon ad corpora emollienda, calidis et tepidis ad conciliandum somnum, frigidis lavabantur et ob voluptatem, et ut robustiores redderentur, calorque naturalis intro repulsus major evaderet, ideoque fere post calidas balneas ea adhibebantur: quem usum primos omnium Euphorbum Jubæ regis, et Antonium Musam Augusti medicos monstrasse, refert Plinius, lib. XXV, c. 7. Balneis etiam quidam uti consueverant, quod non possent cibos coquere, nisi loti, ut auctor est Plutarchus, qui Titum imperatorem hac de causa interiisse prodidit ex relationibus eorum, qui ægrotanti ministrarunt. Mercurialis, lib. I, c. 10, *De arte gymnast.*; Plato, VI *De legib.*, calida vocat γεροντικὰ λουτρά, Æginetæ frigida, ψυχρόλουτρα, « psychrolutres » Senecæ. COLLECT.

(42) *Ἤδη*. Hæc vox aut interrogative accipienda videtur, aut in οὐδέ aliamve similem particulam transmutanda. SYLBURG.

(43) *Ῥακοῖ τὰ σώματα*. « Rugosa reddunt corpora, » ut apud Aristophanem, *Pluto*, τὰ ῥάκη, ἤγουν τὰς ῥυτίδας, intelligit Budæus : et apud Dioscoridem ἐῤῥακωμένα πρόσωπα, « rugosas facies » vertit Ruellius. Quod vero sequitur, « frigidi velut tinctura opus habemus, » Græce erat ἐντεῦθεν οἱονεὶ τῆς βαφῆς καὶ τῆς στομώσεως τοῦ ψυχροῦ δεόμεθα· « Inde frigida tanquam mersione ac tinctura opus habemus. » Intelligit enim immersionem ferri in aquam, cum qua comparat frigidum balneum, quo post calidum utebantur. Sic Ecclesiastici XXXI : Κάμινος δοκιμάζει στόμωμα ἐν βαφῇ. Hesychio, Σίδηρος ἄβαπτος, ἀστόμωτος. Galenus, lib. X *Methodi*, partes enumerat quatuor : primam, in quam ingredientes in aere versarentur calido; secundam, quo ex illa in aquam calidam descenditur; tertiam, ubi in frigidam ibant : in quarta, sudorem detergebant. COLLECT. — Petrus Halloixius, *Illustrium secundi sæculi scriptorum vitis*, pag. 105, hæc sic vertit : « Quoniam balnea citius, quam oporteat, deterant corpora, et illa decoquendo cogant ante tempus senescere, dum, similiter atque ferro accidit, calore caro emollitur. Hinc et rigore frigidæ, velut temperatura, indigemus. » Male verterat Hervetus.

(44) *Καθεψῶντα*. Καθέψοντα, Nov.

(45) *Τῷ σιδήρῳ*. Galenus *Θεραπευτικῆς μεθόδου* lib. X : Τοιοῦτον γάρ τοι συμβαίνειν ἔοικεν ἡμῖν εἰς τὴν ψυχρὰν δεξαμένην εἰσιοῦσιν ἐπὶ τοῖς βαλανείοις,

nior, vel ✠ rursus paulo repletior, respuendum est balneum, et sed eo certe utendum est habita ratione ætatis, corporis, et temporis anni. Non enim omnes semper, nec semper juvat, ut qui earum rerum sunt periti, fatentur. Nobis autem sufficit symmetria, quam semper, ut vitæ nostræ opem ferat, advocamus. Neque enim balneo adeo utendum est, ut manus alterius egeamus adminiculo: neque vero assidue et sæpe in die lavandum est, sicut frequenter in forum ventitamus. Jam vero multos quoque habere, qui perfundant, est proximos injuria afficere per delicias: et est eorum, qui non intelligunt, oportere esse commune eorum, qui lavantur, balneum. Oportet autem maxime quidem lavare animam, purgante Logo, et nonnunquam etiam corpus propter sordes, quæ ei adnascuntur. Quin etiam sunt nonnunquam resolvendi labores: « Væ enim vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, » dicit Dominus, « quoniam similes estis sepulcris dealbatis. Sepulcrum pulchrum apparet extrinsecus: intus autem plenum est mortuis ossibus et omni immunditia [a]. » Et rursus dicit eisdem: « Væ vobis, quoniam mundatis quod est extrinsecus poculi et patinæ, intus autem plena sunt immunditia: munda primum quod intus est poculi, ut sit etiam mundum quod est exterius [b]. » Optimum ergo lavacrum expurgat sordes animæ, estque spirituale: de quo dicit aperte prophetia: « Abluit Dominus sordes filiorum et filiarum Israel, et mundabit sanguinem ex medio ipsorum [c], » sanguinem iniquitatis et cædes prophetarum. Purgationis autem modum subjunxit Logos, dicens: « In spiritu judicii, et in spiritu ustionis. » Quod est autem e corpore carneum, vel per solam aquam abluitur: ut fit sæpe ruri. ubi non est balneum.

A οὐ γὰρ πάντας ἀεὶ (46), οὐδὲ ἀεὶ ὀνίνησιν, ὡς οἱ περὶ ταῦτα σοφοὶ ὁμολογοῦσιν. Ἡμῖν δὲ ἀπόχρη ἡ συμμετρία, ἣν πανταχοῦ βοηθὸν ἐπικαλούμεθα τῷ βίῳ. Οὐδὲ (47) γὰρ τοσοῦτον ἐνδιατριπτέον τῷ βαλανείῳ, ὡς δεῖσθαι χειραγωγοῦ· οὐδὲ συνεχῶς καὶ πολλάκις ἡμέρας λούεσθαι, καθάπερ εἰς ἀγορὰν θαμίζοντες. Ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὸ πλειόνων οἰκετῶν καταιονᾶσθαι, ἐξυβρίζειν ἐστὶν εἰς τοὺς πλησίον, πλεονεκτοῦντας τῇ τρυφῇ· καὶ συνιέναι μὴ ἐθελόντων, ὡς κοινὸν ἐπίσης εἶναι τῶν λουομένων τὸ βαλανεῖον δεῖν. Λούειν δὲ δεῖ μάλιστα μὲν τὴν ψυχὴν καθαρσίῳ Λόγῳ· καὶ τὸ σῶμα δὲ ἔσθ' ὅτε, διὰ τὴν ἄσην (48), τὴν ἐπιφυομένην αὐτῷ· οὐ μὴν ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ ὑπεκλύειν τοὺς καμάτους. « Οὐαὶ γὰρ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, » φησὶν ὁ Κύριος, « ὅτι ὅμοιοί B ἐστε (49) τάφοις κεκονιαμένοις. Ἔξωθεν (50) ὁ τάφος φαίνεται ὡραῖος, ἔνδον δὲ γέμει ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. » Καὶ πάλιν τοῖς αὐτοῖς φησιν· « Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι καθαρίζετε τὸ ἔξω (51) τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἔνδοθεν δὲ γέμουσιν ἀκαθαρσίας· καθάρισον πρῶτον τὸ ἔνδον (52) τοῦ ποτηρίου, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἔξωθεν καθαρόν. » Τὸ μὲν οὖν ἄριστον λουτρὸν τῆς ψυχῆς ἀποσμήχει τὸν ῥύπον, καὶ ἔστι πνευματικόν· ἐφ' οὗ διαῤῥήδην ἡ προφητεία λέγει· « Ἐκπλυνεῖ Κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Ἰσραὴλ (53)· καὶ καθαριεῖ τὸ αἷμα ἐκ μέσου αὐτῶν, » τὸ αἷμα τῆς ἀνομίας καὶ τῶν προφητῶν τοὺς φόνους. Καὶ τὸν τρόπον τῆς καθάρσεως ἐπήγαγεν ὁ Λόγος, εἰπών· « Ἐν πνεύματι κρίσεως, καὶ ἐν πνεύματι καύσεως. » Τὸ δὲ τοῦ σώματος, τὸ σαρ- C κικὸν, καὶ διὰ μόνου ὕδατος ἀποπληροῦται (54), καθάπερ ἐν ἀγροῖς πολλάκις γίνεται, ὅπου βαλανεῖον οὐκ ἔστι.

CAP. X.

Quod exercitia quoque sint deligenda iis, qui vitam agunt rationi consentaneam.

Adolescentibus autem sufficit gymnasium, etiamsi adsit balneum. Etenim ut hæc viri quoque longe balneis anteferant, forte non malum fuerit; ut quæ

ΚΕΦ. Ι'.

Ὅτι καὶ γυμνάσια ἐκκριτέον (55) τοῖς κατὰ Λόγον βιοῦσιν.

Μειρακίοις δὲ γυμνάσιον ἀπόχρη, κἂν βαλανεῖον παρῇ· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα τοῖς ἀνδράσι παντὸς μᾶλλον πρὸ τῶν λουτρῶν ἐγκρῖναι (56) οὐ φαῦλον ἴσως

✠ P. 282 ED. POTTER, 241 ED. PARIS.

[a] Matth. XXIII, 27. [b] Ibid. 25, 26. [c] Isa. IV, 4.

οἷόν τι καὶ τῇ τοῦ σιδήρου βαφῇ. « Quippe simile quiddam nobis accidere videtur, cum in frigidum solium post balneum ingredimur, ei, quod accidit ferro, cum tingitur. » Etenim tum refrigeramur, tum roboramur, quemadmodum et illud, ubi candens jam redditum frigida mergitur. Ibidem: Ὅσα δὲ ἠραιώθη τε καὶ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἐχαλάσθη, ταῦτα εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἐπανέρχεται συμμετρίαν, ὡς δηλοῖ τὸ τέταρτον τοῦ λουτροῦ μέρος· « Si qua vero laxata et justo plus sunt remissa, ea in naturalem redeunt mediocritatem; id quod quarta pars balnei indicat. » Refert ad id, quod rugosa fieri dixit corpora Clemens, astringi contra frigida inquit Plinius, lib. XXV, cap. 7. COLLECT.

(46) Ἀεί. Expungendum videtur. SYLBURG.

(47) Οὐδέ. Οὐ Pal. ms. Mox mallem cum articulo, πολλάκις τῆς ἡμέρας. SYLBURG.

(48) Ἄσην. In marg. Bod. aliquis scripsit ἀηδίαν. In Reg. ἀηδίαν est in textu, utrumque autem in margine.

D (49) Ὅμοιοί ἐστε. Παρομοιάζετε, Matth.

(50) Ἔξωθεν. Οἵτινες μὲν ἔξωθεν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν, Matth.; ἔνδοθεν pro ἔνδον Bod., Reg.

(51) Ἔξω. Ἔξωθεν, Matth. Mox, Ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας· Φαρισαῖε τυφλὲ, καθάρ. Ibid.

(52) Ἔνδον. Ἐντός Matth. Mox, τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν. Ibid.

(53) Ἰσραήλ. Σιών, καὶ τὸ αἷμα ἐκκαθαριεῖ, Bibl. Græc. Dein, καὶ πνεύμ. κ. omisso ἐν. Ibid.

(54) Ἀποπληροῦται. H. ἀποπλύνεται, « abluitur. » SYLBURG. — Πληροῦται, Nov. Mox, ἐν ἀγροῖς γίνεται πολλάκις, Nov.

(55) Ἐκκριτέον. C. cum fratre mavult ἐγκριτέον. SYLBURG.

(56) Ἐγκρῖναι. Pal. habet ἐγκρίνεται. SYLBURG. — Dein, φαύλων, Reg., sed aliquis o super ω scripsit.

ἔχοντά τι χρήσιμον τοῖς νέοις πρὸς ὑγίειαν· σπουδήν τε καὶ φιλοτιμίαν ἐντιθέντα, οὐχὶ εὐεξίας μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐψυχίας ἐπιμελεῖσθαι· ὃ δὴ γινόμενον ἄνευ τοῦ τῶν κρειττόνων ἔργων ἀποσπᾶσθαι, χαρίεν καὶ οὐκ ἀλυσιτελές. Οὐδὲ ἐνταῦθα δὲ ὑπεξαιρετέον τῆς κατὰ τὸ σῶμα διαπονήσεως τὰς γυναῖκας· ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάλην καὶ δρόμους παρακλητέον αὐτάς· ταλασιουργίᾳ (57) δὲ γυμναστέον, καὶ ἱστουργίᾳ, καὶ τῷ παραστῆναι τῇ πεττούσῃ, εἰ δέοι. Ἔτι δὲ αὐτουργικῶς προκομίζειν χρὴ ἐκ τοῦ ταμιείου τὰς γυναῖκας, ὧν δεοίμεθα· καὶ τῷ μύλῳ προσελθεῖν οὐκ αἰσχρὸν αὐτάς· οὐδὲ μὴν περὶ τὸ ὕψος (58) ἀσχολεῖσθαι, ὅπως θυμῆρες ᾖ τἀνδρὶ, ὄνειδος οἰκουρῷ γαμετῇ καὶ βοηθῷ. Εἰ δὲ καὶ στρωμνὴν ἀνατινάξαι δι' αὐτῆς, καὶ ποτὸν ὀρέξαι διψῶντι τῷ γεγαμηκότι, καὶ ὄψον παραθείη, εὐσχημονέστατα μέντ' ἂν, καὶ B εἰς σώφρονα ὑγίειαν γυμνασθείη, τὴν τοιαύτην γυναῖκα ὁ Παιδαγωγὸς ἀποδέχεται, ἣ (59) « τοὺς πήχεις ἐκτενεῖ εἰς τὰ χρήσιμα· τὰς χεῖρας (60) δὲ αὐτῆς ἐρείδεται εἰς ἄτρακτον· χεῖρας δὲ αὐτῆς διήνοιξε πένητι· καρπὸν δὲ ἐξέτεινε πτωχῷ· » τὴν μάλιστα διακονίαν (61) οὐκ ἐπῃσχύνθη, ζηλώσασα Σάῤῥαν, ὑπουργῆσαι τοῖς ὁδοιπόροις· εἶπε γὰρ αὐτῇ ὁ (62) Ἀβραάμ· « Σπεῦσον, καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως· καὶ ποίησον ἐγκρυφίας. » « Ῥαχὴλ δὲ, ἡ θυγάτηρ Λάβαν, ἤρχετο, φησὶ, μετὰ τῶν προβάτων τοῦ πατρὸς αὐτῆς. » Καὶ οὐκ ἤρκει ταῦτα, ἀλλὰ τὴν ἀτυφίαν ἐκδιδάσκων, προσεπήγαγεν· « Αὕτη (63) γὰρ ἔβοσκε τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτῆς. » Καὶ μυρία ὅσα αἱ Γραφαὶ ὀρέγουσι, εὐτελείας ἅμα καὶ αὐτουργίας, πρὸς δὲ καὶ γυμνασίων ὑποδείγματα. C Ἀνδρῶν δὲ οἱ μὲν γυμνοὶ καὶ πάλης μετεχόντων (64)· οἱ δὲ καὶ σφαίρῃ τῇ μικρᾷ παιζόντων, τὴν φενίνδα παιδιὰν (65) ἐν ἡλίῳ μάλιστα· ἄλλοις, ὁ πε-

A habeant aliquid, quod juvenibus **104** confert ad sanitatem, studiumque ac laudis cupiditatem afferunt, ut non solum bonæ corporis habitudinis, sed ※ etiam animi hilaritatis curam gerant. Quod si fiat ita, ut a rebus interim melioribus non abstrahantur, scitum est et non inutile. Neque vero hic sunt abducendæ mulieres a labore corporis : sed non ad luctam et cursum exhortandæ sunt; verum in lana et tela sunt exercendæ, et ut pistrici adsint, si opus sit. Præterea autem ipsas per se uxores oportet ex penu afferre ea, quibus opus habemus : et neque eis ad pistrinum accedere turpe est : sed neque in coquendo obsonio versari, ut id fiat marito gratum, mulieri domus custodi et auxiliatrici est dedecus. Jam vero si et per se vestes stragulas B excusserit, et sitienti marito potum præbuerit, cibumque apposuerit honestissime, seque ad moderatam sanitatem ita exercuerit, talem mulierem suscipit Pædagogus, quæ « cubitos extendit ad ea, quæ sunt utilia, manus suas colo fulcit, easdemque pauperi aperit, carpum vero mendico porrigit [a], » nec, quod præcipuum est ministerium, ad imitationem Saræ viatoribus succurrere erubescit : dixit enim ei Abraham : « Festina, et commisce tres mensuras similæ, et fac subcinericios [b]. » « Rachel autem filia Laban veniebat, inquit, cum ovibus patris sui [c]. » Nec ea suffecerunt, sed docens quam ab omni esset fastu aliena, subjunxit : « Ipsa enim pascebat oves patris sui [d]. » Alia nobis innumerabilia præbent Scripturæ exempla frugalitatis, mini- C sterii, et etiam exercitii. Ex viris autem, alii quidem nudi luctentur : alii vero parvo quoque globo ludant, præcipue eo ludo, quem Pheninda dicunt, in sole. Aliis vero sufficit deambulatio rus euntibus,

※ P. 283 ED. POTTER, 242 ED. PARIS. [a] Prov. xxxi, 19, 20. [b] Gen. xviii, 6. [c] Gen. xxix, 9. [d] Ib.

(57) *Ταλασιουργίᾳ*. Ταλασιουργίαν Nov.

(58) *Περὶ τὸ ὕψος*. Hervetus interpres legit περὶ τὸ ὄψον, dum vertit, « in coquendo obsonio versari. » H. ὕφος legit, i. e. « texturam, » sed cum ἱστουργίας jam ante facta sit mentio, et mox de obsoniis apparandis apponendisque verba fiant, vulgata scriptura, ὕψος, ferri potest, intelligique locus sublimior, in quem per scalam ascendendum sit, ut in ædibus lectus, in horto arbor, et alibi alia. SYLBURG.

(59) *Ἡ*. Relativum ἣ cum Herveto interprete reposui pro vulg. disjunctiva ἤ. SYLBURG. — Consentiunt codices mss. Porro sequentia hoc modo exhibent Bibl. Græc.: Τοὺς πήχεις ἐκτείνει ἐπὶ τὰ συμφέροντα· τὰς δὲ χεῖρας αὐτῆς ἐρείδει, etc.

(60) *Τὰς χεῖρας*. Hæc sunt ex xxxi Prov. de laudibus fortis feminæ, v. 19. Illud vero, τὰς δὲ χεῖρας αὐτῆς ἐρείδει εἰς ἄτρακτον, quod Hervetus reddit, « manus suas colo fulcit, » Antuerpiensis editio e Græco vertit, « manus suas firmat ad fusum, » ut paulo ante v. 17 : « Firmavit brachia sua ad opus, » ἤρεισε τοὺς βραχίονας. Symmachus ἐκραταίωσεν, Aquila et Theodotio ἐκαρτέρωσεν. At non æque bene vertit, quod sequitur, καρπὸν δὲ ἐξέτεινε, « fructum autem extendit. » Nam καρπός hic partem proximam palmæ significat : sic verterunt quidam in Psalmis olim, « Labores fructuum tuorum quia manducabis. » COLLECT.

(61) *Τὴν μάλιστα διακονίαν*. « Præcipuum » ac cæteris plerisque anteferendum « ministerium, » nam φιλοξενία inter primarias virtutes numerabatur, et in canonicis Epistolis eo nomine sæpius præcipitur : eratque illis præcipue sæculis necessaria, quibus Evangelii præcones hospitio excipiendi erant.

(62) *Ὁ*. Abest a Nov.

(63) *Αὕτη*. Αὐτή Gen.

(64) *Μετεχόντων*. Μετεχέτωσαν Nov., Reg., Bod.

(65) *Τὴν Φενίνδα παιδιάν*. Apud Hesychium, Φεννίδα, παιδιὰν σφαίρας. Suidas, Φεννίς παιδιά. Varinus Φεννίς ἐστι, καὶ Φενίνδα, ἀπὸ τοῦ Φενα- D κίδα, κατὰ συγκοπήν. Eustathius in *Odyss.* : Αὕτη ἡ παιδιὰ, ἡ λεγομένη Ἐφενίνδα ἐστίν. Αὐτὴ καὶ φεννὶς ἐλέγετο. Pollux lib. ix : Φαιννίδα ἀπὸ Φαιννίδου τοῦ εὑρόντος, ἢ ἀπὸ τοῦ φενακίζειν, ὅτι ἑτέρῳ προδείξαντες, ἑτέρῳ ῥίπτουσιν, ἐξαπατῶντες τὸν οἰόμενον· ἢ διὰ τοῦ μικροῦ σφαιρίου, ὃ ἐκ τοῦ *ἁρπάζειν* ὠνόμασται. Sic enim lego in manuscripto. « Phænnida, inquit, dicitur aut a primo inventore Phænnide, aut a decipiendo, quoniam cum uni sphæram porrexerint quasi missuri, alteri projiciunt, decipientes credulum : videtur autem esse minoris pilæ ludus, qui a *rapiendo* nomen sumpsit. » Alii lusus, quos enumerat Pollux, dicuntur βασιλίνδα, χυτρίνδα, μυΐνδα. Sic apud Athenæum lib. i : Τὸ δὲ καλούμενον διὰ τῆς σφαίρας ἁρπαστὸν φαινίνδα ἐκαλεῖτο. « Quod in ludo pilæ nunc harpastum vocant, appellabatur olim phæninda, mihi quidem gratissimum ob laborem certaminis circa pilam, et quia cervicem maxime is ludus roborat, quem sic Antiphanes describit : sumptam pilam huic lætus dat,

vel in urbem descendentibus. Quod si etiam ligonem tractaverint, non est hæc illiberalis quæstus œconomici accessio ad agricolam pertinentis exercitii. Cæterum oblitus ✠ sum propemodum dicere, quod Pittacus ille, rex Mitylenæorum, molebat, acri utens exercitio. Pulchrum est autem etiam aquam per se haurire, et ligna scindere, quibus sit usurus. « Jacob » autem pascebat oves Laban, quæ relictæ fuerant, regale habens signum, « virgam styracinam [a], » quæ per lignum meditabatur naturam mutare in melius. Multis quoque, quæ alta fit voce, lectio est exercitium. Jam vero lucta quoque, quam admisimus, non assumatur gratia inutilis contentionis et vanæ gloriæ cupiditatis, sed ut viriles excernantur sudores. Nec vero laborandum est in ostentando ea in re artificio, sed recta lucta certandum est, collorum, manuum, laterum explicatione et motu. Est enim honestior et virilior, quæ cum decoro robore fit hoc modo exercitatio,

A ῥίπατος αὐτάρκης ἀγρόνδε βαδίζουσιν, ἢ εἰς ἄστυ κατιοῦσιν. Εἰ δὲ καὶ σκαπάνης ἅψαιντο, οὐκ ἀγεννὲς τοῦτο (66) παρεμπόρευμα οἰκονομικὸν γυμνασίου γεωργικοῦ. Ἀλλὰ γὰρ, μικροῦ δεῖν, ἔλαθέν με εἰπεῖν ὁ Πιττακὸς (67) ἐκεῖνος, ὅτι ἦλθεν (68) ὁ Μιτυληναίων βασιλεὺς, ἐνεργῷ γυμνασίῳ χρώμενος. Καλὸν δὲ καὶ ὕδωρ ἀντλῆσαι δι' αὑτοῦ, καὶ ξύλα διατεμεῖν, οἷς αὐτοῖς χρήσεται (69). « Ἰακὼβ » δὲ ἐποίμαινε τὰ πρόβατα Λάβαν, τὰ ὑπολειφθέντα, σημεῖον ἔχων βασιλικὸν, « ῥάβδον στυρακίνην (70), » ἐναλλάττειν μελετῶσαν διὰ τοῦ ξύλου ἐπὶ τὸ βέλτιον τὴν φύσιν. Πολλοῖς δὲ ἔσθ' ὅτε καὶ τὸ γεγωνὸν (71) τῆς ἀναγνώσεως γυμνάσιόν ἐστι. Καὶ δὴ τά γε καὶ κατὰ πάλην, ἣν ἐνεκρίναμεν, εἰ μὴ (72) φιλονεικίας ἀχρήστου παραλαμβανέσθω χάριν, εἰς δὲ ἱδρώτων
B ἀνδρωδῶν ἐκκρίσεις· καὶ οὔτι γε τὸ ἔντεχνον διαπονητέον, τὸ ἐπιδεικτικὸν αὐτῆς· τὰ δὲ ἀπὸ ὀρθῆς πάλης (73), ἀπ' αὐχένων, καὶ χειρῶν, καὶ πλευρῶν ἐξειλήσεως· κοσμιωδεστέρα (74) γὰρ καὶ ἀν-

✠ P. 284 ED. POTTER, 242-243 ED. PARIS. [a] Genes. xxx, 37.

aliumve simul fugit, alium extrudit, alium sursum lapsum erigit clangore magno vocum. » Phænirda porro vocabant ἀπὸ τῆς ἀφέσεως, « a missione. » Alii ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, quod missa pila « conspiciatur. » Vide, num ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod « monstretur, » cui non mittitur. Explicat hunc lusum Galenus libro de ea re, et Mercurialis lib. II, cap. 6, *De gymnast.* COLLECT. — Hic lusus etiam φεννὶς, φαινίνδα, φεννίδα et ἐφετίνδα dicebatur. Conf. Meursii *Græcia feriata* in Ἐφετίνδα.

(66) *Οὐκ ἀγ. τ.* Hæc sic distinguit Nov. οὐκ ἀγεννές· τοῦτο παρ.

C (67) *Πιττακός.* Similia sunt, quæ scribit Isidorus Pelusiota lib. I, epist. 470 : Ὁ Μιτυληναῖος δὲ Πιττακὸς, καίτοι βασιλεὺς ὢν, τὴν μύλον ηὐτούργει, καὶ ἐνεργῶς γυμνασάμενος καὶ τὴν τροφὴν ἐργασάμενος· « Mitylenæus autem Pittacus, quamvis rex esset, in pistrino ipse opus faciebat, acriter se exercens, et cibum sibi conficiens. » Diogenes Laertius sub finem *Pittaci :* Τούτῳ γυμνάσιον σῖτον ἀλεῖν, ὥς φησι Κλέαρχος ὁ φιλόσοφος· « Huic exercitium fuit molendi tritici, ut Clearchus philosophus testatur. » Plutarchus in *Convivio :* Ἐγὼ γὰρ, εἶπε, τῆς ξένης ἤκουον ᾀδούσης πρὸς τὴν μύλην, ἐν Λέσβῳ γενόμενος· Ἄλει, μύλα, ἄλει· καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ μεγάλας Μιτυλήνας βασιλεύων· « Ipse enim, inquit, cum in Lesbum venissem, audivi hospitam ad pistrinum cantantem : Mole, o mola, mole : nam et Pittacus qui magnæ Mitylenæ imperat, molit. » Idem etiam auctor refert, eum πέπτειν ἑαυτῷ, « panes sibi coxisse. » Quin etiam molæ encomium scripsit, ut refert Ælianus *Variæ hist.* lib. VII, cap. 4.

D (68) *Ἦλθεν.* Flor. edit., ἤλεθεν. Pal. ms. (ut etiam Nov., Reg., Bod.) ἦλθεν, i. e. ἐβάδισεν, « ambulavit, » vera scriptura est ἤληθεν, « molebat : » ut declarant hæc apud Diogenem Laertium ex Clearcho : Τούτῳ γυμνάσιον, σῖτον ἀλεῖν. Simplicior etiam verborum hic esset ordo : Εἰπεῖν ὅτι ὁ Πιττακὸς ἐκεῖνος, ὁ Μιτυληναίων βασιλεὺς, ἤληθεν. SYLBURG. — Huic exemplo subjicit Mercurialis, lib. IV, cap. 5, istud : Quin noster Galenus de se ipso refert, aliquando hieme in agro se deprehensum dum ligna finderet, hordeumque in pila tunderet, et degluberet, aliaque exercendi duntaxat corporis gratia faceret, quæ opera quotidie agrestes solent. (Lib. II *De tuenda valetudine* cap. 8.) Athenæus etiam lib. I Homerum notat decorum spectantem, finxisse heroas suos vesci carnibus, quas sibi præparassent. Nec enim vel pudendum, vel ridendum fuit, quod obsonium elixantes vel condientes aspicerentur. Sibi namque id ministerium obibant, et, quod ait Chrysippus, sua in ea re ipsis admodum placebat dexteritas. Ulyssem igitur congerendis ad focum lignis, et artem culinariam habilem, quantum alium quemvis, poeta fuisse scribit. COLLECT.

(69) *Αὐτοῖς χρήσεται.* Convenientius forte, αὐτὸς χρήσεται, « ipse utetur. » SYLBURG.

(70) *Ῥάβδον στυρακ.* Apud LXX, loco Genesis citato, ἔλαβε καὶ Ἰακὼβ ῥάβδον στυρακίνην χλωρὰν καὶ καρυΐνην καὶ πλατάνου, « styracinam viridem, nuceam et ex platano. » Vulgata Latina : « Tollens ergo Jacob virgas populeas virides, et amygdalinas, et ex platanis. » Plinius styracis arboris meminit lib. XII, c. 17 : « Ex Syria revehunt styracem acri odore ejus in focis abigentes fastidium : » et lib. cap. 6. COLLECT.—Porro Clemens hoc ad lignum crucis refert.

(71) *Γεγωνόν.* Hoc pro vulg. γεγωνός reposui e Pal. ms. Seneca id dicit, « clara voce legere. » SYLBURG. — Γεγωνόν etiam habent codices nostri. Porro Scholiastes in marg. Bod. et Reg. hæc adnotat : Τὸ μεγαλοφώνως καὶ τορῶς· γεγωνὸν γὰρ λέγεται τὸ μέγα φθέγμα.

(72) *Εἰ μή.* Rectius cum H. legemus οὐ μή. SYLBURG.

(73) *Ὀρθῆς πάλης.* Ὀρθὴ πάλη opponitur τῇ ἀνακλινοπάλῃ, in qua luctatores in arenis se volutabant. Conf. *Archæologiæ* nostræ *Græcæ* lib. II, cap. 20.

(74) *Κοσμιωδεστέρα.* Mercurialis *De arte gymnast.* lib. II, c. 8 : Tota hæc facultas in gymnasiis tres fines habuit; tempore Galeni mirum in modum crevit. Primum, ut athletæ in illis exercerentur, quo in ludos et amphitheatra exeuntes victoriam adipisci possent; secundum, ut ad bella homines exercerentur; tertium, ut homines et pueri luctantes optimum corporis habitum acquirerent, sicque sanitatem curarent. Galenus vero non modo luctam athleticam, sed et sanitati studentem interdum parce laudavit, utpote qua robur quidem augetur, at luxationis ossium, nec non suffocationis periculum immineat. Similiter et Clemens Alexandr. qui Galeni tempore Romæ floruit, in III *Pædag.* luctas omnes improbat, eam tantum honestiorem facit quæ μετ' εὐσχήμονος, et gratia bonæ valetudinis efficitur. Lucta autem recta vel erecta distinguitur ab ea, quæ in pavimento fit, quod genus pancratium volutatorium dicitur. Vide eumdem lib. V, cap. 5. COLLECT.

ἀρωδεστέρα μετ' εὐσχήμονος ῥώμης ἡ τοιαύτη διαπόνησις, ὑγιείας ἕνεκεν εὐχρήστου καὶ ὀνησιφόρου παραλαμβανομένη· οἱ δὲ ἄλλοι λοιπὸν (75), οἱ γυμναστικῆς οὐκ ἐλευθέρων στάσεων (76) μελέτην καταγγέλλοντες. Πανταχοῦ δὲ τοῦ μέτρου στοχαστέον. Ὡς γὰρ πόνους σιτίων ἡγεῖσθαι ἄριστον, οὕτω τὸ ὑπὲρ τὸ μέτρον πονεῖν, καὶ κάκιστον, καὶ κοπῶδες, καὶ νοσοποιόν. Οὔτ' οὖν παντάπασιν ἀργὸν εἶναι χρή, οὐδὲ μὴν παντελῶς ἐπίπονον. Καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς τροφῆς διεξεληλύθαμεν, παραπλησίως ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ· οὐ πρὸς ἡδυπάθειαν τετράφθαι, καὶ ἀκόλαστον χρὴ δίαιταν, οὔτ' αὖ πρὸς τὴν ἐναντίαν τὴν ἄκρατον, ἀλλὰ τὴν μεταξὺ τούτων, τὴν ἐμμελῆ τε, καὶ σώφρονα, καὶ καθαρὰν ἑκατέρας κακίας, τρυφῆς τε καὶ φειδωλίας. Ἤδη δὲ, ὡς καὶ πρόσθεν εἰρήκαμεν, ἄτυφον ἡ αὐτάρκεια γυμνάσιον· καὶ τὸ ὑποδύσασθαί τινα αὐτὸν αὐτῷ, καὶ τὸ ἀπονίψασθαι τὼ πόδε· πρὸς δὲ, καὶ τὸ ἀληλιμμένον (77) λίπα ἀνατρίψαι αὐτόν· τὸ δὲ καὶ τὴν ἀμοιβὴν τὴν ἴσην ἀνταποδοῦναι τῷ τρίψαντι ἐναλλὰξ, καὶ τοῦτο δικαιοσύνης ἐστὶ κοινωνικῆς τὸ γυμνάσιον· καὶ παραδαρθεῖν φίλῳ νοσοῦντι, καὶ ὑπουργῆσαι μὴ δυναμένῳ, καὶ παραθεῖναι δεομένῳ. « Καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς, » φησὶν, Ἀβραὰμ τοῖς τρισὶν ἄριστον « ὑπὸ τὸ δένδρον, » καὶ « παρέστη ἐσθίουσιν αὐτοῖς. » Καὶ ἡ ἁλιεία (78), ὡς « τῷ Πέτρῳ, » εἰ σχολὴν ἀπὸ τῶν ἀναγκαίων τῶν ἐν Λόγῳ μαθημάτων ἄγοιμεν. Αὕτη δὲ βελτίων ἡ ἄγρα, ἣν ἐχαρίσατο ὁ Κύριος τῷ μαθητῇ, καθάπερ ἰχθῦς διὰ ὕδατος, « ἀνθρώπους ἁλιεύειν » διδάξας.

A quæ utilis et conducibilis sanitatis gratia assumitur. Reliquæ sunt aliæ, quæ gymnasticæ non liberalium vitæ studiorum meditationem profitentur. Modus autem est ubique attendendus. Quemadmodum enim est optimum, ut labores cibos præcedant; ita supra modum laborare, est et pessimum, et molestum, et morborum causa. Neque ergo oportet esse omnino otiosum, neque penitus labore fatigatum. Sicut enim de alimento diximus, ita etiam dicendum est ubique in omnibus. Non ad voluptatem luxuriosamque rationem vita agenda est: nec rursus ad contrariam, et quæ nullum habeat temperamentum, sed eam, quæ inter hæc medium locum obtinet, estque temperata, ac moderata, et pura ab utroque * vitio, deliciarum scilicet et parsimonia

B citatis. Jam vero, sicut etiam ante diximus, sibi ipsi sufficere, est exercitium a fastu alienum : ut exempli gratia, quis ipsi sibi calceos induat, pedes lavet, oleo unctum confricet. Porro autem ei quoque, qui fricavit, mutuam dare operam, id quoque est communicativæ justitiæ exercitium : et dormire juxta amicum ægrotantem, et impotenti ministrare; et egenti ea, quæ sunt necessaria, apponere. « Et apposuit » eis, inquit, tribus Abraham prandium « sub arbore, » et « astitit eis » comedentibus [a]. Piscatio quoque, quemadmodum « Petro [b], » si nobis superfuerit a necessariis Logi disciplinis otium. Hæc est autem melior piscatio, quam Dominus largitus est discipulo, qui tanquam pisces in aqua, « homines piscari » docuit [c].

C

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ἐπιδρομὴ (79) *κεφαλαιώδης τοῦ ἀρίστου βίου.*

Διὰ τοῦτο τὸ χρυσοφορεῖν, καὶ τὸ ἐσθῆτι μαλακωτέρᾳ (80) χρῆσθαι, οὐ τέλεον περικοπτέον· χαλινωτέον δὲ τὰς ἀλόγους τῶν ὁρμῶν, μὴ εἰς τὸ ἀβροδίαιτον ἡμᾶς ἐνσείσωσι φέρουσαι, ὑπὸ πολλῆς τῆς ἀνέσεως ἐξαρπάσασαι. Δεινὴ γὰρ ἡ τρυφὴ, εἰς κόρον ἐξοκείλασα, σκιρτῆσαι, καὶ ἀναχαιτίσαι, καὶ τὸν ἡνίοχον, καὶ τὸν Παιδαγωγὸν ἀποσείσασθαι· ὃς, πόρρωθεν ἀνακόπτων τὰς ἡνίας, ἄγει καὶ φέρει πρὸς

CAP. XI.

Compendiosa optimæ vitæ pertractatio.

Quocirca et aurum gestare, et molliori uti veste, non omnino rescindendum est: sed frenandæ sunt rationis expertes affectiones, ne per nimiam dissolutionem abripientes, ad mollem nos ac luxuriosam vitam impellant. Quæ enim in satietatem impegerunt deliciæ, mirandum in modum exsultant, et resistunt, aurigamque et Pædagogum excutiunt, qui procul habenas retinens, equum humanum

*P. 285 ED. POTTER, 243-244 ED. PARIS. [a] Genes. XVIII, 8. [b] Joan. XXI, 3. [c] Matth. IV, 18, 19.

(75) *Λοιπόν*. Si mendo caret, positum videtur pro περισσόν, « superfluum quid. » Aut forte legendum λειπέσθων, « relinquuntor. » SYLBURG.

(76) *Οὐκ ἐλευθέρων στάσεων*. H. e. « illiberalium stationum. » Intelligit autem varios luctatorum motus artesque, quibus adversarios supplantare conabantur.

(77) *Ἀληλιμμένον*. Ἀληλειμμένον, Bod., Reg. Mox, ἀνατρίψαι αὐτόν, « confricare se, » recte Bod. Dein, παραδραθεῖν pro παραδαρθεῖν, Reg., Bod. In iis, quæ e Genesi sequuntur, non tam verba, quam sensum recitat.

(78) *Καὶ ἡ ἁλιεία*. Galenus quoque piscationem inter exercitationes enumerat lib. II *De sanitate tuenda*, cap. 8, sicut et Avicenna ingredientem piscatorias naves debiliter exerceri censuit : sed quoniam cunctæ prope piscationes sub sole, et in locis sæpe malo aere plenis peraguntur, una excepta maritima, credimus medicos piscationis laborem parvi æstimasse. Neque tamen defuerunt imperatores, qui exercitationis gratia interdum piscarentur :
D ceu de Augusto Cæsare scriptum est a Suetonio, et de Alexandro Severo a Lampridio. Meminit et Festus ludorum piscatoriorum; Mercurialis, lib. III, cap. 13, *De arte gymnast.* De hac piscatione Petri, Joannis XXI, Augustinus Tract. 122 : « Quod si fecissent discipuli defuncto Jesu priusquam resurrexisset a mortuis, putaremus eos illa, quæ animos eorum occupaverat, desperatione fecisse. Nunc vero, post eum sibi de sepulcro redditum vivum, subito, sicut fuerant, fiunt non hominum, sed piscium piscatores. Respondendum est ergo, non eos fuisse prohibitos ex arte sua licita victum necessarium quærere, sui apostolatus integritate servata, si aliquando unde viverent, aliud non haberent. » COLLECT.

(79) *Ἐπιδρομή*. Pal. ms. titulus est : Κλήμεντος περὶ τοῦ ἀληθινοῦ κάλλους λόγος τρίτος· qui verius ad primum hujus tertii libri caput pertinet. SYLBURG. — Verumtamen eumdem etiam titulum exhibent Reg., Bod., itemque in fine capitis, Nov.

(80) *Μαλακωτέρᾳ*. Μαλθακωτέρᾳ, Nov.

fert et agit ad salutem : animæ scilicet partem a ratione alienam, quæ in voluptates, et vituperandas appetitiones, et gemmas, et aurum, et vestem variam, reliquumque luxum efferatur. Illud autem memoria maxime tenendum est, quod sancte dictum est : « Conversationem **105** vestram in gentibus habentes honestam, ut in quo de vobis male loquuntur, tanquam maleficis, ex honestis operibus suspicientes Deum glorificent [a]. » Nobis ergo concedit Pædagogus frugali veste uti, albo colore, ut diximus : ut non arti varieganti, sed naturæ generanti, nos accommodantes, quidquid est fallax, et veritatem ementitur, repellentes, simplicem et uniusmodi veritatem amplectamur. Nimis ✠ delicatam adolescentulam reprehendens Sophocles, dicit:

Quæ feminarum sunt amictæ vestibus.

Quemadmodum enim militis, et nautæ, et principis ; ita etiam viri temperantis est propria vestis, quæ non est curiose elaborata, et est decora ac munda. Unde etiam quæ in lege per Moysen de « lepra [b] » lata est lex, rejicit id, quod est varium, et multis maculis notatum, tanquam nefarium, ut quod sit serpentis variis squamis simile. Eum ergo, qui varietate colorum minime efflorescit, totus autem a vertice capitis usque ad extremos pedes est candidus, mundum esse vult ; ut a corpore transientes, varia ac versipelli mentis affectione deposita, eum, qui non est varius nec anceps, simplicem veritatis colorem diligamus. Qui autem in hoc quoque Moysis est imitator, longe optimus Plato, illam « texturam » admittit, « cui non amplius operis est adhibitum, quam pudica mulier postulet. Albi vero colores honestati conveniunt. » Alibi quoque dicit : « Et in textura non adhibere tincturas præterquam adornamenta belli. » Pacificis ergo hominibus et lucidis album convenit. Quemadmodum ergo signa, quæ quidem ad causas proxime accedunt, si adsunt, ipsas præsentes significant, vel potius effecti exsistentiam monstrant, quemadmodum fumus ignem ; bonus autem color

✠ P. 286 ED. POTTER, 244 ED. PARIS.

A σωτηρίαν τὸν ἵππον τὸν ἀνθρώπινον (81), τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς, τὸ περὶ ἡδονὰς, καὶ ὀρέξεις ἐπιψόγους, καὶ λίθους, καὶ χρυσίον, καὶ ἐσθῆτα ποικίλην, καὶ τὴν ἄλλην χλιδὴν ἐκθηριούμενον (82)· ἐκεῖνο μάλιστα ἐν νῷ ἔχοντες (83) τὸ εἰρημένον ἁγίως· « Τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν (84) ἔχοντες καλὴν, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν (85) ὑμῶν, ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύσαντες δοξάσωσι τὸν Θεόν. » Δίδωσιν οὖν ἡμῖν ὁ Παιδαγωγὸς ἐσθῆτι χρῆσθαι τῇ λιτῇ, χρόᾳ δὲ τῇ λευκῇ, ὡς προειρήκαμεν· ἵνα μὴ τέχνῃ ποικιλλομένῃ, φύσει δὲ γεννωμένῃ οἰκειούμενοι, πᾶν ὅσον ἀπατηλὸν καὶ τῆς ἀληθείας καταψευδόμενον, παρωσάμενοι, τὸ μονότροπον καὶ μονοπρόσωπον τῆς ἀληθείας ἀσπασώμεθα. Ἁβροδίαιτον ἐπονειδίζων νεάνιδα (86) ὁ Σοφοκλῆς,

B λέγει·

Γυναικομίμοις ἐμπρεπεῖς ἐσθήμασιν.

Ὡς γὰρ στρατιώτου (87), καὶ ναύτου, καὶ ἄρχοντος· οὕτω δὲ καὶ σώφρονός ἐστιν οἰκεία στολὴ, ἡ ἀπερίεργος, καὶ εὐσχήμων, καὶ καθάριος. Παρ' ὃ καὶ ἐν τῷ νόμῳ « περὶ τῆς λέπρας » διὰ Μωϋσέως τεθεὶς νόμος, τὸ ποικίλον καὶ πολύστικτον, οὐχ ὡς ὅσιον (88), ἀπωθεῖται, ταῖς ποικίλαις τοῦ ὄφεως φολίσιν ἐοικός. Τὸν γοῦν μηκέτι διηνθισμένον ποικιλίᾳ χρωμάτων, ὅλον δὲ λευκωθέντα δι' ὅλων, ἀπὸ κεφαλῆς ἄκρας ἄχρι ποδῶν ἐσχάτων, καθαρὸν εἶναι ἐθέλει· ἵνα κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος μετάβασιν, τὸ ποικίλον καὶ πανοῦργον τῆς διανοίας μεταθέμενοι πάθος, τὸ ἀποίκιλτον καὶ ἀνενδοίαστον τῆς ἀληθείας ἁπλοῦν ἀγαπήσωμεν χρῶμα (89). Ὁ δὲ καὶ ἐν τούτῳ ἄρα ζηλωτὴς Μωϋ-

C σέως, ὁ πάντα ἄριστος Πλάτων (90), « ὑφὴν » ἐκείνην ἀποδέχεται, « ᾗ μὴ πλέον ἔργον πρόσεστι γυναικὸς σώφρονος. Χρώματα (91) δὲ λευκὰ πρέποντα ἂν εἴη σεμνότητι. » Καὶ ἄλλοθι (92) λέγει· « Καὶ ἐν ὑφῇ δὲ βάμματα μὴ προσφέρειν, ἀλλ' ἢ πρὸς τὰ πολέμου κοσμήματα. » Εἰρηνικοῖς ἄρα ἀνθρώποις καὶ φωτεινοῖς κατάλληλον τὸ λευκόν (93). Ὡς οὖν τὰ σημεῖα, ἐγγυτάτω ὄντα τῶν αἰτίων (94), παρόντα σημαίνει, μᾶλλον δὲ δείκνυσι τὴν τοῦ ἀποτελέσματος ὕπαρξιν, οἷον, καπνὸς μὲν πῦρ, εὔχροια δὲ καὶ εὐσφυξία ὑγίειαν· οὕτω καὶ παρ' ἡμῖν ἡ τοιάδε στολὴ τοῦ ἤθους τὴν κατάστασιν

[a] I Petr. II, 12. [b] Levit. XIII.

(81) *Ἀνθρώπινον*. Ἀνθρώπειον, Nov.

(82) *Ἐκθηριούμενον*. Ἐκθησαυριούμενον, Bod., Reg.

(83) *Ἔχοντες*. Congruentius ἔχοντας, accus. casu. SYLBURG.

(84) *Ἐν τοῖς ἔθν . . . ὑμῶν*. Hæc propter ὑμῶν repetitum, per librarii negligentiam exciderunt e Nov.

(85) *Καταλαλοῦσιν*. Καταλαλῶσιν, Bod., Reg.

(86) *Νεάνιδα*. « Adolescentulam » an potius νεανίαν, « adolescentulum? »

(87) *Ὡς γὰρ στρ*. « Quemadmodum enim militis, et nautæ, et magistratus, ita et temperantis est propria vestis, quæ nihil habet superfluitatis, et est decora, » etc. COLLECT.

(88) *Οὐχ ὡς ὅσιον*. Simplicior ordo, ὡς οὐχ ὅσιον, seu ὡς ἀνόσιον. SYLBURG.

(89) *Χρῶμα*. Abest a Pal., Bod., Reg.

(90) *Πλάτων*. Ut huic loco sensus constet, adducenda sunt Platonis verba e lib. XII *De legibus*, p. 992, ubi de donariis, quæ diis consecranda sunt, hæc ait : Ὑφὴν δὲ μὴ πλέον ἢ τὸ ἔργον γυναικὸς μιᾶς

D ἔμμηνον· χρώματα δὲ λευκὰ πρέποντ' ἂν θεοῖς εἴη καὶ ἄλλοθι, καὶ ἐν ὑφῇ· βάμματα δὲ μὴ προσφέρειν, ἀλλ' ἢ πρὸς τὰ πολέμου κοσμήματα· « Textile ne operosius, quam mulieris opus menstruum. Color autem albus præcipue decorus diis est, cum in cæteris, tum maxime in textili. Tincta vero coloribus aliis, ad bellica insignia solum exhibeantur. » In quibus Clemens σώφρονος pro ἔμμηνον, et σεμνότητι pro θεοῖς posuit, ut suo instituto hæc accommodaret.

(91) *Σώφρονος Χρ*. Σώφρονος χρῶμα· τὰ δὲ λ. Bod., Reg.

(92) *Καὶ ἄλλ*. Scribe, Platonis ope, καὶ ἄλλοθι (λέγει) καὶ ἐν ὑφῇ· βάμματα δὲ μ. π.· « Cum alibi (inquit), tum etiam in textili. Tincta vero ne offerant, nisi, » etc.

(93) *Τὸ λευκόν*. Conf. quæ superius dixit auctor, *Pædag*. lib. II, cap. 10, pag. 201 edit. Paris. Prodicus Ceus Virtutem inducit λευχείμονα, « albis vestitam, » ibid., pag. 202. In Apocalypsi Joannes sanctis cœlestibus λευκὰ ἱμάτια tribuit.

(94) *Αἰτίων*. Αἰτιῶν Bod., Reg.

ἐνδείκνυται. Καθάριος δὲ καὶ ἀφελὴς ἡ σωφροσύνη· ἐπεὶ ἡ μὲν καθαριότης ἕξις ἐστὶ, παρασκευαστικὴ διαίτης καθαρᾶς καὶ ἀμιγοῦς αἰσχροῖς· ἡ δὲ ἀφέλεια ἕξις ἀφαιρετικὴ τῶν περιττῶν. Ἡ δὲ στερεὰ ἐσθὴς, καὶ μάλιστα ἡ ἄγναφος, ἀποστέγει τὸ θερμὸν τὸ ἐν τῷ σώματι, οὐχ ὅτι (95) ἐν αὐτῇ ἔχει τὴν θερμότητα ἡ ἐσθὴς, ἀλλ' ὅτι τὴν ἐν τῷ σώματι ἐξιοῦσαν ἀναστρέφει, καὶ πάροδον αὐτῇ οὐ παρέχει· εἰ δὲ καὶ ἐμπέσοι τις, συλλαβοῦσα αὐτὴν, ἐν αὐτῇ ἔχει, καὶ ὑπ' αὐτῆς θερμανθεῖσα, ἀντιθερμαίνει τὸ σῶμα· δι' ὃ καὶ χειμῶνος μάλιστα ταύτῃ χρηστέον. Εὔκολος δὲ αὕτη· εὐκολία δέ ἐστιν ἕξις ἀπέριττος, προσδεκτικὴ, πρὸς τὸ (96) ἀνελλιπὲς, ἐξαρκούντων εἰς τὸν κατάλογον τὸν ὑγιῆ (97), καὶ μακάριον βίον. Κεχρήσθω δὲ καὶ (98) ἡ γυνὴ τῇ λιτῇ στολῇ καὶ σεμνῇ· μαλακωτέρᾳ δὲ μᾶλλον ἢ προσῆκεν ἀνδρὶ, πλὴν οὐ τέλεον ἀπηρυθριακυίᾳ, οὐ διαῤῥεούσῃ τῇ μαλακότητι. Ἔστων δὲ αἱ ἐσθῆτες ἁρμόζουσαι ἡλικίᾳ (99), προσώπῳ, τύποις (1), φύσει, ἐπιτηδεύμασιν. « Ἐνδύσασθαι » γὰρ παγκάλως ἡμῖν ὁ θεῖος Ἀπόστολος συμβουλεύει « τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθαι εἰς ἐπιθυμίας. » Κωλύει δὲ βιαζομένους τὴν φύσιν ὁ Λόγος, τοὺς λοβοὺς τῶν ὠτίων τιτρᾶναι. Διὰ τί γὰρ οὐχὶ καὶ τὴν ῥῖνα; ἵνα δὴ κἀκεῖνο πληρωθῇ τὸ εἰρημένον· « Ὥσπερ ἐνώτιον (2) ἐν ῥινὶ ὑὸς, οὕτω γυναικὶ κακόφρονι κάλλος. » Καθόλου γὰρ, εἴ τις ἡγεῖται κοσμεῖσθαι χρυσίῳ, ἐλάττων ἐστὶ χρυσίου· ὁ δὲ ἐλάττων χρυσίου, οὐκ ἔστι κύριος αὐτοῦ. Ἀκοσμότερον δὲ ὁμολογεῖν ἑαυτὸν καὶ ἥττονα τοῦ Λυδίου ψήγματος, πῶς οὐκ ἀτοπώτατον; Καθάπερ οὖν καὶ τὸ χρυσίον μιαίνεται τῆς συὸς ἡ ἀκαθαρσίᾳ, τῷ ῥύγχει τὸν φορυτὸν ἐκταρασσούσης· οὕτως ἀσελγαίνειν αἱ τρυφητικώτεραι (3), ὑπὸ τῆς περιουσίας ἐπαιρόμεναι, τὸ κάλλος τὸ ἀληθινὸν καθυβρίζουσιν Ἀφροδισίων μολυσμοῖς. Δίδωσιν (4)

se ipsos idoneos exhibuerunt. Qui persequuntur enim artes sordidas, sensibus excellentissimis fruuntur: auditu quidem, qui dicitur communiter musicus, tactu vero, figulus; et voce, cantor; olfactu, unguentarius; visu, qui ea, quæ in sigillis exprimuntur, est cælandi facultate præditus. Qui autem in doctrina versantur, suppeditatam habent consensionem, per quam poetæ modos, dictionem rhetores, et syllogismos dialectici, et philosophi apprehendunt eam, quæ ad se pertinet, contemplationem. Ad inveniendum enim et excogitandum res est apta consensio: ✠ hæc enim studiis animum applicare persuadet: quam applicationem exercitatio in scientiam postea auget et intendit. Merito ergo Apostolus « multiformem » dixit « Dei sapientiam [a], » ut quæ « multifariam multisque modis [b], » per artem, per scientiam, per fidem, per prophetiam, suam ostentat potentiam ad nostrum beneficium. « Quoniam omnis sapientia a Domino, et cum ipso est in sæcula, » ut dicit Jesu Sapientia. [c] « Si enim prudentiam et sensum magna voce invocaveris, et eam quæsieris, sicut argenti thesauros, et prompto et alacri animo investigaris, intelliges Dei cultum, et sensum divinum invenies [d]. » Quod dixit propheta, ut hunc distingueret a sensu, qui in philosophia versatur, quem præclare ac magnanime investigare jubet, utpote ad profectus in pietate faciendos utilem. Huic itaque eum, qui in pietate versatur, sensum opposuit, quo religionis scientiam innuit, his verbis: « Deus enim dat sapientiam ex ore suo, et sensum simul et prudentiam, et justis instar thesauri recondit auxilium. » Iis enim, qui a philosophia fuere justificati, auxilium reconditur ea quoque consensio, quæ ducit ad pietatem in Deum.

CAPUT V.

σophiam theologiæ ancillari; quod illustrat allegorica interpretatione historiæ Saræ et Agaris.

ν οὖν (96) πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας σύνην Ἕλλησιν ἀναγκαία φιλοσοφία · νυνὶ τη πρὸς θεοσέβειαν γίνεται, προπαιδεία τις τὴν πίστιν δι' ἀποδείξεως καρπουμένοις · ποῦς σου, » φησὶν, « οὐ μὴ προσκόψῃ, » :ρόνοιαν τὰ καλὰ ἀναφέροντος, ἐάν τε Ἑλ- D , ἐάν τε ἡμέτερα. Πάντων μὲν γὰρ αἴτιος ὃν ὁ Θεός · ἀλλὰ τῶν μὲν, κατὰ προηγού- ς τῆς τε Διαθήκης τῆς Παλαιᾶς, καὶ τῆς ν δὲ κατ' ἐπακολούθημα, ὡς τῆς φιλοσο- α δὲ καὶ προηγουμένως τοῖς Ἕλλησιν ἐδόθη ν ἢ τὸν Κύριον καλέσαι καὶ τοὺς Ἕλληνας · γώγει » γὰρ καὶ αὐτὴ τὸ Ἑλληνικὸν, ὡς « ὁ ιοὺς Ἑβραίους, « εἰς Χριστόν. » Προπαρα-

Atque erat quidem ante Domini adventum philosophia Græcis necessaria ad justitiam: nunc autem est utilis ad pietatem, cui necessario præmittenda est ab iis, qui fidem ex demonstratione percipiunt. Quoniam « pes, » inquit, « tuus non offenderit [e], » si quæ bona sunt, ad Dei providentiam referas, sive Græca sint, sive nostra. Omnium enim bonorum Deus est causa: sed aliorum quidem principaliter, ut Testamenti **122** Veteris et Novi: aliorum autem per consequentiam, sicut philosophiæ. Quam tamen verisimile est, ipsum Græcis per se dedisse, priusquam Dominus Græcos quoque vocasset. Nam ipsa quoque Græcos « Pædagogi more docebat, » sicut « lex » Hebræos « ad

531 ED. POTTER, 282 ED. PARIS. [a] Ephes. III, 10. [b] Hebr. I, 1. [c] Eccli. I, 1. [d] Prov. [e] Prov. III, 23.

) πλαστικός. Conf. Tatianus edit. Oxon. , not. 2; Athenagoras p. 59, not. 1.
Ι ποιηταί. Ποιηταί in Flor. edit. articulo ad addendum esse satis declarant commata a. SYLBURG.
Ότι. Hæc e Proverb. II imperfecte et διὰ μνήμης recitavit auctor.

(96) Ἦν μὲν οὖν. Sic infra *Strom.* I, pag. 319: Καθ' ἑαυτὴν ἐδικαίου ποτὲ καὶ φιλοσοφία τοὺς Ἕλληνας. « Per se quoque olim Græcos justificavit philosophia. » Qua de re conf. Vossius *Historiæ Pelagianæ* lib. III, part. III, thes. 11.

Christum [a] « Præparat ergo philosophia, ei viam muniens, qui a Christo perficitur. «Jam sapientiam, » inquit Salomon, « vallo circumda, et te exaltabit, corona autem voluptatis te proteget [b]. » Nam cum tu eam philosophia, et multo prudenti rectoque ejusmodi sumptu, tanquam lorica, munieris, sophistis inaccessam servabis. Atque est quidem una via veritatis, sed in eam, tanquam in fluvium perennem, alia aliunde fluenta influunt. Divine ergo dictum est: «Audi, fili mi, et mea verba suscipe, ut sint tibi ✠ multæ viæ vitæ: vias enim sapientiæ doceo te, ne te deficiant fontes [c], » qui ex ipsa terra scaturiunt. Non autem unius tantum justi vias plures salutares recensuit, verum infert alias multorum multas justorum vias, hoc modo id indicans: « Viæ autem justorum splendent sicut lux [d]. » Fuerint autem mandata quoque, et præcedaneæ disciplinæ, viæ et adminicula vitæ. « Jerusalem, Jerusalem, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos [e]? » Jerusalem autem exponitur « visio pacis. » Significat ergo prophetice eos, qui pacifice res sacras inspexerint, ad vocationem multis modis institui. Quid ergo? « voluit » quidem, non autem potuit. Quot autem modis? aut ubi? Bis: per prophetas, et per adventum. Multimodam ergo sapientiam ostendit dictio, « quoties: » et per omnes qualitatis et quantitatis modos cum in tempore, tum etiam in æternitate quosdam omnino servat: « Quoniam Spiritus Domini replevit orbem terræ [f]. » Quod si quis vim afferens, dicat: « Ne animum adhibe mulieri malæ, mel enim distillat a labiis mulieris meretricis, » Græcam esse dicens eruditionem, audiat quæ deinceps sequuntur: « Quæ ad tempus ungit guttur suum: » philosophia autem non adulatur. Quamnam ergo meretricem significat? Dilucide infert: « Stultitiæ enim pedes deducunt eos, qui ea utuntur, post mortem ad inferos; ejus autem vestigia minime sunt stabilia. » Fac ergo, ut via tua longe absit a stulta voluptate: « Ne steteris

A σκευάζει τοίνυν ἡ φιλοσοφία, προοδοποιοῦ
Χριστοῦ τελειούμενον. « Αὐτίκα τὴν σοφία
μῶν, « περιχαράκωσον, » φησὶ, « καὶ
σει σε (97)· στεφάνῳ δὲ τρυφῆς ὑπερασ
ἐπεὶ καὶ σὺ, τῷ θριγκῷ ὑπεροχυρώσας
τὴν διὰ φιλοσοφίας καὶ πολυτελείας ὁ
ἀνεπίβατον τοῖς σοφισταῖς τηρήσεις. Μία
τῆς ἀληθείας ὁδός· ἀλλ' εἰς αὐτὴν, κ
ἀέναον ποταμὸν, ἐκρέουσι τὰ ῥεῖθρα ἄλ
Ἐνθέως οὖν ἄρα εἴρηται· « Ἄκουε, υἱ
δέξαι ἐμοὺς λόγους, » φησὶν, « ἵνα σοι γέ
λαὶ ὁδοὶ βίου· ὁδοὺς γὰρ σοφίας διδάσκω σ
ἐκλίπωσίν σε αἱ πηγαὶ » αἱ τῆς αὐτῆς ἐ
γῆς. Οὐ δὴ μόνον (1) ἑνός τινος δικαίου ὁ
νας σωτηρίους κατέλεξεν· ἐπιφέρει δὲ ἄ
B λῶν πολλὰς δικαίων ὁδοὺς (2), μηνύων
« Αἱ δὲ ὁδοὶ τῶν δικαίων ὁμοίως φωτὶ λά
Εἶεν δ' ἂν καὶ αἱ ἐντολαὶ καὶ αἱ προπα
καὶ ἀφορμαὶ τοῦ βίου. « Ἱερουσαλὴμ, Ἱ
ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκν
ὄρνις τοὺς νεοσσούς; » Ἱερουσαλὴμ δὲ «
ρήνης » ἑρμηνεύεται. Δηλοῖ τοίνυν προφη
εἰρηνικῶς ὑποπτεύσαντας (3), πολυτρόπως
παιδαγωγεῖσθαι (4). Τί οὖν; « ἠθέλησε » μὲ
νήθη δέ; Ποσάκις δὲ ἢ ποῦ; Δὶς, διά τε πρ
διὰ τῆς παρουσίας. Πολύτροπον μὲν οὖν τ
« ποσάκις » ἐνδείκνυται λέξις, καὶ καθ'
τρόπον ποιότητός τε καὶ ποσότητος πάντα
νάς, ἔν τε τῷ χρόνῳ, ἔν τε τῷ αἰῶνι· «
C Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. » Κ
ζόμενος λέγῃ· « Μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυ
γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πό
Ἑλληνικὴν εἶναι παιδείαν, ἐπακουσάτω
« Ἡ πρὸς καιρὸν λιπαίνει (5) σὸν φάρυγ
φιλοσοφία δὲ οὐ κολακεύει. Τίνα τοίνυν
τὴν ἐκπορνεύσασαν; ἐπιφέρει ῥητῶς·
ἀφροσύνης οἱ πόδες κατάγουσι τοὺς χρωμ
μετὰ θάνατον εἰς ᾅδην· τὰ δὲ ἴχνη αὐτῆς
δεται. » Μακρὰν οὖν ποίησον ἀπὸ τῆς ἀ
νῆς τὴν σὴν ὁδόν· « Μὴ ἐπιστῇς θύραις

✠ P. 332 ED. POTTER, 283 ED. PARIS. [a] Gal. III, 24. [b] Prov. IV, 8, 9. [c] Ibid. IV, 1 [d] Prov. IV, 18. [e] Matth. XXIII, 37. Luc. XIII, 34. [f] Sap. I, 7.

(97) *Ὑπερυψώσει*. Ὑψώσει, Proverb.

(98) *Ὑπεροχυρώσας*. Permutata partium qualitate, legi potest, ὑπερωχύρωσας..... τηρήσας. SYLBURG.

(99) *Πολυτελείας ὀρθῆς*. Interpres videtur legisse πολυμαθείας ὀρθῆς, dum vertit, « multam rectam eruditionem, » inquit Sylburg. Petavio legendum videbatur, πολιτείας ὀρθῆς, « recto vivendi instituto. » *Theolog. dogm.*, prolegom. cap. 4, art. 8.

(1) *Οὐ δὴ μόνον*. Flor. edit. οὗ δὴ μ., quam lectionem sequitur etiam Herveti versio, sed omissa particula μόνον· « quo quidem in loco unius cujusdam justi vias plures salutares recensuit. » Sed οὐ μόνον legendum esse, ex sequentibus satis liquet. SYLBURG.—Quæ seq. ex Evangeliis, e memoria recitavit auctor.

(2) *Πολλὰς δικαίων ὁδούς*. Clemens non multo post, p. 288 ed. Paris.: Ἀλλ' αἱ μὲν εἰς δικαιοσύνην ὁδοὶ, πολυτρόπως σώζοντος τοῦ Θεοῦ (ἀγαθὸς γάρ), πολλαί τε καὶ ποικίλαι, καὶ φέρουσαι εἰς τὴν κυρίαν ὁδόν τε καὶ πύλην· ἐὰν δὲ τὴν βασιλικήν τε καὶ αὐθεντικὴν εἴσοδον ζητῇς, ἀκούσῃ· « Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου· δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. » Πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἦν ἐν
ἣ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες. « Sed v
D ad justitiam, cum Deus variis nos m
(est enim bonus), sunt multæ et variæ, q
ad Dominicam viam et portam. Quod
viam, et authenticum quæris ingressur
« Hæc est porta Domini, justi intrabunt
Cum ergo multæ apertæ sint portæ in ju
in Christo invenienda est, in quam beati
intrarunt. » Quorum verborum postrem
e Clementis Romani epistola sumpta est.

(3) *Ὑποπτεύσαντας*. Lege ἐποπτεύσαν
pra p. 276. LOWTH.

(4) *Παιδαγωγεῖσθαι*. Lege παιδαγωγῆσ
præterito. SYLB.

(5) *Ἡ πρὸς καιρὸν λ*. Ἡ πρὸς χάριν
superius *Pæd.* lib. III, cap. 11, p. 250 e
quem locum videsis.

(6) *Μὴ ἐπιστῇς θύρ*. Μὴ ἐγγίσῃς
Proverb. Mox, ζωήν σου pro τὴν σὴν ζ
καὶ μεταμεληθήσῃ ἐπ' ἐσχάτων pro εἶτα
σει σοι ἐπὶ γήρως. Ibid.

ἵνα μὴ προῇ ἄλλοις τὴν σὴν ζωήν. » Καὶ A
τυρεῖ · « Εἶτα μεταμελήσει σοι ἐπὶ γήρως,
ἐν κατατριβῶσί σου σάρκες σώματος. » Τοῦτο
ιος τῆς ἄφρονος ἡδονῆς. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ·
ὰ δ' ἂν φῇ, « Μὴ πολὺς ἴσθι πρὸς ἀλλοτρίαν· »
ι μὲν, οὐχ ἐνδιατρίβειν δὲ καὶ ἐναπομένειν τῇ
ῇ παιδείᾳ παραινεῖ· προπαιδεύει γὰρ τῷ
ῷ Λόγῳ τὰ κατὰ τοὺς προσήκοντας καιροὺς
γενεᾷ συμφερόντως δεδομένα. Ἤδη γάρ (7)
οῖς φίλτροις τῶν θεραπαινίδων δελεασθέντες,
ησαν τῆς δεσποίνης φιλοσοφίας, καὶ κα-
σαν οἱ μὲν αὐτῶν ἐν μουσικῇ, οἱ δὲ ἐν
ρίᾳ, ἄλλοι δὲ ἐν γραμματικῇ, οἱ πλεῖστοι δὲ
ορικῇ. Ἀλλ' ὡς « τὰ (8) ἐγκύκλια » μαθή-
υμβάλλεται πρὸς φιλοσοφίαν, τὴν δέσποιναν
οὕτω καὶ φιλοσοφία αὐτὴ πρὸς σοφίας κτῆσιν B
ιῖ. Ἔστι γὰρ ἡ μὲν φιλοσοφία ἐπιτήδευσις
ἡ σοφία δὲ ἐπιστήμη (9) θείων καὶ ἀνθρω-
καὶ τῶν τούτων αἰτίων. Κυρία τοίνυν ἡ σοφία

ad fores domus ejus, ut non tradat aliis vitam tuam. » Tum attestatur : « Deinde te pœnitebit in senectute, quando contritæ fuerint carnes tui corporis. » Hic est enim finis stultæ voluptatis. Et hæc quidem ita se habent. Cum autem dixerit: « Ne sis multum apud alienam [a], » uti quidem, sed non immorari et permanere in doctrina sæculari admonet. Verbo enim Domini præparant, ac prius instituunt, quæ temporibus convenientibus unicuique generationi utiliter data sunt. Jam enim quidam ancillarum inescati philtris, contempserunt dominam philosophiam, et ex ipsis alii quidem consenuerunt in musica, alii vero in geometria, ✠ alii autem in grammatica, plurimi autem in rhetorica. Sed quemadmodum liberales, B quas vocant ἐγκυκλίους, hoc est « circulares » disciplinæ, conferunt ad philosophiam, quæ est ipsorum domina : ita etiam ipsa philosophia ad parandam conducit sapientiam. Est enim philosophia

[a] Prov. v, 2, 3, 5, 8, 9, 11, 20.

P. 533 ED. POTTER, 284 ED. PARIS.

(7) Ἤδη γάρ. Hæc Clemens sumpsit e Philonis lib. *De cong. erud. quær. gratia*, p. 435: γάρ, τοῖς φίλτροις τῶν θεραπαινίδων δελεα-, ὠλιγώρησαν τῆς δεσποίνης φιλοσοφίας, καὶ ρασαν, οἱ μὲν ἐν ποιήμασιν, οἱ δὲ ἐν γραμμαῖς, χρωμάτων κράσεσιν, οἱ δὲ ἐν ἄλλαις μυρίαις, θέντες ἐπὶ τὴν ἀστὴν ἀναδραμεῖν. « Sunt enim cillarum illecebris inescati, parvi penderunt philosophiam, et consenuerunt, quidam in ibus, quidam in delineationibus, quidam in n temperaturis, alii in aliis rebus innumeris, lentes sese ad matronam recipere. »

(8) Ἀλλ' ὡς τά. Hæc etiam sumpta sunt e Phi-ui paulo post verba modo laudata, sic per-αὶ μὴν ὥσπερ τὰ ἐγκύκλια συμφέρει πρὸς C ίας ἀνάληψιν, οὕτω καὶ φιλοσοφία πρὸς σοφίας Ἔστι γὰρ φιλοσοφία ἐπιτήδευσις σοφίας, σο-ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων, καὶ τῶν αἰτίων. Γένοιτ' οὖν ὥσπερ ἡ ἐγκύκλιος ἡ, φιλοσοφίας, οὕτω καὶ φιλοσοφία δούλη Φιλοσοφία δὲ ἐγκράτειαν μὲν γαστρὸς, ἐγ-ν δὲ τῶν μετὰ γαστέρα, ἐγκράτειαν δὲ ώττης ἀναδιδάσκει. Ταῦτα λέγεται μὲν εἶναι ὶ αἱρετά, σεμνότερα δὲ φαίνοιτο, εἰ Θεοῦ τι-ὶ ἀρεσκείας ἕνεκα, ἐπιτηδεύοιτο· « Atqui circulares, seu liberales, artes conferunt ad ndam philosophiam, ita philosophia ad pa-a sapientiam. Est enim philosophia medita-ientiæ : sapientia vero, scientia rerum di-m humanarumque, et causarum insuper. icut encyclopædia musica philosophiæ ser-a philosophia sapientiæ. At philosophia cet continere linguam, ventrem, et ea, quæ D tre sunt. Hæc quamvis per se expetenda, ora tamen fiunt, quando in honorem Dei et religionis exercentur. » Ἐγκύκλιος παιδεία, lium disciplinarum orbis » qualis fuerit, iam locis innuit Clemens : conf. p. 316, 9, 428, 656, 661, 709, ed. Paris. His porro dicit Clementis discipulus, Origenes, *Con-* lib. III, p. 146, 147 : Εἰ δὲ παραστήσεις μοι λους πρὸς φιλοσοφίαν προπαιδεύοντας, καὶ ἐν ρίᾳ γυμνάζοντας, οὐκ ἀποτρέψομεν ἀπὸ τού-ὺς νέους· πειράσομαι δὲ προγυμνασαμένους ὡς ἐν ἐγκυκλίοις μαθήμασι καὶ τοῖς φιλοσο-οις ἀναβιβάσαι ἐπὶ τὸ σεμνὸν καὶ ὑψηλὸν τῆς ίας τοὺς πολλοὺς Χριστιανῶν μεγαλοφωνίας, ν μεγίστων καὶ ἀναγκαιοτάτων διαλαμβανόν-Quod si mihi dederis præceptores philoso-docentes et exercentes, a talibus non deter-s juvenes : sed ubi fuerint in horum scholis et orbe, ut vocant, disciplinarum præexercitati, subveham eos altius ad Christianorum sublimem ignotamque vulgo grandiloquentiam, disserentem de rebus maxime arduis et necessariis, » etc. Idem *Philocaliæ* cap. 13, p. 41, 42 : Δύναται οὖν ἡ εὐφυΐα σου Ῥωμαῖόν σε νομικὸν ποιεῖν τέλειον, καὶ Ἑλληνικόν τινα φιλόσοφον τῶν νομιζομένων ἐλλογίμων αἱρέσεων. Ἀλλ' ἐγὼ τῇ πάσῃ τῆς εὐφυΐας δυνάμει σου ἐβουλόμην καταχρήσασθαί σε τελικῶς μὲν εἰς Χριστιανισμὸν, ποιητικῶς δέ. Διὰ τοῦτ' ἂν ηὐξάμην παραλαβεῖν σε καὶ φιλοσοφίας Ἑλλήνων τὰ οἱονεὶ εἰς Χριστιανισμὸν δυνάμενα γενέσθαι ἐγκύκλια μαθήματα, ἢ προπαιδεύματα, καὶ τὰ ἀπὸ γεωμετρίας καὶ ἀστρονομίας χρήσιμα ἐσόμενα εἰς τὴν τῶν ἱερῶν Γραφῶν διήγησιν· ἵν', ὥσπερ φασὶ φιλοσόφων παῖδες περὶ γεωμετρίας, καὶ μουσικῆς, γραμματικῆς τε καὶ ῥητορικῆς, καὶ ἀστρονομίας, ὡς συνερίθων φιλοσοφίᾳ, τοῦθ' ἡμεῖς εἴπωμεν καὶ περὶ αὐτῆς φιλοσοφίας πρὸς Χριστιανισμόν· « Potest igitur ingenium tuum Romanum te jurisconsultum facere absolutissimum, et Græcum philosophum ex iis sectis, quæ præstantiores habentur. Ego vero omni ingenii et animi contentione te uti volebam, quod finem attinet, ad Christianismum, sed et quoad effectionem. Idcirco cupiebam e philosophia Græcorum ea te accipere, quæ ad Christianam doctrinam circulares disciplinæ, vel præludia esse possunt, quæque ex geometria et astronomia usui futura sunt ad sacrarum Litterarum interpretationem : ut quod de geometria, musica, grammatica, rhetorica, et astronomia philosophi prædicant, tanquam philosophiæ sociis et adjutricibus, id nos de philosophia ad Christianam religionem dicamus. »

(9) *Οὕτω καὶ φιλόσοφ... σοφία δὲ ἐπ.* Οὕτω καὶ φιλοσοφία αὐτὴ πρὸς φιλοσοφίας κτῆσιν συνεργεῖ· ἔστι γὰρ ἡ μὲν φιλοσοφία ἐπιτήδευσις, ἡ σοφία δὲ ἐπ. edit. Flor. Φιλοσοφίας in σοφίας mutavit Sylburg., quem reliqui editores postea secuti sunt. Nos integram sententiam ex Philone restituimus. His porro similia sunt, quæ Stoici de « philosophia » ac « sapientia » tradebant. Plutarchus principio lib. I *De placitis philosophor.* : Οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ ἔφασαν τὴν μὲν σοφίαν εἶναι θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην, τὴν δὲ φιλοσοφίαν ἄσκησιν τέχνης ἐπιτηδείου. « Stoici igitur dicebant, sapientiam quidem divinarum humanarumque rerum scientiam esse : philosophiam vero accommodatæ artis exercitationem. » Clemens *Pædag.* lib. I, cap. ult., philosophiam ex mente Stoicorum definit ἐπιτήδευσιν λόγου ὀρθότητος. Eamdem, quam hic Clemens, sapientiæ definitionem tradit Origenes *Con-*

quidem exercitatio sapientiæ, sapientia vero rerum divinarum et humanarum, et causarum ipsarum scientia. Est enim sapientia domina philosophiæ, sicut illa illius, quæ præcedit, disciplinæ. Si enim philosophia profitetur continentiam et linguæ et ventris, et eorum quæ sunt sub ventrem, et est propter se eligenda : at multo videbitur venerabilior et præstantior, si exerceatur propter Dei honorem et cognitionem. Eorum autem, quæ dicta sunt, per hæc præbebit Scriptura testimonium. Sara erat olim sterilis, Abrahæ uxor; cum autem non pareret Sara, ancillam suam nomine Agar Ægyptiam permittit Abrahæ ad liberorum susceptionem. Sapientia ergo, quæ cum fideli cohabitat (fidelis autem et justus reputatus est Abraham) erat adhuc sterilis et sine liberis in illa generatione, ut quæ nihil adhuc Abrahæ, quod esset ex virtute, peperisset. Merito autem volebat, ut qui etiamnum in progressu erat, cum mundana disciplina (per Ægyptum autem allegorice significatur mundus) prius congrederetur, postea autem ad se quoque accedens divina providentia gigneret Isaac. Interpretatur autem Philo ✠ Agar quidem « incolatum : » hic enim dictum est, « Ne multum sis apud alienam [a] : » Saram autem, « meum principatum. » Licet ergo ei, qui disciplinis prius est institutus, venire ad sapientiam, quæ vel maxime principatum obtinet, ex qua crescit genus Israeliticum. Ex quibus ostenditur, sapientiam esse doctrina comparabilem, ad quam pervenit Abraham, ex contemplatione cœle-

τῆς φιλοσοφίας, ὡς ἐκείνη τῆς προπαιδείας. Εἰ γὰρ ἐγκράτειαν φιλοσοφία ἐπαγγέλλεται γλώσσης τε καὶ γαστρὸς, καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα, καὶ ἔστι δι' αὑτὴν αἱρετή· σεμνοτέρα φανεῖται καὶ κυριωτέρα, εἰ Θεοῦ τιμῆς τε καὶ γνώσεως ἕνεκεν ἐπιτηδεύοιτο. Τῶν εἰρημένων μαρτυρίαν παρέξει ἡ Γραφὴ διὰ τῶνδε· Σάῤῥα (10) στεῖρα ἦν πάλαι, Ἀβραὰμ δὲ γυνή· μὴ τίκτουσα ἡ Σάῤῥα, τὴν ἑαυτῆς παιδίσκην, ὀνόματι Ἀγὰρ, τὴν Αἰγυπτίαν, εἰς παιδοποιίαν ἐπιτρέπει τῷ Ἀβραάμ. Ἡ σοφία τοίνυν, ἡ τῷ πιστῷ σύνοικος, (πιστὸς δὲ εὐλογίσθη (11) Ἀβραὰμ καὶ δίκαιος·) στεῖρα ἦν ἔτι καὶ ἄτεκνος κατὰ τὴν γενεὰν ἐκείνην, μηδέπω μηδὲν ἐνάρετον ἀποκυήσασα τῷ Ἀβραάμ. Ἠξίου δὲ εἰκότως, τὸν ἤδη καιρὸν ἔχοντα προκοπῆς, τῇ κοσμικῇ παιδείᾳ (Αἴγυπτος δὲ ὁ κόσμος ἀλληγορεῖται·) συνευνασθῆναι πρότερον, ὕστερον δὲ, καὶ αὐτῇ προσελθόντα κατὰ τὴν θείαν πρόνοιαν, γεννῆσαι τὸν Ἰσαάκ. Ἑρμηνεύει δὲ ὁ Φίλων τὴν μὲν Ἀγὰρ (12) « παροίκησιν· » ἐνταῦθα γὰρ εἴρηται· « Μὴ πολὺς ἴσθι πρὸς ἀλλοτρίαν· » τὴν Σάῤῥαν (13) δὲ « ἀρχή μου. » Ἔνεστιν οὖν, προπαιδευθέντα, ἐπὶ τὴν ἀρχικωτάτην σοφίαν ἐλθεῖν, ἀφ' ἧς τὸ Ἰσραηλιτικὸν γένος αὔξεται. Ἐξ ὧν δείκνυται διδακτικὴν (14) εἶναι τὴν σοφίαν, ἣν μετῆλθεν Ἀβραὰμ, ἐκ τῆς τῶν οὐρανίων θέας μετιὼν εἰς τὴν κατὰ Θεὸν πίστιν τε καὶ δικαιοσύνην. Ἰσαὰκ (15) δὲ « τὸ αὐτομαθὲς » ἐνδείκνυται· διὸ καὶ Χριστοῦ τύπος εὑρίσκεται. Οὗτος μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, τῆς Ῥεβέκκας, ἣν « ὑπομονὴν » μεταφράζουσιν· πλείοσι δὲ συνέρχεσθαι ὁ Ἰακὼβ (16) λέγεται ὡς ἂν « ἀσκητὴς » ἑρμηνευόμενος. Διὰ πλειόνων δὲ

✠ P. 334 ED. POTTER. [a] Proverb. v, 20.

tra Celsum lib. III, p. 154, ejus partem superius recitavit Clemens *Pædag.* lib. II, cap. 2, p. 154. Eamdem alii philosophiæ tribuunt quam a σοφίᾳ non distinguunt, Alcinous *Anim. in Porphyr.* cap. 1 : Φιλοσοφία δέ ἐστιν ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· « Philosophia autem est rerum divinarum humanarumque scientia. »

(10) *Σάῤῥα*. Hæc etiam a Philone didicit Clemens : nam hic haud procul a principio libri superius memorati in persona Saræ hæc dicit : Εἴσελθε οὖν, φησὶ, πρὸς τὴν παιδίσκην μου, τὴν τῶν μέσων καὶ ἐγκυκλίων ἐπιστημῶν μέσην παιδείαν, ἵνα τεκνοποιήσῃ πρότερον ἐξ αὐτῆς· αὖθις γὰρ δυνήσῃ καὶ τῶν πρὸς τὴν δέσποιναν ὁμιλιῶν, γενέσεις παίδων γνησίων ἀπόνασθαι· « Ingredere igitur, inquit, ad ancillam meam mediarum et encyclicarum artium mediam disciplinam, ut prius ex ea liberos suscipias; posthac enim poteris ex consuetudine cum domina frui legitimis liberis. » Ibidem plura ejusdem argumenti occurrunt, quibus Philo reliquas artes ac disciplinas sapientiæ quodammodo ancillari ostendit.

(11) *Εὐλογίσθη*. Scribendum cum Sylburgio ἐλογίσθη. Respicit enim Rom. IV, 9 : ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην.

(12) *Ἀγάρ*. Philo, paulo post verba jam laudata, hæc adjicit : Γένος μὲν ἔστιν Αἰγυπτία, καλεῖται δὲ Ἀγάρ. Τοῦτο δὲ ἑρμηνευθέν ἐστι παροίκησις· « Siquidem Ægyptia genere, nominatur Agar. Hoc autem si interpretere, est incolatus. »

(13) *Τὴν Σάῤῥαν*. Philo non procul a principio libri *Περὶ τῶν χερουβίμ*, etc., ait : Σάῤῥα δὲ σύμβολον ἀρχῆς ἐμῆς· καλεῖται γὰρ ἀρχή μου· « Sarra vero symbolum principatus mei; significatur enim eo nomine principatus meus. » Ibidem etiam allegoriam Saræ Abrahami et Agaris latius prosequitur.

(14) *Διδακτικήν*. « Docendi potestate præditam, » male vertit Hervetus. Vult enim auctor, « sapientiam doctrina comparari posse. » Quo sensu Philo, a quo Clemens hæc sumpsit, hac voce usus est, libri *Περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδ. συνόδου*, p. 429 : Διὰ τί; ὅτι καὶ διδακτικὴ ἀρετὴ, ἣν Ἀβραὰμ μέτεισιν· « Quare? quia virtus, quam Abraham prosequitur, docibilis est. » Si quis tamen διδακτὴ apud Clementem, et διδακτὴν apud Philonem substituere malit, haud repugnabo. Sunt enim hujusmodi voces εὐμετάβολοι. Sic enim hujus *Strom.* p. 297, μεθεκτοί pro μεθεκτικοί occurrit, et ἐφεκτοί pro ἐφεκτικοί *Strom.* VIII, p. 777. Porro notum est, Stoicos etiam docuisse, virtutem esse διδακτήν, quod tradit in Zenone Laertius lib. VII, seg. 91.

(15) *Ἰσαάκ*. Hujus etymon et allegoriam Philoni debet Clemens : qui libri superius memorati pag. 429 eo allusit : Τὸ δὲ αὐτομαθὲς γένος, οὗ ἐκοινώνησεν Ἰσαάκ. « At genus, » inquit, « a seipso doctum, in quo Isaac censetur, » etc. Deinde Rebeccæ interpretationem tradit : Καλεῖται δὲ παρὰ μὲν Ἕλλησιν Ὑπομονὴ, παρὰ δὲ τοῖς Ἑβραίοις Ῥεβέκκα· « Vocatur autem a Græcis Tolerantia, ab Hebræis vero Rebecca. » Quam etymologiam aliis etiam pluribus locis enarrat. Eamdem Clemens superius refert *Pædag.* lib. I, cap. 5, p. 90 edit. Paris.

(16) *Ὁ Ἰακώβ*. Philo, loco superius dicto, hæc adjicit : Καὶ ἡ δι' ἀσκήσεως τελουμένη, περὶ ἣν Ἰακὼβ ἐσπουδακέναι φαίνεται· διὰ πλειόνων γὰρ καὶ διαφερόντων αἱ ἀσκήσεις δογμάτων, ἡγουμένων, προαπαντώντων, ὑστεριζόντων, πόνους τοτὲ μὲν ἐλάττους, τοτὲ δὲ μείζους ἐχόντων· « Itidem quæ per meditationem absolvitur, quod genus virtutis Jacob sectatum apparet : meditationes enim constant ex compluribus variis dogmatibus, antecedentibus, consequentibus, citius aut serius occurrentibus, et labores nunc minores, nunc majores exhibentibus. » Quæ verba Clemens abbreviavit.

ιρόντων αἱ ἀσκήσεις δογμάτων· ὅθεν καὶ A
;17), οὗτος μετονομάζεται, ὁ τῷ ὄντι « διο-
» ὡς ἂν πολύπειρός τε καὶ ἀσκητικός. Εἴη
καὶ ἄλλο δηλούμενον διὰ τῶν τριῶν προπα-
:υρίαν εἶναι τὴν σφραγῖδα τῆς γνώσεως,
ς, καὶ μαθήσεως, καὶ ἀσκήσεως συνεστῶ-
ις δ' ἂν καὶ ἄλλην εἰκόνα τῶν εἰρημένων,
ιαρ (18) ἐπὶ τριόδου καθεσθεῖσαν, καὶ
δόξαν παρασχοῦσαν· ἣν ὁ φιλομαθὴς
« δυνατὸς (19) » δὲ ἑρμηνεύεται,) ὁ μηδὲν ἄσκε-
ἀδιερεύνητον καταλιπὼν, ἐπεσκέψατο, καὶ
τὴν ἐξέκλινε, σώζων τὴν πρὸς τὸν Θεὸν
'. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἀβραὰμ, παραζηλούσης
ας τὴν Ἄγαρ παρευδοκιμοῦσαν αὐτὴν (20),
χρήσιμον ἐκλεξάμενος μόνον τῆς κοσμικῆς
ς, « Ἰδοὺ ἡ παιδίσκη ἐν ταῖς χερσί σου· B
ὡς ἂν σοι ἀρεστὸν ᾖ, » φησί· δηλῶν ὅτι,
αι μὲν τὴν κοσμικὴν παιδείαν, καὶ ὡς νεω-
ὶ ὡς συνθεραπαινίδα· τὴν δὲ ἐπιστήμην τὴν
:ελείαν δέσποιναν, τιμῶ καὶ σέβω. « Καὶ
(21) αὐτὴν Σάῤῥα· » ἴσον τῷ, Ἐσωφρόνισε

stium transiens ad eam, quæ ex Deo est, fidem et justitiam. Per Isaac autem id, quod « per se didicit, » indicatur. Quare etiam Christi typus invenitur. Is fuit vir unius uxoris, nempe Rebeccæ, quam transferunt « tolerantiam. » Dicitur autem Jacob congredi cum pluribus, ut qui exponatur « exercitator. » Fiunt autem exercitationes per plura et differentia dogmata. Unde hic etiam nominatur Israel, qui revera est vi « perspiciendi » præditus, ut qui sit multarum rerum peritus, et ad exercendum accommodatus. Fuerit etiam aliquid aliud quod significatur per tres illos priores patres, nempe esse firmum ac validum cognitionis signaculum, quod constat ex natura, et doctrina, et exercitatione. Habueris autem etiam aliam eorum, quæ dicta sunt, similitudinem, Thamar, quæ sedit in trivio, **123** et visa est esse meretrix, quam studiosus Judas ✠ (exponitur autem « potens »), qui nihil relinquit, quod non consideret ac scrutetur, consideravit, et ad eam declinavit, servans eam, quam habuit, in Deum « confessionem. » Unde etiam Abra-

535 ED. POTTER, 285 ED. PARIS.

σραήλ. Philo ejusdem libri p. 431 : Ἰσ-
ὁρῶν Θεὸν ἑρμηνεύεται. « Israel enim
ιιι explicatur. » Sed Clemens fortasse
is verba præ oculis habuit, quæ occurrunt
ὶ μέθης p. 251 : Ἡνίκα γοῦν ὁ ἀσκητὴς
καὶ τοὺς ἀρετῆς ἄθλους διαθλῶν, ἔμελλεν
λαλμῶν ἀντιδιδόναι, καὶ λόγους ἔργων, καὶ
τελειότητος, τοῦ φιλοδώρου Θεοῦ βουλη-
τοῦ τὴν διάνοιαν ἐνομματῶσαι, ἵνα ταῦτ'
ἴδῃ, ἃ πρότερον ἀκοῇ παρελάμβανε· (πι-
γὰρ ὄψις ὤτων·) ἐπήχησαν οἱ χρησμοί· C
σεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακὼβ, ἀλλὰ Ἰσραὴλ
τὸ ὄνομα, ὅτι ἴσχυσας μετὰ Θεοῦ καὶ μετὰ
ι δυνατῶς. Ἰακὼβ μὲν οὖν μαθήσεως καὶ
ὄνομα, ἀκοῆς ἐξηρτημένων δυνάμεων, Ἰσ-
:ελειότητος. Ὅρασιν γὰρ Θεοῦ μηνύει τοὔ-
ιando igitur exercitator ille Jacob exantlans
:ertamina, permutaturus erat aures pro
:rba pro operibus, profectum pro perfe-
:nignissimo Deo volente illustrare mentis
os, ut jam manifeste cerneret, quæ prius
erceperat (oculis enim tutius creditur,
ibus), insonuit ei hoc oraculum : « Non
ieris posthac Jacob, sed Israel erit nomen
quia cum Deo validus fuisti, et cum ho-
. » Est igitur Jacob discentis et proficien-
ι, pendentis ex auditus viribus, perfecti
:l. Nam « visionem Dei » nomen id signifi-
ldem etymologiam superius tradit Clemens,
ib. I, c. 7, p. 110 edit. Paris., et infra
p. 367. Eo alludunt *Constitutiones apo-* D
ib. VII, cap. 36 : Τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ,
ῇ, τὸν ὁρῶντα Θεόν « Verum Israel, Deo
uique Deum videt. » Optatus Milevitanus
b. II : « Israel, id est, qui mente Deum vi-
ustino martyri *Dialogi cum Tryphone*,
Israel est ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν. « Homo
irtutem ; » Tertulliano « cum Deo invale-
lui de « visione Dei » loquuntur, Israelem
verbo ראה. Sed longe præstat alia ety-
sacris Scripturis petita, a verbo שרה et
ש, secundum quam Israel Josepho est ἀν-
γέλῳ Θείῳ. Hieronymo Israel est *princ-*
Deo, vel, *princeps Dei*. « Quamvis igi-
oit, « grandis auctoritatis, et eloquentiæ,
a umbra nos opprimat, qui Israel « virum, »
intem videntem Deum » transtulerunt ;
s Scripturæ, et angeli, et Dei, qui ipsum
:avit, auctoritate ducimur, quam cujuslibet

eloquentiæ sæcularis. » Verum in Hebraicis vocibus explicandis sæpe lapsi sunt Patres Græci Latinique.

(18) *Θήμαρ*. Vulg. Bibliis Θάμαρ est, Gen. XXXVIII. SYLBURG. — Porro hanc etiam allegoriam e libro Philonis superius dicto sumpsit Clemens, pag. 442 : Θάμαρ ἐπὶ τριόδου καθέζεται, πόρνης δόξαν παρασχοῦσα τοῖς ὁδῷ βαδίζουσιν, ἵνα οἱ περιέργως ἔχοντες, ἀνακαλύψαντες ἀναφήνωσι, καὶ καταθεάσωνται τὸ ἄψαυστον καὶ ἀμίαντον καὶ παρθένιον ὄντως αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης εὐπρεπέστατον κάλλος· τίς οὖν ὁ ἐξεταστικὸς, καὶ φιλομαθὴς, καὶ μηδὲν ἄσκεπτον καὶ ἀδιερεύνητον τῶν ἐγκεκαλυμμένων πραγμάτων παραλιπεῖν ἀξιῶν ἐστιν, ὅτι μὴ ὁ ἀρχιστράτηγος, καὶ βασιλεὺς, καὶ ταῖς πρὸς Θεὸν ὁμολογίαις ἐμμένων τε καὶ χαίρων, ὄνομα Ἰούδας; « Thamar sedet in trivio, pro meretrice se ostentans prætereuntibus, ut curiosior quispiam velum detrahat, et intemerati virgineique pudoris pulchritudinem decentissimam conspiciat. Sed quis est ille quæsitor discendi cupidus, nihil indiscussum et inexploratum sinens, nisi summus ille dux et rex, libenter persians in icto semel cum Deo fœdere, Judas nomine? »

(19) *Δυνατός*. Philoni Judas est Κυρίῳ ἐξομολόγησις, lib. *De plantatione Noe*, pag. 233 : Ἰούδας, ὃς ἑρμηνεύεται *Κυρίῳ ἐξομολόγησις*. « Judas, qui explicatur *Domino confessio*. » Idem, lib. I *De legis allegor.* pag. 55 : Τοῦ μὲν ἐξομολογουμένου ὁ Ἰούδας σύμβολον· « Judas confitentem significat. » Ad quod etiam non solum alludit Philo in verbis proxime superiori nota allatis, sed etiam Clemens in iis quæ jam sequuntur : Σώζων τὴν πρὸς Θεὸν ὁμολογίαν· « Servans confessionem in Deum. » Et *Strom.* VII, p. 763 : Ἰουδαία γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται· « Judæa enim exponitur confessio. » *Constitutionum apostol.* lib. II, cap. 60 : Ἰούδας γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται. « Judas enim confessio exponitur. » Ubi hæc adnotavit Cotelerius : « Passim auctores Judam de confessione et laude, confessore et laudatore interpretantur. At Clementi Alexandrino in *Miscellaneo* I, p. 285, « Judas » est « potens, » δυνατός, יד quippe significat « robur » ac « potestatem, » et ידי « dejecit, » quod est potentis. »

(20) *Αὐτήν*. F. αὐτῇ SYLBURG. — Hæc etiam Clemens sumpsit e libro Philonis *De cong. quær. erud. gratia*, p. 446.

(21) *Καὶ ἐκάκ*. Philo libri jam dicti pag. 447 : Διόπερ ἐπιφέρει· Καὶ ἐκάκωσεν αὐτὴν, ἴσον τῷ ἐνουθέτησε καὶ ἐσωφρόνισε· « Quapropter mox additur : Et afflixit eam : ac si dixisset, castigavit, et coegit

ham, cum Sara æmularetur Agar, quæ erat in majori quam ipsa existimatione, ut qui sæcularis philosophiæ solum id, quod est utile, elegisset, « Ecce, » inquit[a], « ancilla in manibus tuis, utere ea ut lubet. » Quasi diceret : Sæcularem quidem amplector doctrinam, et ut juniorem, et ut conservam : scientiam autem tuam, ut perfectam dominam, honoro, et colo. « Et afflixit eam Sara, » quod perinde est ac correxit et admonuit. Recte itaque dictum est : « Noli negligere disciplinam Domini, neque defatigeris cum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat : flagellat autem omnem filium, quem recipit[b]. » Ac prædictæ quidem Scripturæ, cum eas in aliis locis examinabimus, alia mysteria repræsentare comperientur. Hic vero id solum dicimus, quod philosophia inquisitionem veritatis et naturæ rerum contineat : hæc autem est veritas, de qua ipse dixit Dominus : « Ego sum veritas[c]. » Et rursus, quod disciplina, quæ præcedit eam, quæ est in Christo, quietem, exerceat mentem et excitet intelligentiam, generando ingenii acumen aptum ad inquirendum per veram philosophiam, quam inventam, vel potius acceptam, mystæ habent ab ipsa Veritate.

A καὶ ἐνουθέτησεν. Εὖ γοῦν εἴρηται, « Παιδείας Θεοῦ (22), υἱὲ, μὴ ὀλιγώρει· μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. » Κατ' ἄλλους μέντοι γε τόπους (23) ἐξεταζόμεναι αἱ προειρημέναι γραφαὶ ἄλλα μυστήρια μηνύουσι παρεστάναι. Φαμὲν τοίνυν ἐνθένδε γυμνῷ τῷ λόγῳ, τὴν φιλοσοφίαν ζήτησιν ἔχειν περὶ ἀληθείας καὶ τῆς τῶν ὄντων φύσεως· ἀλήθεια δὲ αὕτη, περὶ ἧς ὁ Κύριος αὐτὸς εἶπεν, « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· » τήν τε αὖ προπαιδείαν τῆς ἐν Χριστῷ ἀναπαύσεως, γυμνάζειν τὸν νοῦν, καὶ διεγείρειν τὴν σύνεσιν, ἀγχίνοιαν γεννῶσαν ζητητικὴν διὰ φιλοσοφίας ἀληθοῦς, ἣν εὑρόντες, μᾶλλον (24) δὲ εἰληφότες, B παρ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἔχουσιν οἱ μύσται.

CAPUT VI.

Institutione plerumque, non natura, bonos fieri, multumque ad eruditionem virtutem conferre.

Multum autem confert ea promptitudo, quam prævia exercitatio conciliat, ad videndum ea quæ oportet : mentis autem fuerint exercitatio ea quæ mente possunt percipi. Triplex autem eorum natura, quæ in quantis continuis, et quantis discretis, et iis, quæ sunt dicenda, consideratur. Quæ enim ex demonstrationibus conficitur oratio, perfectam animæ fidem facit ejus, quod consequitur, ut non putet id, quod demonstratum est, aliter se habere : nec sinit ut iis succumbat, quæ nobis per fraudem incurrunt. In his ergo disciplinis a sensilibus expurgatur et excitatur anima, ut possit veritatem perspicere. Victus enim, et bona eruditio, si servetur, bonas efficit naturas : et ✠ bonæ naturæ talem suscipientes disciplinam, fiunt adhuc prioribus meliores, cum ad alia, tum ad gignendum, quemadmodum in aliis animalibus. Unde etiam dicit : « Vade ad formicam, o piger, et efficere illa sapientior, » quæ « multum » et omnis generis « nutrimentum recondit tempore messis » adversus minas hiemis[d]. « Aut vade ad apem, et disce quam laboriosa sit : ipsa enim omne pratum depascens, unum favum generat. » Si autem « oras in cella[e] » sicut docuit Dominus « adorare spiritu[f], » non utique cura tua solum circa domum versabitur, sed etiam circa animam, quænam sint ei tribuenda, et quem-

Πολλὰ δ' ἡ ἑτοιμότης πρὸς τὸ τὰ δέοντα ὁρᾶν διὰ τῆς προγυμνασίας συμβάλλεται· εἴη δ' ἂν γυμνασία τῷ νῷ τὰ νοητά. Τριττὴ δὲ ἡ τούτων φύσις, ἔν τε ποσοῖς, καὶ πηλίκοις, καὶ λεκτοῖς θεωρουμένη. Ὁ γὰρ ἀπὸ τῶν ἀποδείξεων λόγος, ἀκριβῆ πίστιν ἐντίθησι τῇ ψυχῇ τοῦ παρακολουθοῦντος, ὥστε μηδ' ἂν ἄλλως ἔχειν τὸ ἀποδειχθὲν οἴεσθαι· τοῖς τε αὖ δι' ἀπάτην ὑποτρέχουσιν ἡμῖν, ὑποπίπτειν οὐκ ἐᾷ. Ἐν τούτοις οὖν τοῖς μαθήμασιν ἐκκαθαίρεταί τε τῶν αἰσθητῶν, C καὶ ἀναζωπυροῦται ἡ ψυχὴ, ἵνα δή ποτε ἀλήθειαν διιδεῖν δυνηθῇ. Τροφὴ (25) γὰρ, καὶ ἡ παίδευσις ἡ χρηστὴ σωζομένη, φύσεις ἀγαθὰς ποιεῖ· καὶ αἱ φύσεις αἱ χρησταὶ, τοιαύτης παιδείας ἀντιλαμβανόμεναι, ἔτι βελτίους τῶν πρότερον φύονται εἴς τε τὰ ἄλλα, καὶ εἰς τὸ γεννᾷν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις. Διὸ καί φησιν· « Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρέ· καὶ γενοῦ ἐκείνου σοφώτερος, » ὃς « πολλὴν » καὶ παντοδαπὴν ἐν τῷ ἀμήτῳ παρατίθεται πρὸς « τὴν τοῦ χειμῶνος » ἀπειλὴν « τὴν τροφήν· » ἢ, Πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστί· καὶ αὐτὴ γὰρ, πάντα τὸν λειμῶνα ἐπινεμομένη, ἓν κηρίον γεννᾷ. » Εἰ δὲ « ἐν τῷ ταμιείῳ εὔχῃ, » ὡς ὁ Κύριος ἐδίδαξε « πνεύματι προσκυνεῖν, » οὐκ ἔτι περὶ τὸν οἶκον εἴη ἂν μόνη ἡ οἰκονομία, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ψυD χὴν, τίνα τε ἐπινεμητέον αὐτῇ, καὶ ὅπως, καὶ ὁπόσον· τίνα τε ἀποθετέον καὶ ἐπιθησαυριστέον εἰς αὐ-

✠ P. 336 ED. POTTER, 286 ED. PARIS. [a] Gen. xvi, 6. [b] Prov. iii, 11, 12. Heb. xii, 5, 6. [c] Joan. xiv, 6. [d] Prov. vi, 6, 8. [e] Matth. vi, 6. [f] Joan. iv, 23.

officium facere. » Item paulo post p. 449, Salomonis dictum recitat, quod hic apud Clementem sequitur.

(22) *Παιδείας Θ.* Υἱὲ, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου, Prov. Υἱέ μου, μὴ ὀλ. π. K. Hebr. Philo eodem modo hæc verba recitat, quo Clemens. Mox, καὶ μὴ ἐκλύου pro μηδὲ ἐκλύου, Philo. Dein, ἐλέγχει pro παιδεύει, Proverb. et Philo : sed παιδεύει exstat. Hebr.

(23) *Τόπους.* Scribi etiam possit τύπους, « typos. » Sic paulo superius Isaac dicitur Χριστοῦ τύπος.

(24) *Ἣν εὑρόντες, μ.* Malim sic distinguere : Ἣν εὑρόντες, μᾶλλον δὲ εἰληφότες παρ' αὐτῆς τῆς Ἀληθείας, ἔχ. « Quam inventam, vel potius ab ipsa Veritate acceptam, habent mystæ. » Ubi per « veritatem » intelligit Christum.

(25) *Τροφή.* « Victui » comparat scientias : quippe quibus mens nutrita et aucta, ad « generationem, » seu inventionem, apta fit, quemadmodum victu corpus.

αὶ ὅτε ταῦτα προκομιστέον, καὶ πρὸς οὕστινας. A
ρ φύσει, μαθήσει δὲ, οἱ καλοὶ κἀγαθοὶ γίνονται,
ερ ἰατροὶ καὶ κυβερνῆται. Ὁρῶμεν γοῦν κοι-
ἱ πάντες τὴν ἄμπελον καὶ τὸν ἵππον· ἀλλ' ὁ
ωργὸς εἴσεται, εἰ ἀγαθὴ πρὸς καρποφορίαν, ἢ
ἡ ἄμπελος· καὶ ὁ ἱππικὸς ἄθυμον (26), ἢ τα-
ακρίνει ῥᾳδίως· τὸ δ' ἄλλους παρ' ἄλλους εὖ
ἶναι πρὸς ἀρετὴν, ἐπιτηδεύματα μέν τινα τῶν
τεφυκότων παρὰ τοὺς ἑτέρους ἐνδείκνυται· τε-
τα δὲ κατ' ἀρετὴν, οὐδ' ἥν τιν' οὖν τῶν ἄμεινον
ι κατηγορεῖ, ὁπότε καὶ οἱ κακῶς πεφυκότες
ἀρετὴν, τῆς προσηκούσης παιδείας τυχόντες,
παν καλοκἀγαθίας ἤνυσαν· καὶ αὖ τὰ ἐναντία,
τηδείως φύντες, ἀμελείᾳ γεγόνασι κακοί. Φύ-
ιῦ κοινωνικοὺς καὶ δικαίους ὁ Θεὸς ἡμᾶς ἐδη-
ησεν, ὅθεν οὐδὲ τὸ δίκαιον ἐκ μόνης φαίνε- B
ῆς θέσεως ῥητέον· ἐκ δὲ τῆς ἐντολῆς ἀναζω-
θαι τὸ τῆς δημιουργίας ἀγαθὸν νοητέον, μαθη-
ιδευθείσης τῆς ψυχῆς ἐθέλειν αἱρεῖσθαι τὸ κάλ-
(27). Ἀλλὰ καθάπερ καὶ ἄνευ γραμμάτων πι-
ναι δυνατόν φαμεν· οὕτω συνεῖναι (28) τὰ ἐν
τει λεγόμενα οὐχ οἷόν τε, μὴ μαθόντα, ὁμολογοῦ-
ὰ μὲν γὰρ εὖ λεγόμενα προσίεσθαι, τὰ δὲ ἀλ-
μὴ προσίεσθαι, οὐχ ἁπλῶς ἡ πίστις, ἀλλ' ἡ
ὴν μάθησιν πίστιν ἐμποιεῖ. Εἰ δ' ἡ ἄγνοια, ἀπαι-
τε ἅμα καὶ ἀμαθία, τὴν ἐπιστήμην τῶν θείων
θρωπίνων ἐντίθησι τῇ διδασκαλίᾳ, ἀλλ' ὡς ἐν
ἰίου ὀρθῶς ἔστι βιοῦν, οὕτω δὲ καὶ ἐν περιου-
στι· καὶ ῥᾷον ἅμα καὶ θᾶττον σὺν τῇ προ-
ι θηρᾶσαι ἄν τινα τὴν ἀρετὴν ὁμολογοῦμεν, C
ία τούτων ἀθήρατον οὖσαν· πλὴν καὶ τότε τοῖς
ηκόσι, καὶ τὰ αἰσθητήρια (29) συγγεγυ-
ένοις. « Μῖσος μὲν γὰρ, » φησὶν ὁ Σολομὼν,
ει νεῖκος, ὁδοὺς δὲ ζωῆς φυλάσσει παιδεία· » ὡς
ιστηθῆναι, ὡς μὴ κλαπῆναι πρὸς τῶν ἐπὶ βλά-
ι ἀκροωμένων κακοτεχνίαν ἠσκηκότων. « Παι-
) δὲ ἀνεξέλεγκτος (31) πλανᾶται, » φησί· καὶ χρὴ
ι τὸ ἐλεγκτικὸν εἶδος, ἕνεκα τοῦ τὰς δόξας
ατηλὰς διακρούεσθαι τῶν σοφιστῶν· Εὖ γοῦν
ιάξαρχος εὐδαιμονικῶς (32) ἐν τῷ *Περὶ βασι-*
γράφει· « Πολυμαθείη κάρτα μὲν ὠφελεῖ,
δὲ βλάπτει τὸν ἔχοντα· ὠφελέει μὲν τὸν ἄξιον
33), βλάπτει δὲ, τὸν ῥηϊδίως φωνέοντα πᾶν
ι' ἐν παντὶ δήμῳ. Χρὴ δὲ καιροῦ μέτρα εἰδέ-

A admodum, et quantum; et quænam sint reponenda, et in ipsam recondenda; et quando ea afferenda, et ad quos. Non enim natura, sed doctrina viri boni et honesti fiunt, quemadmodum medici et gubernatores. Omnes itaque communiter videmus vitem et equum: sed sciet quidem agricola, vitisne ad ferendum fructum bona sit, an mala; et qui equorum habet cognitionem, facile discernit ignavum vel celerem. Alios autem esse aliis natura ad virtutem aptiores, ostendunt quidem quædam studia eorum, qui sunt aliis natura aptiores; virtutis autem perfectionem inesse istis, qui sunt meliori natura, nullam arguit, quod etiam qui natura minime apti sunt ad virtutem, eam quam par est assecuti disciplinam, vel ad omne genus probitatis et honestatis B pervenerint; et contra, qui natura apti erant ad virtutem, evaserint mali negligentia et incuria. Cum vero nos natura ad societatem aptos justosque Deus fabricatus est, justitia ex sola constitutione oriri dicenda non est, sed potius id, quod a creatione inerat, bonum vi præcepti suscitari intelligendum est, cum ex doctrina didicerit anima velle quod optimum est eligere. Sed quemadmodum vel sine litteris fidelem posse esse dicimus, ita quæ in fide dicuntur non posse intelligere eum, qui non est doctus, confitemur. Quæ enim bene dicuntur admittere, aliena autem non admittere, non simplex fides, sed ea demum, quæ cum doctrina juncta est, efficit. Quod si ignorantia, imperitia simul et inscitia, rerum divinarum et hu- C manarum scientiam æque affert ac doctrina: at quemadmodum in egestate licet recte vivere, ita etiam licet in abundantia: quin et facilius simul et celerius disciplinis liberalibus institutum posse aliquem virtutem assequi confitemur: quæ tamen non est ejusmodi, ut sine iis capi non possit; sed tunc quoque ab iis, qui didicerunt, et sensus habent exercitatos. ✠ « Odium enim, » inquit Salomon, « excitat contentio, vias autem vitæ custodit disciplina [a]; » ut non decipiamur neque circumveniamur ab iis qui, ad auditorum perniciem, improbam artem exercuerunt: « Disciplina autem vagatur, » inquit, « inconfutabilis [b]. » Oportet itaque arguendi et refellendi genus persequi, ut sophistarum fallaces repellamus

. 337 ED. POTTER, 287 ED. PARIS. [a] Prov. x, 12, 17. [b] Ibid., 17.

Ἄθυμον. Forte verius ῥᾴθυμον, « segnem. »
ιc.
Τὸ κάλλιστον. Videtur respexisse ad illud
ιidis: Κάλλιστον τὸ δικαιότατον· « Res pul-
na, quæ justissima. » Idem Aristoteles docet v
ad *Nicomachum*. F. Morellus P. R. Collect.
Συνεῖναι. H. mavult συνιέναι, præs. temp.
c.
Τὰ αἰσθητήρια. Respicit Hebr. v, 14: Τελείων
ν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθη-
γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε
κοῦ.
Παιδεία. Rectius vulg. Biblia Prov. x, παι-
ι. casu. Sylburg.
Ἀνεξέλεγκτος. « Correptionem deserens, »
ontemnens. » Nesciit interpres hoc e Prov. x,
eundum LXX desumptum: alibi etiam tur-
e lapsus est in sententiis e Græco τῶν Ο' de-
D sumptis, Latine vertendis. Lowth.

(32) *Εὖ γοῦν καὶ Ἀνάξαρχος εὐδαιμονικῶς*. Εὐδαιμονικῶς agnoscit etiam *Epitome* ms. H. dubitat, an legendum sit ὁ εὐδαιμονικός. Sylburg. — Vel, retenta voce εὐδαιμονικῶς, scribendum: Εὖ γοῦν Ἀνάξαρχος καὶ εὐδαιμονικῶς· « Bene igitur Anaxarchus, ac prout decebat eum, qui εὐδαιμονικός » dictus est. Scribit enim Laertius in Anaxarcho, Οὗτος διὰ τὴν ἀπάθειαν καὶ εὐκολίαν τοῦ βίου εὐδαιμονικὸς ἐκαλεῖτο· « Hic Anaxarchus ob animi constantiam, et facilem vivendi rationem fortunatus appellabatur. » Idem tradunt etiam Ælianus *Variæ historiæ* lib. ix, cap. 37, et Sextus Empiricus lib. *Adv. mathematicos* pag. 146. Id cognominis nonnullis etiam aliis datum, scribunt Athenæus lib. xii, et Laertius in sui operis procemio.

(33) *Τὸν ἄξιον ὄντα*. H., τὸν μὴ διεξιόντα. Sylburg.

opiniones. Recte profecto ac divine Anaxarchus scribit in libro *De regno* : « Multa ac varia doctrina multum quidem juvat, multum autem lædit eum, qui eam possidet. Juvat quidem eum, qui dignus est : lædit autem eum, qui quidvis dicit coram universo populo. Oportet autem scire mensuram temporis. Hic est autem finis sapientiæ. Quicunque autem canunt præ foribus, etiamsi quid sapienter ac perite cecinerint, non reputantur sapientes, sed opinionem subeunt stultitiæ. » Et Hesiodus :

A ναι· σοφίης γὰρ οὗτος ὅρος· ὅσοι δὲ καὶ θύρῃσ ἀείδουσιν, ἢ ἥν πη πεπνυμένα ἀείδωσιν, οὐ τιθ ἐν σοφίῃ, γνώμην δ' ἔχουσι μωρίης.» Καὶ Ἡσ

124 *Musarum, reddunt hominem quæ multa [loquentem*
Divinum, vocalem.

Μουσάων, αἵ τ' ἄνδρα πολυφραδέοντα τι
θέσπιον, αὐδήεντα·

In verbis enim copiosum dicit « multa loquentem; » acrem autem ac vehementem, « vocalem ; » et « divinum, » eum, qui est peritus, et philosophus, et sciens veritatis.

εὔπορον μὲν γὰρ ἐν λόγοις, « τὸν πολυφράδ λέγει· δεινὸν δὲ, « τὸν αὐδήεντα (35)·» καὶ « θέσ τὸν ἔμπειρον, καὶ φιλόσοφον, καὶ τῆς ἀληθεία
B στήμονα.

CAPUT VII.

Philosophiam ad divinam virtutem viam aperire, eamque non particularis alicujus sectæ, sed eclecti

Apparet itaque, præcedaneas illas liberales Græcorum disciplinas, una cum ipsa philosophia, venire divinitus ad homines, non principaliter, sed quemadmodum imbres erumpunt in terram bonam, et in fimum, et super domos. Similiter autem germinat et herba et frumentum, et nascitur etiam ficus in monimentis, et si qua est arbor impudentior. Et quæ temere nascuntur, in specie quidem supra ea, quæ vera sunt, emergunt, quoniam eamdem pluviæ vim assequuntur; sed non eamdem habent gratiam, quam ea, quæ in solo pingui nata sunt, ut quæ statim exsiccari vel velli soleant. Porro autem huic quoque loco est utilis parabola « sementis [a], » quam Dominus est interpretatus. Unus enim est agricola terræ, quæ est in hominibus, qui a principio seminat a constitutione mundi nutritia semina, qui illis unoquoque tempore Dominum Logon impluit; tempora autem et loca, quæ susceperunt, genuere differentiam. Et alioqui agricola non solum frumentum (etsi hujus quoque plures sint differentiæ), sed etiam alia semina seminat, ✠ hordeum, fabas, pisa, cicer, et semina quæ olera in hortis producunt, et flores. Ejusdem est autem agriculturæ, et plantandi officium, et operandi quæcunque pertinent ad ipsa plantaria, hortos, et pomaria, et in summa, ad omnis generis arbores producendas et alendas. Similiter autem non sola ars pascendarum ovium, sed et boum equorumque et canum alendorum et curandarum apum artes omnes, et, ut summatim dicam, quæ in curandis gregibus animalibusque nutriendis versantur, inter se quidem secundum magis et minus differunt, sed sunt omnes vitæ utiles. Philosophiam autem, non dico Stoicam, nec Platonicam, aut Epicuream, et Aristotelicam, sed quæcunque ab his sectis recte dicta sunt, quæ docent justitiam cum pia scientia, hoc totum selectum, dico philoso-

Καταφαίνεται τοίνυν προπαιδεία ἡ Ἑλλ σὺν καὶ αὐτῇ φιλοσοφίᾳ θεόθεν ἥκειν εἰς ἀ πους, οὐ κατὰ προηγούμενον, ἀλλ' ὃν τρό ὑετοὶ καταρήγνυνται εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, κ τὴν κοπρίαν, καὶ ἐπὶ τὰ δώματα. Βλαστάνει δ' ὁ καὶ πόα καὶ πυρός· φύεταί τε καὶ ἐπὶ τῶν μ των συκῆ, καὶ εἴ τι τῶν ἀναιδεστέρων δένδρω τὰ φυόμενα ἐν τύπῳ προκύπτει τῶν ἀληθῶν· ὅ αὐτῆς τοῦ ὑετοῦ ἀπέλαυσε δυνάμεως· ἀλλ' ο αὐτὴν ἔσχηκε χάριν τοῖς ἐν τῷ πίονι φυεῖσιν ξηρανθέντα, ἢ ἀποτιλθέντα. Καὶ δὴ κἀνταῦθα μεύει ἡ « τοῦ σπόρου » παραβολὴ, ἣν ὁ Κ ἡρμήνευσεν. Εἷς γὰρ ὁ τῆς ἐν ἀνθρώποις γῆς γὸς, ὁ ἄνωθεν σπείρων ἐκ καταβολῆς κόσμ
C θρεπτικὰ σπέρματα, ὁ τὸν Κύριον καθ' ἑ καιρὸν ἐπομβρίσας Λόγον· οἱ καιροὶ δὲ καὶ οἱ οἱ δεκτικοὶ τὰς διαφορὰς ἐγέννησαν. Ἄλλως γεωργὸς οὐ πυροὺς μόνον, (καίτοι καὶ τούτων π εἰσὶ διαφοραί·) σπείρει δὲ καὶ τὰ ἄλλα σπέρ κριθάς τε καὶ κυάμους, καὶ πίσον, καὶ ἄρακ τὰ κηπευόμενα, καὶ τὰ ἀνθευτικὰ σπέρματ αὐτῆς δὲ γεωργίας καὶ ἡ φυτουργία, καὶ ζεσθαι ὅσα εἰς αὐτά τε τὰ φυτώρια, καὶ εἰς δείσους, καὶ τὰ ὡραῖα, καὶ ὅλως παντοίων δὲ φύσιν καὶ τροφήν. Ὡσαύτως δὲ οὐχ ἡ ποιμ μόνη, ἀλλὰ καὶ ἡ βουκολικὴ, ἱπποτροφικὴ κ κυνοτροφικὴ, καὶ μελισσουργικὴ, τέχναι π συνελόντι δ' εἰπεῖν, ἀγελοκομικὴ τε καὶ ζωοτρ ἀλλήλων μὲν τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον διαφέρουσι,
D αἱ πᾶσαι βιωφελεῖς. Φιλοσοφίαν δὲ, οὐ τὴν Στ λέγω, οὐδὲ τὴν Πλατωνικὴν, ἢ τὴν Ἐπικούρει καὶ Ἀριστοτελικήν· ἀλλ' ὅσα εἴρηται παρ' ἑ τῶν αἱρέσεων τούτων καλῶς, δικαιοσύνην εὐσεβοῦς ἐπιστήμης ἐκδιδάσκοντα, τοῦτο σύμπ ἐκλεκτικὸν (36) φιλοσοφίαν φημί. Ὅσα δὲ ἀ πίνων λογισμῶν ἀποτεμόμενοι παρεχάραξαν, οὐκ ἄν ποτε θεῖα εἴποιμ' ἄν. Ἤδη δὲ κἀκεῖνο

✠ P. 338 ED. POTTER, 288 ED. PARIS. [a] Matth. XIII, Marc. IV.

(34) Ὅσοι δὲ καὶ θ. *Epitome ms.*, ὅσοι δὲ καὶ θεοῦ ῥῆσιν ἀείδουσιν. Ἄν πη πεπνυμένα ἀείδωσιν... H. SYLBURG.

(35) *Δεινὸν δὲ τὸν αὐδήεντα*. Respexisse videtur Homeri de Circe dictum, *Odyss.* K, vers. 136

Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα
Circe pulchricoma acris dea vocalis.

(36) *Τὸ ἐκλεκτικόν*. Probat hic Clemens e

A νῶμεν, ὡς εἴ ποτε οἱ μὴ ἐπιστάμενοι (37), διαβιοῦσι καλῶς εὖ ποιεῖν· εὐποιΐᾳ γὰρ περιπεπτώκασιν· ἔνιοι δὲ καὶ εὐστοχοῦσι διὰ συνέσεως εἰς τὸν περὶ ἀληθείας λόγον· « Ἀβραὰμ » δὲ « οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, » ἀλλ' « ἐκ πίστεως. » Οὐδὲν οὖν ὄφελος αὐτοῖς μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ βίου, κἂν εὐεργῶς ὦσι νῦν, εἰ μὴ πίστιν ἔχοιεν. Διὰ τοῦτο γὰρ Ἑλλήνων φωνῇ ἑρμηνεύθησαν (38) αἱ Γραφαὶ, ὡς μὴ πρόφασιν ἀγνοίας προβάλλεσθαι δυνηθῆναί ποτε αὐτοὺς, οἵους τε ὄντας ἐπακοῦσαι καὶ τῶν παρ' ἡμῖν, ἢν μόνον ἐθελήσωσιν. Ἄλλως τις περὶ ἀληθείας λέγει, ἄλλως ἡ ἀλήθεια ἑαυτὴν ἑρμηνεύει· ἕτερον στοχασμὸς ἀληθείας, ἕτερον ἡ ἀλήθεια· ἄλλο ὁμοίωσις, ἄλλο αὐτὸ τὸ ὄν. Καὶ ἡ μὲν μαθήσει καὶ ἀσκήσει περιγίνεται, ἡ δὲ δυνάμει καὶ πίστει. Δωρεὰ γὰρ ἡ διδασκαλία B τῆς θεοσεβείας, χάρις δὲ ἡ πίστις. Ποιοῦντες (39) γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, τὸ θέλημα γινώσκομεν. « Ἀνοίξατε οὖν, » φησὶν ἡ Γραφὴ, « πύλας δικαιοσύνης, εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ· » ἀλλ' αἱ μὲν, εἰς δικαιοσύνην ὁδοὶ, πολυτρόπως σώζοντος τοῦ Θεοῦ, (ἀγαθὸς γάρ·) πολλαί τε καὶ ποικίλαι, καὶ φέρουσαι εἰς τὴν κυρίαν ὁδόν τε καὶ πύλην. Ἐὰν δὲ τὴν βασιλικήν τε καὶ αὐθεντικὴν εἴσοδον ζητῇς, ἀκούσῃ· « Αὕτη ἡ πύλη (40) τοῦ Κυρίου· δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. » Πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη (41) ἦν ἐν Χριστῷ· ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν ἐν ὁσιότητι γνωστικῇ. Αὐτίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ « πρὸς Κορινθίους C

phiam; cætera autem, quæ ex humanis ratiocinationibus præsecta adulterarunt, ea nunquam divina dixerim. Jam vero illud quoque consideremus, an quando recte vivunt, qui nesciunt bene facere; accidit enim, ut bene faciant: nonnulli autem per intelligentiam ad veritatis verbum feruntur, tanquam ad scopum: « Abraham » autem « non ex operibus justificatus est, » sed « ex fide [a]: » nihil ergo eis post vitæ finem proderit, etiam si nunc recte operentur, nisi fidem habeant. Propterea enim Græcorum lingua expositæ sunt Scripturæ, ut nullum unquam ignorantiæ possint prætextum afferre, cum possint quæ sunt apud nos audire, si tantum voluerint. Aliter dicit aliquis de veritate, aliter veritas seipsam interpretatur. Aliud est veritatis conjectura, et aliud veritas; aliud rei similitudo, aliud ipsa res. Et altera quidem accedit disciplina et exercitatione, altera vero potestate et fide. Est enim donum doctrina pietatis, gratia vero fides. Facientes enim Dei voluntatem, voluntatem cognoscimus. « Aperite ergo, » inquit Scriptura, « portas justitiæ, ingressus in eas confitebor Domino [b]. » Sed viæ quidem ad justitiam, cum Deus servet multis modis (est enim bonus), sunt multæ et variæ, et ferentes ✠ ad Dominicam viam et portam. Quod si viam regiam et authenticum ingressum quæris, audies: « Hæc est porta Domini, justi intrabunt in eam [c]. » Cum ergo multæ apertæ sint portæ in justitia, hæc in Christo invenienda

✠ P. 339 ED. POTTER, 289 ED. PARIS. [a] Rom. IV. [b] Psal. CXVII, 19. [c] Psal. CXVII, 20.

sententiam. qui ἐκλεκτικήν, « electivam, » philosophiam sectabantur, ac proinde alieno arbitrio soluti, solam veritatem, a quocunque prodita esset, amplecti sese velle dicebant. Hæc porro secta recentissima omnium fuit: nam, ut in fine procemii sui refert Laertius, ἔτι πρὸ ὀλίγου καὶ ἐκλεκτική τις αἵρεσις εἰσήχθη ὑπὸ Ποτάμωνος τοῦ Ἀλεξανδρέως, ἐκλεξαμένου τὰ ἀρέσαντα ἐξ ἑκάστου τῶν αἱρέσεων· « Haud ita pridem eclectica, seu electiva, quædam secta a Potamone Alexandrino invecta est, qui de singulis sectis ea, quæ sibi placuere, elegit. » Hunc autem Potamonem πρὸ Αὐγούστου, καὶ μετ' αὐτόν· « Ante Augustum, et post eum, » vixisse, memorat Suidas. Quinetiam inter medicinæ studiosos, quidam apud Galenum occurrunt ἐκλεκτικοί, qui Festo Latine « Miscelliones » dicuntur. Unde Galenus *Περὶ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ παθῶν τῆς ψυχῆς*, se monitum a parente refert, ne cui sese sectarum addiceret, verum ab omnibus discens, et de omnibus judicium ferens, laudem quæreret; quod se fecisse sibi gloriatur. Quintilianus etiam lib. III, cap. 1: « Neque enim me cujusquam, » inquit, « sectæ velut quadam superstitione addixi. » Necnon ante Potamonis tempora Dio, paucique similes eamdem philosophandi rationem instituerunt, licet proprio sectæ nomine caruerint. Quod de se Cicero profitetur, *De offic.* lib. I, cap. 2: « Quoniam utrique, et Socratici et Platonici, esse volumus. » Et cap. 6: « Sequimur igitur hoc quidem tempore, et hac in quæstione potissimum Stoicos, non ut interpretes, sed, ut solemus, e fontibus eorum, judicio arbitrioque nostro, quantocunque modo videbitur, hauriemus. »

(37) *Οἱ μὴ ἐπ.* Hervetus interpres, οἱ μὴ ἐπιστάμενοι εὖ ποιεῖν διαβιοῦσι καλῶς· « quod si quando recte vivunt, qui nesciunt benefacere. » SYLBURG.— Videtur aliquid ad supplendam sententiam deesse.

(38) *Ἑρμηνεύθησαν*. Rectius ἡρμηνεύθησαν cum augmento, ut præced. paulo superius. SYLBURG.

(39) *Ποιοῦντες*. Respicit Joan. VII, 17: Εἴ τις θέλει τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, γίνεται περὶ τῆς διδαχῆς, πότερον ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ. Hinc sequitur, veritatis agnitionem non tam ab humana sagacitate, quam a dono ac gratia Dei provenire. Mox adnotat Sylburgius vulg. Biblia, Psalm. CXVII, aliquantum hic variare.

(40) *Αὕτη ἡ π.* Hæc Clemens *Strom.* VI, pag. 646 ed. Par., per memoriæ lapsum Barnabæ tribuit. Sunt autem Clementis Romani verba paulum mutata, quæ in ejus *ad Corinth. Epist.* I, c. 48, occurrunt.

phetabant in « exstasi, » ut « apostatæ, » ejus, inquam, qui defecerat, ministri. Dicit autem Pastor quoque, angelus pœnitentiæ, ad Hermetem, de pseudopropheta : « Quædam enim verba vera dicit : diabolus enim eum implet suo spiritu, si quem possit ex justis frangere. » Omnia ergo cœlitus in bonum dispensantur, « ut per Ecclesiam innotescat multiplex ac varia Dei sapientia, secundum sæculorum præscientiam, quam fecit in Christo [a]. » Deo autem nihil adversatur, nec est quidquam ei contrarium, ut qui sit Dominus et omnipotens. Quinetiam eorum, qui defecerunt, consilia et operationes, cum partem solum afficiant, fiunt quidem ex mala affectione, sicut morbi corporis; ab universali autem providentia diriguntur ad finem salubrem, etiamsi causa sit morbi efficiens. Est itaque maximum divinæ providentiæ opus, quod non sinat, ut vitium, quod ex voluntaria defectione ortum est, inconducibile maneat et inutile, sed nec sit ubique et in omnibus noxium. Divinæ enim sapientiæ, et virtutis, et potentiæ est officium, non solum benefacere (hæc est enim, ut ita dicam, Dei natura, ut ignis calefacere, et lucis illuminare), sed illud quoque maxime, ut id, quod per malos aliquos excogitatum est, ad bonum aliquem finem et utilem deducat, et commode iis, quæ videntur mala, utatur, sicut eo, quod ex tentatione processit, testimonio. Est ergo etiam in philosophia, quæ furto surrepta, veluti a Prometheo, tanquam aliquantulum ignis, generando lumini, si commode excitetur, aptum, et vestigium aliquod sapientiæ, et motio a Deo orta. In hoc autem « latrones et fures » fuerint Græcorum philosophi, quod cum ante Domini adventum a prophetis **135** Hebræis quasdam partes veritatis sumpserint, id minime agnoscentes, sibi tanquam propria dogmata attribuerunt, et alia quidem adulterarunt, alia autem, supervacanea quadam diligentia imperite, ac sophistarum more interpolarunt, alia autem etiam invenerunt; nec enim vero absimile est, eos « sensus spiritum [b] » habuisse. ※ Assentitur autem Scripturæ quoque Aristoteles, qui dixit, sophisticam esse furem sapientiæ, sicut ante ostendimus. Apostolus autem : « Quæ etiam loquimur, inquit, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus [c]. » De prophetis enim : « Omnes, inquit, de plenitudine ejus accepimus [d], » Christi scilicet. Quare non sunt fures prophetæ. « Et doctrina mea, non est mea, inquit Dominus, sed ejus, qui misit me, Patris. » Et de furibus : « Qui autem ex seipso, inquit, loquitur, gloriam propriam quærit [e]. » Tales autem sunt Græci, « seipsos amantes, elati [f]. » Sapientes autem eos dicens Scriptura, non reprehendit eos qui sunt vere sapientes; sed eos qui sibi videntur.

※ P. 370 ED. POTTER, 313 ED. PARIS. [a] Ephes. III, 10, 11. [b] Exod. XXVIII, 3. [c] I Cor. II, 13. [d] Joan. I, 16. [e] Joan. VII, 16, 18. [f] II Tim. III, 2.

notissimum, apud quos ῥῆξαι est καταβαλεῖν, ut exp. Hesychius. Inde epitheta ῥηξίφρων, ῥηξήνωρ, etc.

(22) *Πρόγνωσιν*. Πρόθεσιν, Ephes.

(23) *Ἀποστατησάντων*. H. ms., ἀποστησάντων· sed verior vulg. lectio; vel etiam brevius, ἀποστάντων. SYLBURG.

(24) *Ταῦτα*. Si vera est scriptura, subaudienda præpositio κατά aut similis; vel legendum ταύτῃ. ID.

(25) *Πνεῦμα αἰσθήσεως*. Respicere videtur Exod. XXVIII, 3. Πᾶσι τοῖς σοφοῖς διανοίᾳ, οὓς ἐνέπλησα πνεῦμα αἰσθήσεως. Conf. quæ superius dixit auctor p. 281 edit. Paris.

(26) *Ἡ διδ. ἡ ἐμή*. Vulg. Bib. Joan. VII brevius, ἡ ἐμὴ διδαχή. Ab iisdem abest etiam appositivum πατρός. SYLBURG.

CAPUT XVIII.

Illustrat illud dictum Apostoli : « Perdam sapientiam sapientum. »

De his autem dicit : « Perdam sapientiam sapientum, et prudentiam prudentum abolebo. » Infert itaque Apostolus : « Ubi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor hujus sæculi ? » nimirum a scribis, hujus sæculi inquisitores, philosophos ex gentibus, distinguens. « Nonne stultam fecit Deus mundi sapientiam [a] ? » quod perinde est, ac stultam ostendit, et non veram, ut illi eam esse putabant. Et si roges causam cur sibi viderentur sapientes: « propter cæcitatem cordis ipsorum [b], » inquiet : « Quoniam in sapientia Dei, » ea nempe, quæ per prophetas est annuntiata, « non cognovit mundus per sapientiam, » quæ scilicet loquitur per prophetas, « ipsum, » scilicet Deum, « ipsi Deo visum est per prædicationem stultitiæ, » quæ Græcis scilicet videtur esse stultitia, « salvos facere credentes : Quoniam Judæi, inquit, signa petunt » ad fidem, « Græci autem quærunt sapientiam : » nempe orationes, quæ vocantur ἀναγκαστικαί, hoc est, necessario concludentes, et alios scilicet syllogismos. « Nos autem prædicamus Jesum Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum ; » quod cum sciant prophetiam, non credant eventui : « Græcis autem stultitiam » ; fabulam enim esse existimant, qui sibi videntur sapientes, quod per hominem Filius Dei loquatur, et Deus habeat filium, et ille sit passus : quo fit, ut nimia sui existimatione præoccupati, credere nolint. Servatoris enim adventus, non stultos fecit, et duros corde, et infideles; sed prudentes, et aptos quibus persuadeatur, et præterea fideles. Verum, qui parere noluerunt, ab eorum, qui obedierunt, voluntaria adhæsione discedendo, ostensi sunt imprudentes, et infideles, et stulti. « Ipsis autem vocatis, Judæis et Græcis, Christus est ✠ Dei virtus, et Dei sapientia [c]. » Num ergo (quod est etiam melius) existimandum est esse negativum illud, « Οὐχὶ ἐμώρανεν Deus sapientiam mundi, » perinde ac οὐκ ἐμώρανεν, « non stultam fecit, » ne causa duritiei cordis a Deo eis facta videatur « qui stultam fecit sapientiam? » Omnino enim cum sapientes essent, majori culpæ fuere obnoxii, qui prædicationi non crediderunt : voluntaria enim est electio et delectus veritatis. Quinetiam illud : « Perdam sapientiam sapientum, » ejus, quæ contemnitur ac despicitur, barbaræ philosophiæ oppositione dicit illustrasse ; sicut etiam lucerna, quæ a sole illustratur, dicitur periisse, eo quod non sit paris ef-

A Καὶ περὶ τούτων (27) φησὶν, « Ἀπολῶ τὴ
τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθε
Ἐπιφέρει γοῦν ὁ Ἀπόστολος· « Ποῦ σοφ
γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τ
πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν γραμματέων, τοὺς τ
νος τούτου ζητητὰς, τοὺς ἐξ ἐθνῶν φιλοσόφ
ξας. « Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τ
μου (28) ; » ἐπίσης τῷ, μωρὰν ἔδειξε, καὶ οὐκ
ὡς ᾤοντο. Κἂν πύθῃ τὴν αἰτίαν τῆς δοξοσοφ
τῶν, « διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν
« ἐπειδὰν ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ, » τουτέστι
B προφητῶν κατηγγελμένῃ, « οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος
σοφίας, » τῆς διὰ τῶν προφητῶν λαλούσης, « αὐτὸ
δηλονότι τὸν Θεόν· « εὐδόκησεν οὗτος (30) ὁ
τοῦ κηρύγματος τῆς μωρίας, » τῆς δοκούσης
εἶναι μωρίας, « σῶσαι τοὺς πιστεύοντας· ἐπει
δαῖοι, φησὶ, σημεῖα αἰτοῦσι » πρὸς πίστιν· « Ἕλ
σοφίαν ζητοῦσι, » τοὺς ἀναγκαστικοὺς καλο
λόγους, καὶ τοὺς ἄλλους συλλογισμούς δ
« Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Ἰησοῦν (31) Χριστὸν
ρωμένον· Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, » διὰ τὸ,
τὴν προφητείαν, μὴ πιστεύειν τῇ ἐκβάσει, «
δὲ μωρίαν· » μυθῶδες γὰρ ἡγοῦνται οἱ δοκη
διά τε ἀνθρώπου Υἱὸν Θεοῦ λαλεῖν, υἱόν τε
Θεὸν, καὶ δὴ καὶ πεπονθέναι τοῦτον· ὅθεν α
πρόληψις τῆς οἰήσεως ἀναπείθει ἀπιστεῖν.
C παρουσία τοῦ Σωτῆρος οὐ μωροὺς ἐποίησε κ
ροκαρδίους, καὶ ἀπίστους, ἀλλὰ συνετοὺς καὶ
θεῖς, προσέτι πιστούς. Ἐδείχθησαν δὲ, ἐκ τ
ὑπακουσάντων ἑκουσίου προσκλίσεως χωρι
οἱ μὴ ἐθελήσαντες πείθεσθαι ἀσύνετοί τε, κ
στοι, καὶ μωροί. « Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς
δαίοις τε καὶ Ἕλλησι, Χριστὸς Θεοῦ δύναμ
καὶ Θεοῦ σοφία· » Μή τι οὖν (ὅπερ καὶ ἄ
ἀποφατικὸν ἡγητέον τὸ, « Οὐχὶ ἐμώρανεν
τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου, » ἐπίσης, « Οὐκ
νεν, » ἵνα μὴ ἡ αἰτία τῆς σκληροκαρδίας αὐτοῖ
τοῦ Θεοῦ φαίνηται γενομένη, « τοῦ μωράναν
σοφίαν ; » Ἐν πᾶσι γὰρ, καίτοι σοφοὶ ὄντες,
ζονι αἰτίᾳ γεγόνασι, μὴ πιστεύσαντες τῷ κηρ
D ἑκούσιος γὰρ ἥ τε αἵρεσις, ἥ τε τῆς ἀληθείας
Ἀλλὰ καὶ τὸ, « Ἀπολῶ τὴν σοφίαν. τῶν σ
τῇ τῆς καταφρονουμένης ὑπερορωμένης (32
βάρου φιλοσοφίας ἀντιπαραθέσει καταλάμψα
ὡς καὶ ὁ λύχνος, ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταλαμπ
ἀπολωλέναι λέγεται, τῷ μὴ τὴν ἴσην ἐκτελε
γειαν. Πάντων τοίνυν ἀνθρώπων κεκλημέ
ὑπακοῦσαι βουληθέντες, « κλητοὶ (33) » ὠνομά

✠ P. 371 ED. POTTER, 314 ED. PARIS. [a] I Cor. I, 19, 20. [b] Ephes. IV, 18. [c] I Cor. I,

(27) *Καὶ περὶ τούτων.* Forte καὶ ἐπὶ τούτων, « et de his, » ut paulo supra ἐπὶ τῶν προφητῶν, et ἐπὶ τῶν κλεπτόντων. Ἐπί autem in hoc loquendi genere magis convenire quam περί, liquet etiam ex aliis scriptoribus, præsertim Aristotele. SYLBURG.

(28) *Τοῦ κόσμου.* Vulg. Bib. I Cor. I, majori emphasi, τοῦ κόσμου τούτου. SYLBURG.

(29) *Αὐτόν.* Θεόν, I Cor.

(30) *Οὗτος.* Abest a I Cor. Mox τῆς μω
κηρύγματος. Ibid.

(31) *Ἰησοῦν.* Abest a vulg. Bib.

(32) *Καταφρονουμένης ὑπερορωμένης.* H
deton est ; quale supra notatum p. 126. SYL

(33) *Κλητοί.* I Cor. I, 24 : Αὐτοῖς δὲ τοῖς
Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι, Χριστὸν Θεοῦ δύνα
Θεοῦ σοφίαν.

Οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία (34) παρὰ τῷ Θεῷ. Αὐτίκα ἐξ ἑκατέρου γένους οἱ πιστεύσαντες, οὗτοι « λαὸς περιούσιος (35). » Κἀν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων εὕροις ἂν κατὰ λέξιν, « Οἱ μὲν οὖν ἀποδεξάμενοι (36) τὸν λόγον αὐτοῦ ἐβαπτίσθησαν· » οἱ δὲ μὴ θελήσαντες πείθεσθαι ἑαυτοὺς ἀπέστησαν δηλαδή. Πρὸς τούτους ἡ προφητεία λέγει· « Κἂν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· » ἐφ' ἡμῖν κείμενα ἀπελέγχουσα καὶ τὴν αἵρεσιν, καὶ τὴν ἐκτροπήν. « Θεοῦ » δὲ εἴρηκεν ὁ Ἀπόστολος τὴν κατὰ τὸν Κύριον διδασκαλίαν « σοφίαν· » ἵνα δείξῃ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν δι' Υἱοῦ παραδιδομένην. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ δοκησίσοφος παραινέσεις ἔχει τινὰς, τὰς παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ κελευούσας « ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν. Μὴ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω· μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν » (ἐργάζεσθαι δέ ἐστι τὸ προσεκπονεῖν ζητοῦντα τὴν ἀλήθειαν· σὺν γὰρ τῇ λογικῇ εὐποιΐᾳ) « ἵνα ἔχητε (37) μεταδοῦναι τῷ χρείαν ἔχοντι, » καὶ τῆς κοσμικῆς περιουσίας, καὶ τῆς θείας σοφίας. Βούλεται γὰρ ἐκδιδάσκεσθαι τὸν λόγον, καὶ εἰς τὰς τραπέζας (38) τὸ ἀργύριον βάλλεσθαι, δεδοκιμασμένον ἀκριβῶς, εἰς τὸ ἐκδανείζεσθαι. Ὅθεν ἐπιφέρει· « Λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. » Σαπρὸς λόγος οὗτος, ὁ ἐξ οἰήσεως· « ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσιν. » Ἀγαθοῦ δ' ἂν ἀνάγκῃ Θεοῦ ἀγαθὸν τὸν λόγον. Πῶς δὲ οὐχ ἀγαθὸς ὁ σώζων;

A ficaciæ. Cum ergo omnes homines vocentur, qui voluerunt obedire, nominati sunt « vocati. » Non est enim apud Deum injustitia. Jam vero qui ex utroque populo crediderunt, ii sunt « populus peculiaris. » Et in Actis apostolorum hoc his verbis inveneris : « Qui itaque verbum ejus susceperunt, baptizati sunt [a]. » Qui autem noluerunt parere, seipsos scilicet abalienaverunt. Ad eos dicit prophetia : « Et si velitis, et me audieritis, bona terræ comedetis [b] : » in nobis situm esse arguens, ut eligamus, et declinemus. « Dei » autem « sapientiam » dixit Apostolus doctrinam quæ est ex Domino, ut veram philosophiam ostenderet tradi per Filium. Quinetiam qui sibi videtur sapiens, habet quasdam admonitiones, quæ jubent apud Apostolum « induere novum hominem, qui secundum B Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. Quamobrem deponentes mendacium, loquimini veritatem. Ne detis locum diabolo. Qui furabatur, non amplius furetur, sed potius laboret, operans bonum » (operari autem est allaborare quærendo veritatem : nam conjunctum est illi, quæ sermone fit, beneficientiæ) « ut impertiri possitis ei qui opus habet, » et sæculares copias, et divinam sapientiam. Vult enim verbum doceri, et argentum mensis dari perfecte examinatum, ut detur fœnori. Unde infert : « Turpe verbum ex ore vestro non exeat. » Id autem turpe est, quod procedit ex opinione, quam de se quis concipit : « sed si quod est C bonum ad ædificationem utilitatis, ut det gratiam audientibus [c]. » Boni autem Dei, bonum sit verbum necesse est. Quomodo autem non est bonum, quod salvum facit?

CAPUT XIX.

Philosophos aliquam veritatis partem percepisse probat.

Ἐπεὶ οὖν μαρτυροῦνται ἀληθῆ τινα δογματίζειν καὶ Ἕλληνες, ἔξεστι κἀντεῦθεν σκοπεῖν. Ὁ Παῦλος ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀναγράφεται λέγων πρὸς τοὺς Ἀρεοπαγίτας· « Δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ· διερχόμενος γὰρ καὶ ἱστορῶν (39) τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον βωμὸν, ἐν ᾧ ἀνεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ· οὗτος, οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχων Κύριος, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ· οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρωπίνων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς δοὺς (40) πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν, καὶ τὰ πάντα· ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς πᾶν γένος ἀνθρώπων, κατοικεῖν ἐπὶ παντὸς προσώπου

Quod itaque testimonio comprobetur, Græcos vera quædam habere dogmata, hinc quoque licet considerare. Scribitur in Actis apostolicis, Paulum hæc ✠ dicere ad Areopagitas : « Superstitiosiores vos video. Præteriens enim, et videns simulacra 136 vestra, inveni et aram, in qua scriptum erat, *Ignoto Deo*. Quem ergo ignorantes colitis, eum vobis annuntio. Deus enim, qui fecit mundum, et omnia quæ in ipso sunt, hic cœli et terræ cum D sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec a manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam et inspirationem et omnia, fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terræ, definiens

✠ P. 372 ED. POTTER, 315 ED. PARIS. [a] Act. II, 41. [b] Isa. I, 19. [c] Ephes. IV, 24, 25, 27, 28, 29.

(34) Ἀδικία. Respicit Rom. IX, 14 : Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ γένοιτο.

(35) *Λαὸς περιούσιος*. Tit. II, 14 : Καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον.

(36) *Ἀποδεξάμενοι*. Vulg. Bib. Act. apost. II : Ἀσμένως ἀποδεξάμενοι. SYLBURG.

(37) *Ἔχητε*. Ἔχῃ, Ephes.

(38) *Εἰς τὰς τραπ*. Lowthius ait : « Videtur alludere ad dictum istud Servatoris a veteribus laudatum : Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται. » De quo conf. quæ postea dicentur extremo *Strom.* I, p. 354. Respicit vero hoc loco Clemens Christi verba, quæ refert Matthæus XXV, 27 : Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις· καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ.

(39) *Ἱστορῶν*. Ἀναθεωρῶν, Act. Mox ἐπεγέγραπτο pro ἀνεγέγραπτο. Ibid.

(40) *Δούς*. Διδοὺς, Act. Mox ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀν. Dein, ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Ibid.

statuta tempora et terminos habitationis eorum; A ut quærant Deum, si forte attrectent aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus; sicut et quidam vestrorum poetarum dixerunt :

Hujus namque genus sumus...[a] »

Ex quibus clarum est, quod etiam poeticis utens exemplis ex Arati *Phænomenis*, approbat quæ apud Græcos recte dicta sunt. Et per ignotum Deum, honorari quidem per circumlocutionem a Græcis opificem Deum significavit, ex agnitione autem oportere per Filium accipere et discere. « Misi ergo propterea te ad gentes, aperire, inquit, oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad B lucem, et a potestate Satanæ ad Deum; ut ipsi accipiant remissionem peccatorum et hæreditatem in iis, qui sunt fide sanctificati in me[b]. » Ii ergo sunt, qui aperiuntur, oculi cæcorum : Patris per Filium agnitio, est circumlocutionis Græcæ comprehensio; et « converti a potestate Satanæ, » est mutari a peccato, per quod introducta erat servitus. Nec tamen absolute omnem suscipimus philosophiam, sed illam, de qua apud Platonem quoque dicit Socrates : « Sunt enim, ut aiunt, qui in mysteriis versantur, thyrsigeri quidem multi, pauci vero Bacchi » : « multos quidem esse vocatos, paucos autem electos[c], » innuens. Aperte itaque subjungit : « Hi autem, mea quidem sententia, non sunt alii, quam qui recte sunt philo- C sophati : quorum quidem in numero ut essem, nihil in vita, quantum in me fuit, prætermisi, sed omnibus modis contendi. An vero recte contenderim, aliquidve profecerim, cum ✠ illuc pervenerimus, certi sciemus, si Deus voluerit, paulo post. » An non tibi videtur ex scripturis Hebraicis eam, quæ est post mortem, justi ex fide spem declarare? Et in *Demodoco*, si modo est opus

τῆς γῆς· ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς (41) τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν, ζητεῖν τὸ εἰ ἄρα ψηλαφήσειαν ἢ εὕροιεν ἄν· καίτοι οὐ μ ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντος· ἐν αὐτ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καί ἐσμεν, ὡς καί τιν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν·

Τοῦ γὰρ (42) *καὶ γένος ἐσμέν...*»

Ἐξ ὧν δῆλον, ὅτι, καὶ ποιητικοῖς χρώμενος δείγμασιν ἐκ τῶν Ἀράτου *Φαινομένων*, δοκ τὰ παρ' Ἕλλησι καλῶς εἰρημένα· καὶ διὰ τοῦ στου Θεοῦ τιμᾶσθαι μὲν κατὰ περίφρασιν (43) τῶν Ἑλλήνων τὸν δημιουργὸν Θεὸν ᾐνίξατο· ἐπίγνωσιν δὲ δεῖν δι' Υἱοῦ παραλαβεῖν τε καὶ μ « Ἀπέστειλα οὖν διὰ τοῦτό σε εἰς τὰ ἔθνη, ἀ φησὶν, ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, τοῦ (44) ἐπιστρέψ σκότους εἰς φῶς, καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατα Θεὸν, τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, κα ρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πίστει τῇ εἰς ἐμέ. » οὖν οἱ ἀνοιγόμενοι τυφλῶν ὀφθαλμοί· ἡ δι' Υἱο γνωσίς ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἡ τῆς περιφράσεω Ἑλληνικῆς κατάληψις· τό τε « ἀπὸ τῆς ἐξουσ Σατανᾶ ἐπιστρέψαι, » τὸ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐσ ταβάλλεσθαι, δι' ἣν ἡ δουλεία ἐγεγόνει. Οὐ μὴν πᾶσαν φιλοσοφίαν ἀποδεχόμεθα, ἀλλ' ἐκείνην ἧς καὶ ὁ παρὰ Πλάτωνι λέγει Σωκράτης· « Εἰ δὴ (45), ὥς φασι, περὶ τὰς τελετὰς Ναρθηκ (46) μὲν πολλοὶ, Βάκχοι δέ τε, παῦροι· » « πολλο τοὺς κλητοὺς, ὀλίγους δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς » αἰνι νος. Ἐπιφέρει γοῦν σαφῶς· « Οὗτοι δέ εἰσι τὴν ἐμὴν δόξαν, οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφ ὀρθῶς· ὧν δὴ κἀγὼ, κατά γε τὸ (47) δυνατὸν, ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προύθυ γενέσθαι. Εἰ δὲ ὀρθῶς προὐθυμήθην, καί τι ἠνύ ἐκεῖσε ἐλθόντες, τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, ἐὰν Θεὸς ὀλίγον ὕστερον. » Ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι πίστεως ἐ Ἑβραϊκῶν Γραφῶν τὴν μετὰ θάνατον ἐλπίδ δικαίου σαφηνίζειν; κἂν τῷ *Δημοδόκῳ* (48) δὴ τοῦ Πλάτωνος τὸ σύγγραμμα·) « Μὴ δὲ ἡγο

✠ P. 373 ED. POTTER, 316 ED. PARIS. [a] Act. XVII 22-28. [b] Act. XXVI, 17, 18. [c] Matth 16, XXII, 14.

(41) *Προστεταγμένους καιρούς*. Προτεταγμένους καιρούς, « præfinita, » seu « stata, tempora, » rectius in Act. SYLBURG. Mox ζητεῖν τὸν Κύριον, εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν, καίτοι γε... D ὑπάρχοντα. Ibid.

(42) *Τοῦ γάρ*. Ex Arati *Phænom*. vers. 5.

(43) *Περίφρασιν*. Flor. edit. περίφασιν absque ρ et hic et infra p. 260, et tamen mox diserte τῆς περιφράσεως. SYLBURG. *Strom*. VI, p. 635 edit. Paris., p. 260 edit. Sylburg. hæc dicit : Οὐ κατ' ἐπίγνωσιν ἴσασι τὸν Θεὸν, ἀλλὰ κατὰ περίφασιν, Ἑλλήνων οἱ δοκιμώτατοι. Ubi Joannes Clericus *Epistolarum critic*. prima p. 26 docet, legendum esse παράφασιν, « palpationem, » ut sensus sit, eos Deum cognovisse « non cognitione clara, sed palpatione. » Est enim παραφᾶσαι apud Hippocratem « manu immissa explorare vel tractare. » Hinc et secretos uteri locos παραφασίας vocari, refert Galen. in *Gloss*.

(44) *Τοῦ*. Καί, Act., ubi mox ἐπὶ τὸν Θεόν.

(45) *Εἰσὶ γὰρ δ*. Rectius apud Platonem, cujus in *Phædon*. p. 52 hæc exstant : Εἰσὶ γὰρ δὴ (φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετάς) Ναρθηκ. Mox δέ γε π. pro δέ τε π. Ibid.

(46) *Ναρθηκοφόροι*. Proverbialis ille versu tur etiam infra p. 236. SYLBURG.

(47) *Ὧν δὴ κἀγὼ κατά γε τό*. Ὧν δὴ καὶ κατὰ τό apud Platon. Mox προὐθυμούμην pro θυμήθην, et ἐθέλῃ pro θέλῃ. Ibid.

(48) *Δημοδόκῳ*. Non in *Demodoco* hic locus e sed in *Ἐρασταῖς*, Basil. edit. pag. 237, ut ve mens memoria lapsus sit, vel a librariis fact ruptela, vel duo a Platone hoc titulo scripti di A. *Demodocum* autem inter nothos ponit Diogenes Laertius p. 122. H. SYLBURG.

(49) *Μὴ δὲ ἡγοῦ*. Hæc in Platonis *Amat* pag. 99, sic se habent : Ἀλλὰ μὴ οὐχ οὕτ φίλε, ἔχωσι, μηδ' ᾖ τοῦτο φιλοσοφεῖν περὶ τὰς τ ἐσπουδακέναι, οὐδὲ πολυπραγμονοῦντα, κυπτά ζῆν, οὐδὲ πολυμαθοῦντα, ἀλλὰ ἄλλο τι · ἐγ ῴμην καὶ ὄνειδος εἶναι τοῦτο, καὶ βαναύσους σθαι τοὺς περὶ τὰς τέχνας ἐσπουδακότας. « V non ita se habet, o amice; nec philosophari, artes studiose versari est, nec multis negotii cumbere, nec multa perdiscere, sed aliud quid siquidem existimo, et turpe hoc esse, et m nicos rectius appellari, qui artibus incumbunt

τὸ φιλοσοφεῖν λέγειν περὶ τὰς τέχνας κυπτάζοντα A ζῆν, οὐδὲ πολυμαθοῦντα, ἀλλὰ ἄλλο τι· ἐπεὶ ἔγωγε ᾤμην καὶ ὄνειδος εἶναι. » Ἤδει γὰρ, οἶμαι, « ὡς ἄρα (50) ἤδη πολυμαθῆ νόον ἔχει· ὃ διδάσκει » καθ' Ἡράκλειτον. Ἔν τε τῷ ε' τῆς *Πολιτείας*· « Τούτους (51) οὖν πάντας, φησὶ, καὶ ἄλλους τοιούτων τινῶν μαθηματικοὺς, καὶ τῶν τεχνυδρίων (52), φιλοσόφους θήσομεν; Οὐδαμῶς, εἶπεν (53), ἀλλ' ὁμοίους μὲν φιλοσόφοις. Τοὺς δ' ἀληθινοὺς, ἔφη, τίνας λέγεις; Τοὺς τῆς ἀληθείας, ἦν δ' ἐγὼ, φιλοθεάμονας. » Οὐ γὰρ ἐν γεωμετρίᾳ (54), αἰτήματα καὶ ὑποθέσεις ἐχούσῃ, φιλοσοφία· οὐδ' ἐν μουσικῇ, στοχαστικῇ γε οὔσῃ· οὐδ' ἐν ἀστρονομίᾳ, φυσικῶν, καὶ ῥεόντων, καὶ εἰκότων βεβυσμένῃ λόγων· ἀλλ' αὖ τοῦ ἀγαθοῦ δι' ἐπιστήμης (55) καὶ τῆς ἀληθείας, ἑτέρων μὲν ὄντων τἀγαθοῦ ὁδῶν (56)· ὥσπερ δὲ ἐπὶ τἀ- B γαθόν. Ὥστ' οὐδ' αὐτὸς τὴν « ἐγκύκλιον » παιδείαν (57) συντελεῖν πρὸς τἀγαθὸν δίδωσιν, συνεργεῖν δὲ πρὸς τὸ διεγείρειν καὶ συγγυμνάζειν πρὸς τὰ νοητὰ τὴν ψυχήν. Εἴτ' οὖν κατὰ περίπτωσίν φασιν ἀποφθέγξασθαί τινα τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας τοὺς Ἕλληνας, θείας οἰκονομίας ἡ περίπτωσις· οὐ γὰρ ταὐτόματον ἐκθειάσει τις διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλοτιμίαν· εἴτε κατὰ συντυχίαν, οὐκ ἀπρονόητος ἡ συντυχία· εἴτ' αὖ φυσικὴν ἔννοιαν ἐσχηκέναι τοὺς Ἕλληνας λέγοι, τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν ἕνα γινώσκομεν· καθὸ καὶ τὴν δικαιοσύνην φυσικὴν εἰρήκαμεν· εἴτε μὴν κοινὸν ἐσχηκέναι νοῦν, τίς ὁ τούτου πατὴρ, καὶ τίς κατὰ τὴν τοῦ νοῦ διανομὴν δικαιοσύνη, σκοπήσωμεν. Ἂν γὰρ « προαναφώνησίν » τις εἴπῃ, καὶ « συνεκφώνησιν » αἰτιάσηται, προφητείας C εἴδη λέγει. Ναὶ μὴν κατ' ἔμφασιν ἀληθείας ἄλλοι θέλουσιν εἰρῆσθαί τινα τοῖς φιλοσόφοις. Ὁ μὲν οὖν θεσπέσιος Ἀπόστολος ἐφ' ἡμῶν γράφει· « Βλέπομεν γὰρ νῦν ὡς δι' ἐσόπτρου (58), » κατ' ἀνάκλασιν ἐπ' αὐτοῦ ἑαυτοὺς γινώσκοντες, κἀκ τοῦ ἐν ἡμῖν θείου τὸ ποιητικὸν αἴτιον, ὡς οἷόν τε, συνθεωροῦντες.

✠ P. 374 ED. POTTER, 516 ED. PARIS.

A Platonis : « Nec existimes me dicere philosophari, in artes incumbentem vivere, nec multa discere appetentem; absit; nam ego quidem hoc probrum esse ducebam. » Sciebat enim, ut existimo, « eum multarum rerum scientem jam habere mentem, quod docet, » ut est Heracliti sententia. Et in quinto *De republica* : « Nunquid igitur istos, » inquit, « omnes, et alios ejusmodi res percipiendi cupidos, artibus vilissimis incumbentes, philosophos dicemus? Nequaquam, » inquit, « sed similes philosophis. Veros autem, » inquit, « philosophos quosnam dicis? Eos, inquam ego, qui veritatis delectantur contemplatione. » Non enim in geometriæ postulatis et hypothesibus est philosophia; neque in musica, quæ quidem est conjecturalis; neque in astronomia, B quæ naturalibus, fluxisque, et verisimilibus est referta rationibus; sed opus est ipsius boni scientia et veritate; cum aliæ quidem sint boni viæ, quemadmodum ad bonum. Quare nec ipse doctrinæ orbem, quem vocant « encyclopædiam, » ad bonum vult sufficere, sed duntaxat opem ferre ad excitandam et exercendam animam ad ea quæ percipiuntur intelligentia. Sive ergo dicunt Græcos divinæ philosophiæ esse casu aliquid elocutos; casus est ad divinam dispensationem referendus : non enim propter eam, quæ nobiscum intercedit, contentionem, casum quis in deos referet. Sive ex fortuna, ea fortuna non est expers providentiæ. Sive rursus dicat Græcis ingenitas esse naturales quasdam notiones, unum naturæ cognoscimus opificem : qua C ratione esse quoque naturalem diximus justitiam. Sive mentem illis inesse ✠ communem : quisnam sit ejus pater, et quæ sit in ejus mentis distributione justitia consideremus. Si quis enim dixerit προαναφώνησιν, hoc est « prædictionem, » et συνεκφώνησιν, id est « conjunctam vocationem, » velut causam assignet, dicit species prophetiæ. Atque ex

(50) *Ὡς ἄρα*. H. ms., ὡς ἄρα πολυμάθεια νόον ἔχει. Sylburg. — Secundum Menagium, loco jam dicto, scribendum : ὡς ἄρα ἡ πολυμάθεια νόον οὐχὶ διδάσκει « quod multarum rerum scientia mentem non docet. » Malim vero, ὡς ἄρα ἤδη πολυμαθῆ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκει · « Quod multarum rerum peritam habere mentem, non docet. » Nam hoc propius ad verba Clementis accedit : et eo modo Heracliti dictum protulit Athenæus sub finem libri xiii :
Πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδὲν, Ἵππων ἔφη ὁ ἄθεος· ἀλλὰ καὶ Ἡράκλειτος ὁ θεῖός φησι, πολυμαθῆ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκειν. Καὶ ὁ Τίμων δὲ ἔφη·

.... *Ἐν δὲ πλατυσμὸς*
Πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο.

« *Multa variaque doctrina, qua nil est vanius*,

dixit Hippon, atheus : divinus autem Heraclitus, nihil docere, ait, multiplici doctrina instructam mentem. Quin et Timon dixit :

..... *Inest autem amplificatio*
Multæ doctrinæ, qua nil vanius est. »

Plerique hoc modo Heracliti sententiam proferunt, *Πολυμαθίη* νόον οὐ διδάσκει · ut Laertius principio *Heracliti*; Julianus imp. orat. 6; Gellius lib. ult., c. ult.

(51) *Τούτους*. Hæc apud Platonem exstant lib. *De repub*. p. 667, itemque apud Theodoretum *De curand. Græc affect.*, serm. 1, p. 470. Porro τούτους οὖν ἅπαντας καὶ τοὺς ἄλλους τ. habet Theodoret.

(52) *Καὶ τῶν τεχ.* Scribendum ex Platone et Theodoreto, καὶ τοὺς τῶν τεχνυδρίων. Quam lectionem habere H. ms. testatur Sylburg. — Mox, φήσομεν pro θήσομεν apud Plat.

(53) *Εἶπεν*. Scribendum ex Platone et Theod. εἶπον, prim. pers. qua postea iterum utitur : ἦν D δ' ἐγώ.

(54) *Οὐ γὰρ ἐν γεωμ.* Hactenus Plato. Quæ sequuntur usque ad ἑτέρων μέν, Clementis nostri verba sunt : ea tamen, tanquam Platonis, recitavit, loco jam dicto, Theodoretus : ea nempe e Clemente, pro more suo, mutuatus.

(55) *Ἀλλ' αὖ τοῦ ἀγ. δι' ἐπ.* Scribendum ope Theodoreti, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ δεῖ ἐπιστήμης καὶ τῆς ἀληθ. Quod Latine expressimus.

(56) *Ὄντων τἀγαθοῦ ὁδῶν.* Ὄντων et ὁδῶν habent anomaliam generis. Sylburg. — Scribi forte melius possit : Ἑτέρων μὲν ὄντων τἀγαθῶν, ἑτέρων δὲ ὁδῶν ἐπὶ τἀγαθόν· « cum aliud sint ipsa bona, aliud viæ ac media ad bonum. » Cujusmodi quiddam cum ea, quæ præcedunt, tum quæ sequuntur etiam, postulare videntur.

(57) *Ἐγκύκλιον π.* Conf. quæ dicta sunt ad p. 284 ed. Paris.

(58) *Νῦν ὡς δι' ἐσ.* Ἄρτι δι' ἐσ. I Cor. xiii, 12.

ejusdem veritatis specie, seu imagine, alii dicunt, quædam esse a philosophis prolata. De nobis itaque dicit divinus Apostolus : « Videmus enim nunc tanquam per speculum, » per eam scilicet, quæ est in ipso, reflexionem nos ipsos cognoscentes; et ex ea, quæ est in nobis, divinitate efficientem causam, quoad ejus potest fieri, una contemplantes. « Vidisti enim, inquit, fratrem tuum, vidisti Deum tuum. » Servatorem puto Deum nunc nobis dictum esse. Post carnem autem depositam, « facie ad faciem[a]; » tunc scilicet ita ut clare definire et comprehendere valeamus, quando « cor purum » fuerit. Et per imaginem quidem et transpectum Deum vident, qui apud Græcos accurate sunt philosophati. Nam per imbecillitatem nostram fit, ut ejusmodi sint, quotquot veras de Deo imagines habemus, quales per aquas cernuntur, aut per alia pellucida et perspicua corpora videre solemus. Recte ergo Salomon : « Qui seminat, » inquit, « justitiam, operatur fidem. Sunt » autem, « qui plura seminant, ii, qui plura faciunt[b]. » Et rursus : « Curam gere eorum, quæ sunt in campo viridia, et tondebis herbam; et collige fœnum maturum, ut habeas oves ad vestimentum[c]. » Vides quemadmodum externi quoque integumenti et præsidii sit cura gerenda. « Scienter autem agnoscas animas gregis tui[d]. Quando enim gentes, quæ legem non habent, natura quæ sunt legis faciunt, ii non habentes legem, sibi ipsis sunt lex[e]; » præputio scilicet servante legis justitias, ex sententia **137** Apostoli, et ante legem, et ante adventum. Tanquam comparationem autem faciens philosophorum cum iis, qui vocantur hæretici, admodum dilucide : « Melior est, » inquit Logos, « amicus prope, quam frater longe habitans[f]. Qui autem falsis innititur, is pascit ventos, et persequitur aves pennatas[g]. » Non existimo Logon nunc ✠ dicere philosophiam, licet ea sæpe argumentis probabilibus et ad fidem faciendam aptis utatur, sed in-

A « Εἶδες γάρ, φησί (59), τὸν ἀδελφόν σου, εἶδ
Θεόν σου· » τὸν Σωτῆρα οἶμαι Θεὸν εἰρῆσθαι
τὰ νῦν. Μετὰ δὲ τὴν τῆς σαρκὸς ἀπόθεσιν, « τ
πον πρὸς πρόσωπον· » τότε ἤδη ὁριστικῶς καὶ
ληπτικῶς, ὅτ' ἂν « καθαρὰ (60) ἡ καρδία » γέ
Καὶ κατ' ἔμφασιν δὲ καὶ διάφασιν οἱ ἀκριβῶς
Ἕλλησι φιλοσοφήσαντες, διορῶσι τὸν Θεόν· τε
γὰρ αἱ κατ' ἀδυναμίαν φαντασίαι ἀληθεῖς (6
φαντασία καθορᾶται ἐν τοῖς ὕδασιν, ὁρῶμεν
διὰ τῶν διαφανῶν καὶ διαυγῶν σωμάτων. Καὶ
ὁ Σολομὼν, « Ὁ σπείρων (62), » φησί, « δικαιο
ἐργάζεται πίστιν· εἰσὶ δὲ οἱ τὰ ἴδια σπείρ
οἳ (63) πλείονα ποιοῦσι. » Καὶ πάλιν· « Ἐπιμελ
ἐν τῷ πεδίῳ χλωρῶν, καὶ κερεῖς πόαν· καὶ συ
χόρτον ὥριμον, ἵνα ἔχῃς πρόβατα εἰς ἱματισ
B ὁρᾷς ὅπως καὶ τῆς ἔξωθεν σκέπης τε καὶ φ
φροντιστέον· « Γνωστῶς δὲ ἐπιγνώσῃ ψυχὰς πο
σου. Ὅτ' ἂν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύ
τοῦ νόμου ποιῶσιν (64), οὗτοι, νόμον μὴ ἔ
ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, τῆς ἀκροβυστίας (65) τὰ δ
ματα τοῦ νόμου φυλασσούσης, » κατὰ τὸν Ἀ
λον, καὶ πρὸ τοῦ νόμου, καὶ πρὸ τῆς παρ
Οἱονεὶ δὲ σύγκρισιν ποιούμενος ὁ Λόγος τῶν ф[illegible]
λοσοφίας πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς, καλουμένους,
νῶς πάνυ, « Κρείσσων, φησὶ, φίλος ἐγγὺς, ἢ
φὸς μακρὰν οἰκῶν. Ὃς δὲ ἐρείδεται ἐπὶ ψε
οὗτος ποιμαίνει ἀνέμους (66), καὶ διώκει ὄρν
ρωτά. » Οὐκ οἶμαι φιλοσοφίαν λέγειν τα
Λόγον, καίτοι ἐν πολλοῖς τὰ εἰκότα ἐπιχειρεῖ
C θανεύεται φιλοσοφία, ἀλλὰ τὰς αἱρέσεις ἐπιῤῥ
Ἐπιφέρει γοῦν· « Ἀπέλιπε γὰρ ὁδοὺς τοῦ
ἀμπελῶνος· τὰς δὲ τροχιὰς τοῦ ἰδίου γεωργ
πλάνηται. » Αὗται δέ εἰσιν αἱ τὴν ἐξ ἀρχῆς
πουσαι Ἐκκλησίαν. Αὐτίκα ὁ εἰς αἵρεσιν ὑπ
« διέρχεται δι' ἐρημίας (67) ἀνύδρου, » τὸν
ὄντα Θεὸν καταλιπὼν, ἔρημος Θεοῦ, ὕδωρ ἄ
ζητῶν, « τὴν ἀοίκητον καὶ δίψιον ἐπερχόμεν
συνάγων χερσὶν ἀκαρπίαν. Καὶ τοῖς ἐνδεέσ
νῶν (68) παρακελεύομαι, » λέγουσά φησι

✠ P. 375 ED. POTTER, 317 318 ED PARIS. [a] I Cor. XIII, 12. [b] Prov. XI, 21, 24. [c] Prov. 25, 26. [d] Ibid., 23. [e] Rom. II, 14. [f] Prov. XXVII, 10. [g] Prov. IX, 12.

(59) *Φησί*. Parentheticum φησίν, aliena hæc verba ostendit, ut alibi sæpe: nec φύσει substituere opus est. Sylburg. — Hanc sententiam rursus laudavit Clemens *Strom*. II, pag. 391, tacito auctoris nomine.

(60) *Καθαρά*. Respicit Christi dictum, Matth. v, 8 : Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.

(61) *Ἀληθεῖς*. Lege ἀληθῶς. Lowth.

(62) *Ὁ σπείρων*. Vulg. Biblia Prov. XI : Ὁ σπείρων δικαιοσύνην, λήψεται μισθὸν πιστόν. Sylburg.— Non eum locum, quem putat Hervetus, citat Clemens, sed ex eodem Prov. XI capite, v. 21, qui tamen nonnihil diversus est apud LXX : Ὁ σπείρων δικαιοσύνην, λήψεται μισθὸν πιστῶν. Clemens ait : Ὁ σπείρων δικαιοσύνην, ἐργάζεται πίστιν. Vulgata Latina : « Semen autem justorum salvabitur. » Sic Aquila : Καὶ σπέρμα δικαίων περισωθήσεται· et qui ex Hebræo vertunt. Sequitur apud Clementem versus ejusdem capitis 24 : Εἰσὶν, οἱ τὰ ἴδια σπείροντες, οἳ πλείονα ποιοῦσιν· « Sunt, qui propria seminantes, plura faciunt. » Hervetus addidit e Græco LXX : « Sunt et qui aliena collig
damno afficiuntur. » Latina : « Alii dividunt pro
ditiores fiunt : et alii rapiunt non sua, et
D in egestate sunt. » Ex Hebræo vero ad ve
« Est, qui disperdit rem, et additur ei am
et est, qui parcit rei suæ plus æquo, sed ad i
redigitur. » Collect.

(63) *Οἵ*. Abest a Prov. Mox, σύναγε pro συν
Id.

(64) *Ποιῶσιν*. Ποιῇ, Rom.

(65) *Τῆς ἀκροβυστίας*. Respicit Rom.
Ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ
φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς πε
λογισθήσεται;

(66) *Ποιμαίνει ἀν*. Proverb. IX : Ποιμαν
μους· ὁ δὲ αὐτὸς διώξεται ὄρνεα πετόμενα
τοὺς δὲ ἄξονας τοῦ ἰδίου γ. pro τὰς δὲ τροχ
ἰδίου γ. Ibid. Sylburg.

(67) *Διέρχεται δι' ἐρ*. Διαπορεύεται δι'
ἐρήμου, καὶ γῆν διατεταγμένην ἐν διψώδεσι,
δὲ χερσὶν ἀκαρπίαν. Proverb.

(68) *Φρενῶν*. Φρονήσεως, Proverb.

φία (69), τοῖς ἀμφὶ τὰς αἱρέσεις δηλονότι· « Ἄρτων κρυφίων ἡδέως ἅψασθε, καὶ ὕδατος κλοπῆς γλυκεροῦ (70)· » « ἄρτον » καὶ « ὕδωρ (71) » οὐκ ἐπ' ἄλλων τινῶν, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τῶν ἄρτῳ καὶ ὕδατι κατὰ τὴν προσφορὰν, μὴ κατὰ τὸν κανόνα τῆς Ἐκκλησίας, χρωμένων αἱρέσεων, ἐμφανῶς ταττούσης τῆς Γραφῆς. Εἰσὶ γὰρ οἳ καὶ ὕδωρ ψιλὸν εὐχαριστοῦσιν (72). « Ἀλλὰ ἀποπήδησον, μὴ χρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ αὐτῆς· τόπον » τὴν Συναγωγὴν, οὐχὶ δὲ Ἐκκλησίαν, ὁμωνύμως προσεῖπεν. Εἶτα ἐπιφωνεῖ· « Οὕτω γὰρ διαβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον· » τὸ βάπτισμα τὸ αἱρετικὸν, οὐκ οἰκεῖον καὶ γνήσιον ὕδωρ λογιζομένη. « Καὶ ὑπερβήσῃ ποταμὸν ἀλλότριον, » τὸν παραφέροντα καὶ κατασύροντα εἰς θάλασσαν, εἰς ἣν ἐκδίδοται ὁ παρεκτραπεὶς ἐκ τῆς κατ' ἀλήθειαν ἑδραιότητος, συνεκρυεὶς αὖθις εἰς τὰ ἐθνικὰ καὶ ἄτακτα τοῦ βίου κύματα.

sectatur hæreses. Infert itaque : « Reliquit enim vias suæ vineæ, in semitis autem propriæ agriculturæ aberravit. » Eæ autem sunt, quæ primævam Ecclesiam relinquunt. Jam vero qui cecidit in hæresim, « transit per solitudinem sine aqua, » eo, qui vere Deus est, relicto, a Deo desertus, aquam quærens sine aqua, « non habitabilem et sitibundam terram pervadens, colligens manibus sterilitatem fructuum. Et iis, qui carent prudentia, jubeo, » inquit Sapientia, scilicet, qui versantur in hæresibus, « panes absconsos lubenter tangite, et aquam furti dulcem : » ubi per « panem » et « aquam, » eas hæreses clare notat Scriptura, quæ in oblatione pane et aqua aliter utuntur, quam Ecclesiæ canonibus præcipitur. Sunt enim, qui sola aqua utuntur in eucharistia. « Sed resilias, ne diu moreris in loco ejus : locum » Synagogam, non autem Ecclesiam, æquivoce appellavit. Deinde acclamat : « Ita enim trajicies aquam alienam : » baptisma hæreticum, non convenientem et germanam aquam reputans. « Et transmeabis fluvium alienum [a], » qui in mare defert et detrahit, in quod illabitur, qui divertit a stabilitate veritatis, rursus confluens ad gentiles et inordinatos vitæ fluctus.

CAPUT XX.

Quanam ratione philosophia conferat ad divinæ veritatis comprehensionem.

Ὡς δὲ οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι, οἱ καθέλκοντες τὴν ναῦν, οὐ πολλὰ αἴτια λέγοιντ' ἂν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν αἴτιον ἕν· οὐκ ἔστι γὰρ αἴτιος ἕκαστος τοῦ καθέλκεσθαι τὴν ναῦν, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἄλλοις· οὕτω καὶ ἡ φιλοσοφία, πρὸς κατάληψιν τῆς ἀληθείας, ζήτησις οὖσα ἀληθείας, συλλαμβάνεται· οὐκ αἰτία οὖσα καταλήψεως, σὺν δὲ τοῖς ἄλλοις αἰτία, καὶ συνεργός· τάχα δὲ καὶ τὸ συναίτιον αἴτιον. Ὡς δὲ ἑνὸς ὄντος τοῦ εὐδαιμονεῖν, αἰτίαι τυγχάνουσιν αἱ ἀρεταὶ πλείονες ὑπάρχουσαι· καὶ ὡς τοῦ θερμαίνεσθαι ὅ τε ἥλιος, τό τε πῦρ, βαλανεῖόν τε, καὶ ἐσθής· οὕτω μιᾶς οὔσης τῆς ἀληθείας, πολλὰ τὰ συλλαμβανόμενα πρὸς ζήτησιν (73) αὐτῆς· ἡ δὲ εὕρεσις, ἡ δι' Υἱοῦ. Εἰ γοῦν σκοποῖμεν, μία κατὰ δύναμίν ἐστιν ἡ ἀρετή· ταύτην δὲ συμβέβηκε, τούτοις μὲν τοῖς πράγμασιν

✠ P. 376 ED. POTTER, 318 ED. PARIS.

Quemadmodum autem multi homines, qui navem trahunt, non dici possunt multæ causæ, sed una causa ex multis constans : non est enim unusquisque causa, ut navis trahatur, sed cum aliis; ita etiam philosophia confert ad comprehendendam veritatem, cum sit inquisitio veritatis, non quod sit causa comprehensionis, sed causa cum aliis, et cooperatrix, et forte etiam causa concausans. Quemadmodum autem cum beatitudo unum sit, ejus causæ sunt plures virtutes; et quemadmodum ut quis calefiat, efficiunt et sol et ignis, et balneum, et vestis; ita cum sit una veritas, multa sunt, quæ conferunt ad ejus inquisitionem, inveniri autem sine ✠ Filii auxilio non potest. Et si quidem recte consideremus, potestate una est virtus, accidit

[a] Prov. IX, 16, 17, 18.

(69) *Σοφία*. De Sapientiæ nomine Salomonis libris indito conf. quæ adnotavit Cotelerius ad finem Clementis Romani *Epist.* I *ad Corinthios*.

(70) *Γλυκεροῦ*. Γλυκεροῦ πίετε, Proverb., ubi mox, ἐν τῷ τόπῳ, omisso αὐτῆς. Dein, διαβήσῃ ὡς ὕδωρ, inquit Sylburg.

(71) *Ἄρτον καὶ ὕδωρ*. Hervetus perperam vertit « panem et vinum. » Scribe e Græco Clementis, « panem et aquam ; » est enim error typographi, qui ex alia editione adhæsit. Sunt hæc ex IX Proverb. et familiare est sanctis Patribus τῆς Σοφίας nomine auctores innuere, qui Ecclesiastam, Ecclesiasticum et Proverbia scripserunt, ut ποιητικῆς nomine, poetas. Quod vero sequitur : « Sed resilias, ne diu moreris in loco ejus, » desumptum est ex appendice ejusdem capitis in editione Romana super aucti; ut et illa : « Ita enim transibis aquam alienam, et transmeabis fluvium alienum, » καὶ ὑπερβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον, ex uno libro adduntur, cujus auctoritas confirmari hoc Clementis loco potest, et commentario Didymi nondum edito, qui fluvium interpretatur διδασκαλίαν ἀπατηλὴν καὶ παρασύρουσαν, οὐ πρὸς καρποφορίαν ἄγουσαν. Vide quæ adnotata sunt in *Pædagogum*. Collect.

(72) *Ὕδωρ ψιλὸν εὐχ*. Aquarii nempe; de quibus Augustinus lib. *De hæres.* cap. 64. Sylb. — Ebionæi solam aquam in eucharistia adhibebant. Quo allusit Irenæus lib. V, cap. 1, p. 394 edit. Oxon. : « Reprobant itaque hi commistionem vini cœlestis, et sola aqua sæcularis volunt esse, non recipientes Deum ad commistionem suam. » Conf. Epiphanius hæres. 30, sect. 16. In eumdem errorem incidit etiam Tatianus, sectæ Encratitarum pater, tradente Epiphanio hæres. 46 : Μυστηρίοις δὲ ὡσαύτως κέχρηται κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς μυστηρίοις· « Mysteriis etiam perinde usus est ad exemplum sanctæ Ecclesiæ, sed in iis celebrandis solam aquam adhibet. » Unde ejus discipuli appellabantur Ὑδροπαραστάται, « Aquarii, » ὡς ὕδωρ ἀντὶ οἴνου προσφέροντες, « quod aquam pro vino offerrent, » ut ait Theodoretus *Hæretic. fab.* lib. I, cap. 20. Cyprianus p. 276 edit. Amstelod. : « Quidam novella institutione in calice Dominico sanctificando et plebi ministrando non hoc faciunt, quod Christus, hujus sacrificii auctor et doctor, fecit et docuit; » tum pergit solam aquam consecrantes copiose refellere.

(73) *Πρὸς ζήτ*. Malim cum articulo, πρὸς τὴν ζήτησιν. Sylburg.

autem, ut ea cum his quidem insit rebus, dicatur prudentia, in illis autem temperantia, in aliis vero animi magnitudo vel justitia. Eadem autem ratione cum sit una quoque veritas, in geometria geometriæ veritas; in musica autem musicæ; et in recta philosophia fuerit Græca veritas. Sola autem hæc est authentica veritas, quæque a nemine attingi potest, quam docemur a Dei Filio. Eodem modo una eademque drachma, si data fuerit nautæ, naulum; si publicano, vectigal; si ei qui domum locat, merces conductæ domus; si præceptori, operæ merces; si ei qui vendit, arrha dicitur. Singulæ autem, seu virtutes, seu veritates, communi quidem nomine conveniunt, sed proprium aliquem, eumque unicum, effectum habent; quorum omnium ex conjunctione nascitur vita beata. Non enim solis nominibus beati reddimur, cum rectam vitam dicamus beatitudinem; et illum beatum, cui virtute exornata est anima. Quod si etiam philosophia e longinquo opem fert inventioni veritatis, variis notionibus tendens ad nostram scientiam, quæ proxime attingit veritatem; sic tamen ei opem fert, qui Logi auxilio conatur apprehendere cognitionem. Proinde Græca veritas, etiamsi sit idem nomen sortita, tamen a nostra tum magnitudine cognitionis, tum demonstrationum evidentia, et divina virtute, et aliis similibus, satis distinguitur. A Deo enim docti sumus, qui litteras vere sacras a Filio Dei didicimus: unde non perinde ac nos illi movent animas, sed diversa plane methodo ac disciplina. Quod si propter eos, qui nos calumniandi ansas quærunt, oportebit nos distinguere, philosophiam, ut quæ in veritate indaganda versetur, comprehendendæ veritatis concausam et cooperatricem appellantes, fatebimur eam esse præviam hominis gnostici disciplinam, non tamen esse causam, quæ solum est concausa; neque continens, id, quod adjuvat et cooperatur, nec perinde ac si non sit veritas absque philosophia. Nam omnes fere absque disciplinarum orbe, quam « encyclopædiam » vocant, et Græca philosophia, alii autem etiam absque litteris, divina et barbara moti philosophia, potestate eum, qui de Deo est, per fidem accepimus sermonem, eruditi sapientia, quæ per se operatur. Quod autem ✠ cum alio agit, cum per imperfectionem suam

A ἐγγενομένην, λέγεσθαι φρόνησιν, ἐν τούτοις δὲ σωφροσύνην, ἐν τούτοις δὲ ἀνδρείαν ἢ δικαιοσύνην. Ἀνὰ τὸν αὐτὸν οὖν λόγον καὶ μιᾶς οὔσης ἀληθείας, ἐν γεωμετρίᾳ μὲν γεωμετρίας ἀλήθεια, ἐν μουσικῇ δὲ μουσικῆς· κἂν φιλοσοφίᾳ τῇ ὀρθῇ Ἑλληνικὴ εἴη ἂν ἀλήθεια. Μόνη δὲ ἡ κυρία αὕτη ἀλήθεια, ἀπαρεγχείρητος, ἣν παρὰ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ παιδευόμεθα. Τοῦτόν φαμεν (74) τὸν τρόπον μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς δραχμῆς, τῷ μὲν ναυκλήρῳ δοθείσης, λέγεσθαι ναῦλον, τῷ δὲ τελώνῃ τέλος· καὶ ἐνοίκιον μὲν τῷ σταθμούχῳ· μισθὸν δὲ τῷ διδασκάλῳ· καὶ τῷ πιπράσκοντι ἀῤῥαβῶνα. Ἑκάστη δὲ εἴτε ἀρετὴ, εἴτε καὶ ἀλήθεια, συνωνύμως καλουμένη, μόνου τοῦ καθ' ἑαυτὴν ἀποτελέσματός ἐστιν αἰτία· κατὰ σύγχρησιν δὲ τούτων γίνεται τὸ εὐδαιμόνως ζῆν· μὴ γὰρ δὴ εὐδαιμονῶμεν πρὸς τὰ ὀνόματα, ὅτ' B ἂν τὸν ὀρθὸν βίον εὐδαιμονίαν λέγωμεν, καὶ εὐδαίμονα τὸν κεκοσμημένον τὴν ψυχὴν εὐαρέτως (75). Εἰ δὲ καὶ πόῤῥωθεν συλλαμβάνεται φιλοσοφία τῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν εὑρέσει, κατὰ διαφόρους ἐπιβολὰς διατείνουσα ἐπὶ τὴν προσεχῶς ἁπτομένην τῆς ἀληθείας [illegible] τὴν καθ' ἡμᾶς εἴδησιν· ἀλλὰ συλλαμβάνεταί γε τῷ [illegible] λογικῶς ἐπιχειρεῖν ἐσπουδακότι ἀνθάπτεσθαι γνώσεως. Χωρίζεταί τε ἡ Ἑλληνικὴ ἀλήθεια τῆς καθ [illegible] ἡμᾶς, εἰ καὶ τοῦ αὐτοῦ μετείληφεν ὀνόματος, κα[illegible] μεγέθει γνώσεως, καὶ ἀποδείξει κυριωτέρᾳ, καὶ θε[illegible] δυνάμει, καὶ τοῖς ὁμοίοις. Θεοδίδακτοι (76) γὰρ ἡμεῖ[illegible] ἱερὰ ὄντως γράμματα (77) παρὰ τῷ Υἱῷ τοῦ Θε[illegible] παιδευόμενοι· ἔνθεν οὐδ' ὡσαύτως κινοῦσι τὰς [illegible] χὰς, ἀλλὰ διαφόρῳ διδασκαλίᾳ. Εἰ δὲ διαστέλλεσ[illegible] ἡμᾶς διὰ τοὺς φιλεγκλήμονας δεήσει, συναίτιον φι[illegible] C σοφίαν (78) καὶ συνεργὸν λέγοντες τῆς ἀληθοῦς κα[illegible] λήψεως, ζήτησιν οὖσαν ἀληθείας, προπαιδείαν αὐ[illegible] ὁμολογήσομεν τοῦ γνωστικοῦ, οὐκ αἴτιον τ[illegible] μενοι τὸ συναίτιον· οὐδὲ μὴν τὸ συνεργὸν συνεκτι[illegible] οὐδ' ὡς οὐκ οὔσης ἄνευ τὴν φιλοσοφίαν (79). [illegible] σχεδὸν οἱ πάντες ἄνευ τῆς « ἐγκυκλίου παιδείας, » [illegible] φιλοσοφίας τῆς Ἑλληνικῆς, οἱ δὲ καὶ ἄνευ γ[illegible] μάτων, τῇ θείᾳ καὶ βαρβάρῳ κινηθέντες φιλοσο[illegible] δυνάμει (80) τὸν περὶ Θεοῦ διὰ πίστεως παρειλ[illegible] μεν λόγον, αὐτουργῷ σοφίᾳ πεπαιδευμένοι. Ὃ δὲ μεθ' ἑτέρου ποιεῖ, ἀτελὲς ὂν καθ' αὑτὸ ἐνεργεῖν, συνεργόν φαμεν καὶ συναίτιον, ἀπὸ τοῦ συναιτίου αἴτιον ὑπάρχειν (81), ἀπὸ τοῦ ἑτέρῳ συνελθεῖν, αἴτιον γίγνεσθαι ὠνομασμένον· καθ' ἑαυτὸ δὲ μὴ δύνασθαι τὸ ἀποτέλεσμα τὸ κατ' ἀλήθειαν παρέχειν. Καίτοι καὶ D καθ' ἑαυτὴν ἐδικαίου (82) ποτὲ καὶ ἡ φιλοσοφία τοὺς

✠ P. 377 ED. POTTER, 319 ED. PARIS.

(74) *Τοῦτόν φαμεν*. H. ms. τοῦτον μὲν οὖν φαμεν. Sylburg.

(75) *Εὐαρέτως*. Malim ἐναρέτως.

(76) *Θεοδίδακτοι*. Respicit I Thess. iv, 9 : Αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε.

(77) *Ἱερὰ ὄντως γράμματα*. « Vere sacras » appellat Christianorum « litteras, » ut eas distingueret ab Ægyptiorum, Chaldæorum, Æthiopum, aliorumve litteris, quæ dicebantur quidem, sed vere non erant ἱερὰ γράμματα.

(78) *Συναίτιον φιλ*. Malim cum articulo συναίτιον τὴν φιλοσοφίαν.

(79) *Οὐδ' ὡς οὐκ οὔσης ἄνευ τὴν φιλοσοφίαν*. A. et H., ἄνευ τῆς φιλοσοφίας· ut interpres quoque, « nec perinde ac non sit veritas absque philosophia. » Ego legendum puto, οὐδ' ὡς οὐ οὐκ ἄνευ, τὴν φιλοσοφίαν· i l est « neque ut causam sine qua non, statuentes philosophiam, » ut quemadmodum in præcedentibus membris nominata est causa adjuvans, et causa continens; ita hic exprimatur causa sine qua non; sicut infra quoque p. 180, 332, 333. Sylburg.

(80) *Δυνάμει*. Respicere videtur Rom. i, 4 : Τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης· I Thess. i, 5 : Τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη ἐν λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· vel alium locum his consimilem.

(81) *Ὑπάρχειν*. Si quis malit participium ὑπάρχον, per me licet. Sylburg.

(82) *Ἐδικαίου*. Conf. quæ superius dixit auctor, pag. 282 edit. Paris.

Ἕλληνας, οὐκ εἰς τὴν καθόλου δὲ δικαιοσύνην, εἰς ἣν εὑρίσκεται συνεργὸς, καθάπερ καὶ ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος βαθμὸς τῷ εἰς τὸ ὑπερῷον ἀνιόντι, καὶ ὁ γραμματιστὴς τῷ φιλοσοφήσοντι· οὐχ ὡς κατὰ τὴν ἀφαίρεσιν αὐτῆς ἤτοι ἐλλείπειν τῷ καθόλου Λόγῳ, ἢ ἀναιρεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν· ἐπεὶ καὶ ἡ ὄψις συμβάλλεται, καὶ ἡ ἀκοὴ, καὶ ἡ φωνὴ πρὸς ἀλήθειαν· νοῦς δὲ ὁ γνωρίζων αὐτὴν προσφυῶς. Ἀλλὰ τῶν συνεργῶν τὰ μὲν πλείονα, τὰ δ' ἐλάσσονα προσφέρεται δύναμιν. Ἡ γοῦν σαφήνεια συνεργεῖ πρὸς τὴν παράδοσιν τῆς ἀληθείας· καὶ ἡ διαλεκτικὴ πρὸς τὸ μὴ ὑποπίπτειν ταῖς κατατρεχούσαις αἱρέσεσιν. Αὐτοτελὴς μὲν οὖν καὶ ἀπροσδεὴς ἡ κατὰ τὸν Σωτῆρα διδασκαλία, « δύναμις οὖσα (83) καὶ σοφία τοῦ Θεοῦ· » προσιοῦσα δὲ φιλοσοφία ἡ Ἑλληνικὴ, οὐ δυνατωτέραν ποιεῖ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἀδύνατον παρέχουσα τὴν κατ' αὐτῆς σοφιστικὴν ἐπιχείρησιν, καὶ διακρουομένη τὰς δολερὰς κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπιβουλὰς, « φραγμὸς (84) » οἰκεῖος (85) εἴρηται καὶ θριγκὸς εἶναι « τοῦ ἀμπελῶνος. » Καὶ ἡ μὲν, ὡς ἄρτος, ἀναγκαία πρὸς τὸ ζῆν, ἡ κατὰ τὴν πίστιν ἀλήθεια· ἡ προπαιδεία δὲ προσοψήματι ἔοικεν καὶ τραγήματι. « Δείπνου (86) δὲ λήγοντος, γλυκὺ τρωγάλιον (87), » κατὰ τὸν Θηβαῖον Πίνδαρον. Ἄντικρυς δὲ ἐξεῖπεν ἡ Γραφή· « Πανουργότερος (88) ἔσται ἄκακος, συνιών· ὁ δὲ σοφὸς δέξεται γνῶσιν. » Καὶ « ὁ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ λαβὼν (89), τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ, » φησὶν ὁ Κύριος· « ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος αὐτὸν ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. » Ἔμπαλιν οὖν ἀδικεῖ ὁ σφετερισάμενος τὰ βαρβάρων, καὶ ὡς ἰδίαν (90) αὐχῶν, τὴν ἑαυτοῦ δόξαν αὔξων, καὶ ψευδόμενος τὴν ἀλήθειαν· οὗτος κλέπτης ὑπὸ τῆς Γραφῆς εἴρηται. Φησὶ γοῦν· « Υἱὲ, μὴ γίνου ψεύστης· ὁδηγεῖ γὰρ τὸ ψεῦσμα πρὸς τὴν κλοπήν. » Ἤδη δὲ ὁ κλέπτης, ὅπερ ὑφελόμενος ἔχει ἀληθῶς ἔχει, κἂν χρυσίον ᾖ, κἂν ἄργυρος, κἂν λόγος, κἂν δόγμα. Ἐκ μέρους τοίνυν ἃ κεκλόφασιν, ἀληθῆ μὲν, στοχαστικῶς δὲ καὶ ταῖς τῶν λόγων ἀνάγκαις ἴσασι, μαθητευθέντες οὖν, καταληπτικῶς ἐπιγνώσονται.

per se operari nequeat, causam cooperantem et concausam dicimus, ut quod ex conjunctione ac consociatione causæ alterius nomen causæ meruerit, per se autem non possit verum effectum producere. Quanquam per se quoque aliquando Græcos justificabat philosophia, sed non universa ac perfecta justitia, ad quam consequendam cooperatur, velut primus et secundus gradus ei, qui ascendit in cœnaculum; et grammaticus ei, qui est philosophaturus. Non quod, hac sublata, universali Logo **138** desit aliquid, vel perimatur veritas : cum et visus, et auditus, et vox conferat ad veritatem, mens autem sit, quæ eam naturaliter cognoscat. Sed ex iis quidem, quæ cooperantur, alia quidem majorem, alia vero minorem vim adhibent. Perspicuitas itaque cooperatur in traditione veritatis; dialectica, ne prosternamur ab hæresibus, quæ faciunt incursiones, adjuvat. Est autem per se perfecta, et nullius indiga Servatoris doctrina, cum sit « Dei virtus et sapientia; » accedens autem Græca philosophia, veritatem non facit potentiorem; sed cum debiles efficiat sophistarum adversus eam argumentationes, et propulset dolosas adversus veritatem insidias, dicta est « vineæ » apta « sepes » et vallus. Et ea quidem veritas, quæ fide percipitur, tanquam panis necessaria est ad vivendum; quæ autem præcedit disciplina, est obsonio similis et bellariis : « Desinente vero cœna, suavis placentula, » ut ait Pindarus Thebanus. Aperte autem dicit Scriptura : « Astutior erit simplex, intelligens : sapiens autem suscipiet cognitionem [a]. » Et : « Qui a se ipso quidem accepit, gloriam propriam quærit, » inquit Dominus : « qui autem quærit gloriam ejus, qui misit ipsum, verus est, et injustitia non est in ipso [b]. » Contra igitur se injuste gerit, qui sibi usurpavit ea, quæ sunt barbarorum, et tanquam propriam jactans, suam augens gloriam, et ementiens veritatem : is fur dictus est a Scriptura. Dicit itaque : « Fili, ne sis mendax; deducit enim mendacium ad furtum. » Jam autem fur id, quod habet surreptum, vere habet, etiamsi sit aurum, etiamsi ✠ argentum, etiamsi oratio, etiamsi dogma:

✠ P. 378 ED. POTTER, 320 ED. PARIS.

[a] Prov. xxi, 11. [b] Joan. vii, 18.

(83) *Δύναμις οὖσα*. Respicit I Cor. i, 24 : Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς, Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι, Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν.

(84) *Φραγμός*. Respicere videtur Matth. xxi, 33 : Ἄνθρωπος ἦν τις οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῇ περιέθηκε· vel Isa. v, 1, 2.

(85) *Οἰκεῖος*. Lowthius ait : « Forte legendum οἰκείως. » Mihi nil mutandum videtur.

(86) *Δείπνου*. Refertur inter fragmenta Pindari : Δείπνου δὲ λήγοντος, γλυκὺ τρωγάλιον. Et apud Athenæum lib. xiv, p. 274 Aldinæ edit. : Πίνδαρος δέ ἐστιν ὁ εἰπών· Δείπνου δὲ λήγοντος, γλυκὺ τρωγάλιον, καὶ περὶ παίδ' ἄφθονον βοράν. Interpres Dalechampius : « Ad exitum cœnæ, inquit Pindarus, dulce τρωγάλιον, et puerorum affluentem cibum. » Sehandit περιέθεσαν. Hesychius : Τρωγάλια, τὰ τραγήματα Λάκωνες. Pollux, Τρωγάλια esse dicit nuces, et mespila, et mala punica, et alia ejusmodi. Apud Suidam : Τρωγάλιον, οὕτω τὰ τραγήματα ἐκάλουν οἱ παλαιοί. Paulo post apud eumdem : Τρωκτὰ, τὰ κατακτά, corrige ex manuscripto : τὰ καταῤῥακτὰ τῶν ὀπωρῶν. Sic pag. 685 : « Græcam quoque attingit philosophiam, ut qui sit bellarium, » etc. COLLECT.

(87) *Γλυκὺ τρωγάλιον*. H. ms, γλυκέα τρωγάλια. SYLBURG. — Conf. *Archæologiæ* nostræ *Græcæ* lib. iv, cap. 20.

(88) *Πανουργότερος*. Videtur ea spectare, quæ sunt i cap. Prov. : Ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν, παιδὶ δὲ νέῳ αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν : « Ut det simplicibus astutiam : puero autem novo, sensum et cogitationem. » Versus est 4 in Latina, et « audiens sapiens, sapientior erit. » Ad verbum ex Hebræo « addet doctrinam, » id est fiet doctior, cognitionem promovebit. COLLECT. — Respicit auctor Prov. xxi, 11 : Ζημιουμένου ἀκολάστου πανουργότερος γίνεται ὁ ἄκακος, συνιὼν δὲ σοφὸς δέξεται γνῶσιν.

(89) *Λαβών*. Λαλῶν, Joan., ubi mox, οὗτος ἀληθής ἐστιν.

(90) *Ἰδίαν*. Forte ἰδίᾳ, « privatim : » vel, ἰδίοις, « proprio » nempe invento. SYLBURG.

Proinde quæ suffurati sunt, partim quidem vera sunt, verum ab illis per conjecturas, et ra necessitatibus concluduntur : quæ, cum discipuli facti fuerint, cum fiducia ac certitudine ag

CAPUT XXI.

Ex Moysis aliorumque prophetarum ætate, prolixe cum temporibus Græcorum comparata, ostend stituta et leges Judæorum multo esse antiquiora philosophia Græcorum.

B pati virtutem : nam nec ægrotat virtus. Sed tamen qui est utriusque particeps, et virtutis et morbi, urgenti dolore premitur; et si non fuerit magni et excelsi animi, qui nondum continentiæ habitum ✠ acquisivit, loco pellitur; et instar fugæ invenitur non tolerasse. Eadem est autem etiam ratio de paupertate. Nam ipsa quoque a necessariis, contemplatione, inquam, et pura peccati amotione, cessare cogit animam, ut quæ in victu quærendo versari eum cogat, qui non se totum Deo per dilectionem dedicaverit; sicut rursus sanitas et rerum necessariarum copia liberam custodit animam, ut quæ nullum habeat impedimentum, et sciat recte uti rebus præsentibus. « Tribulationem » enim
C « carnis habebunt, » inquit Apostolus, « qui sunt hujusmodi. Ego autem vobis parco; volo enim vos esse non sollicitos, ut decore et honeste Domino indivulse assideatis [c]. » Hæc sunt ergo amplectenda, non propter se, sed propter corpus : habetur autem cura corporis propter animam, ad quam fit relatio. Hac enim causa necesse est eum, qui vitam gnostice instituit, discere quid sit conveniens : nam bonum quidem non esse voluptatem, patet ex eo, quod malæ sint quædam voluptates; alioquin hac ratione videretur bonum esse malum, et malum bonum. Præterea autem si aliquas quidem expetimus voluptates, aliquas vero fugimus, tum non est quævis voluptas bonum. Similiter autem eadem quoque est ratio in doloribus, quorum
D aliòs quidem toleramus, alios vero fugimus. Fit autem electio et fuga ex scientia ; ac proinde bonum est, non voluptas, sed scientia, propter quam voluptates quasdam nonnunquam eligimus. Jam

✠ P. 573 ED. POTTER, 483 ED. PARIS. [a] Philip. I, 13, 14. [b] Rom. XV, 4. [c] I Cor. VII, 28, 32, 35.

πλοῦτος αὐτὸν ἐφύσησεν, οὔτε πενία ἐταπείνωσεν. « Beatus hic, licet in eum undique mitterentur sagittæ, tutior ac firmior nihilominus consistebat; cumque jacula innumerabilia excepisset, nihil de animi virtute remisit. Imo vero diaboli pharetram exhausit, ipse vero nec concedit, nec animo fractus est, sed tanquam gubernator optimus, neque furente mari, seseque offerentibus fluctibus obruebatur; neque in tranquillitate atque malacia erat desidiosior : parem potius artem ad temporis utriusque discrimen afferebat. COLLECT.

(41) *Τοῦ Θεοῦ*. Abest a Philip. I.

(42) *Ὅσα γὰρ ἡ Γραφὴ λέγει, εἰς τ.* Forsan auctor scripsit: Ὅσα γὰρ ἐγράφη, λέγει, εἰς τ. Vulg. Biblia Rom. XV, προεγράφη habent in utroque membro. Vox τῆς παρακλήσεως post ἔχωμεν abest ab iisdem Bibl. SYLBURG.

(43) *Καὶ εὖ χρ.* Pro καὶ malim τὴν, ut sensus sit, « Eam animam, quæ præsentibus uti norit, liberam et impedimentis immunem per sanitatem et rerum necessariarum copiam præstari. »

(44) *Θλίψιν*. In unum conjungit I Cor. VII, 28, 32, 35, ubi θέλω δὲ pro θέλω γάρ, et mox εὐπρόσεδρον pro εὐπάρεδρον exstat.

martyr eam, quæ spe capitur, voluptatem eligit per præsentem dolorem. Si autem in siti quidem dolor consideretur, in potu autem voluptas; dolor, qui præcessit, erit efficiens voluptatis; boni autem malum non erit efficiens; neutrum ergo est malum. Ac Simonides quidem, sicut ✠ etiam Aristoteles, scribit : « Homini quidem esse optimum, sanum esse; secundum autem, natura valentem et pulchrum; tertium autem, absque dolo et fraude esse divitem. » Et Theognis Megarensis :

Pauperiem ut fugias, piscosi et in æquora ponti,
Cyrne, et te aeriis dejicito ex scopulis.

Contra autem Antiphanes comicus : « Plutus, inquit, « cum plus aliis videntes acceperit aliquos, cæcos facit. » Jam a poetis prædicatur ab ortu esse cæcus :

Natum illi genuit, qui solem non videt unquam.

A Εἰ δὲ κατὰ μὲν δίψαν ἡ ἀλγηδὼν νοεῖται, κατὰ τὴν πόσιν δὲ ἡδονὴ, ποιητικὴ τῆς ἡδονῆς ἡ ἀλγηδὼν ἡ προϋπάρξασα γίνεται· ἀγαθοῦ δὲ ποιητικὸν τὸ κακὸν οὐκ ἂν γένοιτο· οὐθέτερον οὖν κακόν. Ὁ μὲν οὖν Σιμωνίδης (45), καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης (46). « Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ, » γράφει, « δεύτερον δ', εὐφυᾶ καλὸν γενέσθαι· τρίτον δὲ, πλουτεῖν ἀδόλως. Καὶ ὁ Μεγαρεὺς Θέογνις·

Χρὴ πενίην (47) φεύγοντα, καὶ εἰς βαθυκήτεα (48) [πόντον
Ῥιπτεῖν, καὶ πετρέων (49), Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Ἔμπαλιν δὲ Ἀντιφάνης (50) ὁ κωμικός· « Ὁ Πλοῦτος, » φησὶ, « πλέον θατέρου βλέποντας παραλαβὼν,
B τυφλοὺς ποιεῖ. » Αὐτίκα πρὸς τῶν ποιητῶν τυφλὸς ἐκ γενετῆς κηρύττεται·

Καί οἱ γείνατο κοῦρον, ὃς οὐκ ἠλέκτορα εἶδεν.

✠ P. 574 ED. POTTER.

(45) *Σιμωνίδης*. Aristoteles lib. I *Ethic.* ad Nicom. disticho illo epigrammatis Deliaci hæc distincta fuisse docet :

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν,
Ἥδιστον δὲ τυχεῖν οὗ τις ἕκαστος ἐρᾷ.

Justitia est pulcherrima res, suavissima rebus
Gaudere optatis, optima si valeas.

Quæ a Theognide usurpata sunt, immutato tantum altero sic :

Πρᾶγμα δὲ τερπνότατον οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν.

Illud vero secundum Græce ita Clemens, Δεύτερον
C εὐφυᾶ καλὸν γενέσθαι. At apud Stobæum tit. 101, *De felicitate*, Platonem in *Gorgia*, et Athenæum lib. XV in Canteri *Novis lectionib.* legitur : Δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι. « Secundum pulchrum indole esse, » vel « honesta specie esse. » Sic et Plato lib. I *De legib.* 631 : Ἡγεῖται μὲν ὑγίεια, κάλλος δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἰσχὺς, τέταρτον δὲ πλοῦτος οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων. « Primum locum obtinet bona valetudo, secundum forma, tertium robur corporis, quartum opes haud cæcæ, sed acutum cernentes. » Vide in Proverbiis, « Primum recte valere. » COLLECT. Cum impressis consentit etiam II. ms., sed Athenæi epitome ms. rectius, Δεύτερον δὲ φυὰν καλόν. Sic apud Platonem lib. II *De legib.* p. 661 (p. 792 edit. Francof.) : Λέγεται γὰρ, ὡς ἄριστον μὲν ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ ἰσχὺς, τέταρτον δὲ πλοῦτος. SYLBURG.—Stobæus hoc dictum Scleriæ tribuit, serm. 101, ubi hoc modo id recitat :

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ·
Δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι·
Τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως· εἶτα
Τέταρτον, ἡβᾷν μετὰ τῶν φίλων.

Optima quidem est sanitas viro mortali,
Deinde bona forma nasci,
Tertio divitiæ sine dolo partæ,
Postremo inter amicos pubescere.

Athenæus idem effatum, tanquam scolion inter pocula decantari solitum, recitat, lib. XV, c. 15, quo loco etiam memorat Anaxandriden comicum his verbis id derisisse :

Ὁ τὸ σκόλιον εὑρὼν ἐκεῖνος, ὅστις ἦν,
Τὸ μὲν ὑγιαίνειν πρῶτον ὡς ἄριστον ἦν,
Ὠνόμασεν ὀρθῶς· δεύτερον δὲ εἶναι καλὸν,
Τρίτον δὲ πλουτεῖν. Τοῦθ', ὁρᾷς, ἐμαίνετο·
Μετὰ τὴν ὑγίειαν γὰρ τὸ πλουτεῖν διαφέρει,
Καλὸς δὲ πεινῶν ἐστιν αἰσχρὸν θηρίον.

Auctor hujus scolii, quicunque ille sit,
Bonam valetudinem omnium rerum esse præstantissimum,
Recte quidem judicavit; secundo vero loco, nasci formosum;
Ac tertio, divitem. Hic, vides, insanit :
Post bonam valetudinem præcipuæ sunt opes,
Pulcher si inops esurit, fœda bestia est.

Theodoretus hæc a Clemente, pro more suo, sumpsisse videtur, serm. 11, cui tit. *De fine et judicio*, p. 63, 64 : Μᾶλλον δὲ οὗτος, ὡς ἔοικεν, ἠκολούθησε Σιμωνίδῃ τῷ ποιητῇ· ἐκεῖνος γὰρ ἔφη· Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρί· δεύτερον δὲ, φυὰν καλὸν γενέσθαι· τρίτον δὲ, πλουτεῖν ἀδόλως. Καὶ ὁ Θέογνις δὲ τὴν πενίαν φεύγειν παρεγγυᾷ, καὶ φησί·

Χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ εἰς μεγακήτεα πόντον
Ῥιπτεῖν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Unde vix dubitari potest, quin apud Clementem, δεύτερον δὲ, φυὰν καλὸν γενέσθαι, scribendum sit pro δεύτερον δ', εὐφυᾶ καλὸν γενέσθαι.

(46) *Καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης*. Hic scilicet ad complendam felicitatem, non solum animi, sed etiam corporis ac fortunæ bona exigit. Hinc Theodoretus paulo ante verba modo allata hæc dicit : Ἀριστοτέλης.... ξυμπληροῦσθαι τὴν εὐδαιμονίαν ἐκ τριγενείας ἔφη, ἐκ τῶν κατὰ ψυχὴν, ἐκ τῶν κατὰ σῶμα, ἐκ τῶν ἐκτός· χρῆναι γὰρ τὸν εὐδαίμονα ἔλεγε, μὴ μόνον ἀρετῇ κοσμεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ῥώμην ἔχειν, καὶ ὥρᾳ λάμπειν, καὶ πλούτῳ περιῤῥεῖσθαι· τὸν δὲ τινὸς τούτων ἐστερημένον, ἥκιστα καλεῖσθαι εὐδαίμονα. « Aristoteles ex triplici bonorum genere,
D scilicet animæ, corporis, et externis bonis, plenam felicitatem fieri affirmavit. Aiebat enim, qui vere felix habendus sit, eum non modo virtute excultum esse oportere, sed et robusta præditum valetudine, et forma insignem, et divitiis affluentem; qui autem horum careat aliquo, felicem appellandum non esse. » Conf. sup. *Strom.* II, pag. 416 edit. Par.

(47) *Χρὴ πενίην*. Ἣν δὲ χρὴ, Theogn. *Gnom.* v. 175, ubi præcessit *paupertatis* mentio.

(48) *Βαθυκήτεα*. Theognidis edit. vulg. μεγακήτεα; Plut. pag. 644, μεγακήτεα, at p. 463, βαθυκήτεα. H. SYLB. —Βαθυκήτεα Theodoret.

(49) *Ῥιπτεῖν, καὶ πετρέων*. Ῥίπτειν, καὶ πετρῶν Theogn., Theodoret.

(50) *Ἀντιφάνης*. Antiphanis locus apud Stobæum, tit. 91, plenius sic legitur :

Ὁ Πλοῦτος ἡμᾶς, καθάπερ ἰατρὸς κακὸς,
Τυφλοὺς, βλέποντας παραλαβὼν, πάντας ποιεῖ.

SYLBURG.

φησὶν ὁ Χαλκιδεὺς Εὐφορίων·

Κακὸν οὖν ἦν τὸ παίδευμ' εἰς εὐανδρίαν
Ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν, αἵ τ' ἄγαν τρυφαί,

ἐν τῷ *Ἀλεξάνδρῳ* ὁ Εὐριπίδης πεποίηκεν. Εἴρηται γε, « Ἡ πενία (51) σοφίαν λάχε, διὰ τὸ συγγενὲς (52). Ἀ φιλοχρηματία (53) δὲ οὐ *Σπάρταν* μόνον, ἀλλὰ *πᾶσαν πόλιν* ἕλοι ἄν. » — « Οὔκουν (54) μόνον τοῦτο νόμισμα, λευκὸς ἄργυρος ἢ χρυσός, ἔστιν, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀρετὴ βροτοῖς, » ὡς φησὶν ὁ Σοφοκλῆς.

A ait Euphorion Chalcidensis

Nil pejus opibus fortitudinem docet
Homines misellos, nimiaque luxuries comes,

dixit in *Alexandro* Euripides. Dictum certe est : « Paupertati obtigit sapientia propter cognationem ; amor autem pecuniæ non solum *Spartam*, sed etiam *quamvis urbem* ceperit. » — « Non est ergo hic solum nummus, album argentum vel aurum, sed etiam virtus mortalibus, » ut ait Sophocles.

CAPUT VI.

Aliquot beatitudinum capita exponit.

Ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ὁ ἅγιος καὶ ἐπὶ τῶν πνευματικῶν, καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν, τὴν πενίαν, καὶ τὸν πλοῦτον, B καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, ἔταξεν· εἰπὼν γάρ, « Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, » σαφῶς ἡμᾶς διδάσκει ἐν πάσῃ περιστάσει τὸν μάρτυρα ζητεῖν· ὅς, ἐὰν πτωχὸς ᾖ διὰ δικαιοσύνην, « μαρτυρεῖ (55) » δικαιοσύνην ἀγαθὸν εἶναι, ἣν ἠγάπησεν· « κἂν πεινῇ, κἂν διψῇ διὰ δικαιοσύνην, » μαρτυρεῖ δικαιοσύνην τὸ ἄριστον τυγχάνειν. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ κλαίων καὶ ὁ πενθῶν διὰ δικαιοσύνην μαρτυρεῖ τῷ βελτίστῳ νόμῳ εἶναι καλῷ. Ὡς οὖν « τοὺς δεδιωγμένους, » οὕτω δὲ καὶ « τοὺς πεινῶντας καὶ τοὺς διψῶντας διὰ δικαιοσύνην, » μακαρίους λέγει, ὁ τὸν γνήσιον ἀποδεχόμενος πόθον (56), ὃν οὐδὲ λιμὸς διακόψαι ἴσχυσεν. Κἂν « τὴν δικαιοσύνην αὐτὴν πεινῶσι, μακάριοι. μακάριοι » δὲ καὶ « οἱ πτωχοὶ » εἴτε « πνεύματι » εἴτε περιουσίᾳ, διὰ δικαιοσύνην δηλονότι. Μή τι οὖν C

✠ Servator autem noster ille sanctus, tum ad spiritualia, tum ad sensilia applicavit paupertatem, et divitias, et quæ sunt his similia. Cum enim dixit: « Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam [a], » aperte nos docet, in omni casu quærere martyrem ; qui, si fuerit pauper propter justitiam, « testatur » esse bonum, quam dilexit, justitiam ; et si « esuriat et sitiat propter justitiam, » justitiam testatur esse optimum. Similiter autem qui flet quoque et luget propter justitiam, testatur optimam legem esse pulchram et honestam. Quemadmodum ergo eos, « qui persecutionem patiuntur, » ita etiam « qui esuriunt et sitiunt propter justitiam, » beatos dicit, sincerum approbans desiderium, quod ne fames quidem potuit perfringere. Et si « ipsam sitiant justitiam, beati [b]. Beati sunt » autem « pauperes » quoque, sive « spiritu [c], » sive facultatibus,

✠ P. 575 ED. POTTER, 484 ED. PARIS. [a] Matth. v, 10. [b] Ibid. 6. [c] Ibid. 3.

Refertur a Stobæo tit. 91 :

Ὁ δὲ Πλοῦτος ἡμᾶς, καθάπερ ἰατρὸς κακός,
Τυφλοὺς, βλέποντας παραλαβὼν, πάντας ποιεῖ.
Verum divitiæ nos, ceu malus medicus,
Videntes assumptos omnes excæcant.

Euripidis porro sententia ibidem recitatur, ubi pro κακὸν τὸ παίδευμ' εἰς εὐανδρίαν, legitur, κακόν τι βούλευμ' ἄρ' εἰς εὐανδρίαν. « Malum sane consilium ad fortitudinem sunt divitiæ hominibus. » In manuscripto citatur hoc distichum ex *Alexandro* Euripidis, non, ut habet impressus, ex *Alexandra*. In Græco Clementis erat, ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ Εὐριπίδης, *in Alexandro Euripides ;* itemque superius illud ex Antiphane manuscriptus, non, ut impressus, ex Aristophane ; cum quo non convenit, quod de Pluto a nativitate cæco tradit Euphorion, nam a Jove excæcatum fingit. COLLECT. — Hoc dictum Antiphanis H. Grotius sic exhibet, *Excerpt. e trag. et com.*, p. 633 :

.... *Ὁ Πλοῦτος πλέον*
Θατέρων βλέποντας παραλαβὼν, τυφλοὺς ποιεῖ.

(51) *Ἡ πενία.* Cum dicto de paupertate consonat hoc Theocriti :

Ἀ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

SYLBURG. Proverbium est, quod Zenodotus citat ex Euripide, alii tribuunt Aristoni : « Ignava est opulentia : verum inopia est artium repertrix, ingeniique venter, » ait Persius. Vide chil. 1, cent. 5, 22, et chil. 2, cent. 7. Illud alterum natum ex oraculo reddito Cleomeni et Theopompo, Spartæ regibus, tum demum vincendos esse Lacedæmonios, cum aurum et argentum in pretio cœperint habere. Sophoclis gnomen exscripsit in lib. I *De virtute* Stobæus ex ejus *Œdipode*. COLLECT.

(52) *Διὰ τὸ συγγενές.* An potius διὰ τὸ δυστυχές, « propter infortunium? » Id enim exstat inter fragmenta *Polyidi* Euripidis, et apud Stobæum sermone 93 :

Πλουτεῖς· τὰ δ' ἄλλα μὴ δοκεῖς ξυνιέναι·
Ἐν τῷ γὰρ ὄλβῳ φαυλότης ἔνεστί τις.
Πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές.
Es dives : at scis præter hoc unum nihil;
Id adesse vitium quippe divitiis solet ;
Magis malo coacta paupertas sapit.

(53) *Ἀ φιλοχρηματία.* Oraculum de Sparta, mutato verbo, legitur apud Plutarchum pag. 142 : Ἀ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, « Spartam perdet : » cum hic sit ἑλεῖ, « capiet, » inquit Sylburg. Hoc oraculum Theopompo et Alcameni, Spartæ regibus, redditum fuisse refert Plutarchus sub finem *Institutorum Laconic.* Ejusdem meminerunt etiam Pausanias in *Bœoticis* pag. 591, 592, edit. Hanov. et Ælianus *Var. hist.* lib. XIV, cap. 29, ubi Lysandrum Spartanos hoc oraculum, ut etiam præceptum, quod D Lycurgus auri argentique usum prohibuit, contemnere docuisse memorant. Conf. Plutarchus in Lysandro. Oraculum hoc modo plenius scribitur :

Ἀ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν.
Divitiarum amor Spartam perdet, aliud vero nihil.

(54) *Οὔκουν.* In Sophoclis loco si τοῦτο expungatur, metrum constabit rectius,

Οὔκουν μόνον νόμισμα λευκὸς ἄργυρος,
Ἢ χρυσός ἐστιν, ἀλλὰ κ' ἀρετὴ βροτοῖς.

SYLBURG. —Verum hos versus e Sophoclis *Œdipo de* hoc modo recitat Stobæus serm. 1 :

Οὔ τοι νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον
Καὶ χρυσός ἐστιν· ἀλλὰ κ' ἀρετὴ βροτοῖς
Νόμισμα κεῖται πᾶσιν, ᾗ χρῆσθαι χρεών.

(55) *Μαρτυρεῖ.* Alludit ad τὸν μάρτυρα.

(56) *Ὁ τὸν γνήσιον ἀποδεχόμενος πόθον.* Congruentius, τοὺς τὸν γνήσιον ἀποδεχομένους

propter justitiam videlicet. Non ergo absolute pauperes, sed eos, qui propter justitiam voluerint fieri pauperes, eos beatos esse dicit; qui scilicet hujus mundi honores contempserunt, ut bonum acquirerent; perinde ac eos quoque qui honesti moribus et corpore fuere per castitatem, clarosque et illustres, qui propter justitiam provecti sunt ad filiorum adoptionem, et ideo « acceperunt potestatem ut filii Dei fierent, et super serpentes et scorpios ambularent et in dæmones et in adversarii copias dominatum obtinerent [a]. » Et, ut in summa dicam, Dominica exercitatio grate ac lubenter animam abducit a corpore, si quidem ipsa quoque seipsam transferendo avellit. « Qui enim amat animam suam, perdet **208** illam : et qui perdidit, inveniet ipsam [b]; » si modo nostram fragilitatem applicemus ad Dei incorruptionem. Dei autem voluntas est, ut Deum agnoscamus, qua ratione ejus incorruptionis participes erimus. Qui ergo per pœnitentiæ rationem peccatricem agnoscit « animam, perdet » ipsam a peccato, a quo est avulsa; « perditam » autem « inveniet » per obedientiam, ut quæ fidei quidem revixerit, mortua autem sit peccato. Hoc est ergo invenire animam, « nosse seipsum. » Eam autem, quæ fit ad divina, conversionem, Stoici quidem dicunt fieri per quamdam mutationem, dum anima mutatur ad sapientiam; Plato autem; « animæ ad meliora circumactionem, et conversionem ex nocturno quodam die. » ✠ Jam etiam viro bono permittunt philosophi, ut liceat animam justa de causa educere, si quis ab agendo adeo fuerit remotus, ut nulla ei spes amplius reliqua sit actionis. Judex autem, qui per vim urget, ut dilectum negemus, videtur detegere, quisnam Deo amicus sit, et quis non. Hic autem ne comparatio quidem relinquitur, quid quisnam magis elegerit, minasne hominum, an Dei dilectionem. Et abstinentia a malis actionibus invenitur quodammodo diminutio et exstinctio malorum, dum eorum tollitur operatio per cessationem ab agendo. Et hoc est, « Vende quæ habes, et da pauperibus; et veni, et sequere me [c]; » hoc est, sequere ea quæ dicuntur a Domino. Et per

A οὐχ ἁπλῶς τοὺς πένητας, ἀλλὰ τοὺς ἐθελήσαντας διὰ δικαιοσύνην πτωχοὺς γενέσθαι, τούτους μακαρίζει, τοὺς καταμεγαλοφρονήσαντας τῶν ἐνταῦθα τιμῶν εἰς περιποίησιν τἀγαθοῦ· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς καλοὺς τὸ ἦθος καὶ τὸ σῶμα δι' ἁγνείαν γενομένους, τούς τε εὐγενεῖς καὶ ἐνδόξους, τοὺς διὰ δικαιοσύνην εἰς υἱοθεσίαν ἐληλακότας, καὶ διὰ τοῦτο « εἰληφότας (57) ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, καὶ ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων περιπατεῖν, » κυριεύειν τε καὶ δαιμόνων καὶ τῆς « τοῦ Ἀντικειμένου στρατιᾶς. » Καὶ ὅλως ἡ Κυριακὴ ἄσκησις ἀπάγει τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος εὐχαρίστως, εἴγε καὶ αὐτὴ αὐτὴν κατὰ μετάθεσιν ἀποσπᾷ. « Ὁ γὰρ ἐρῶν (58) τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας εὑρήσει αὐτήν· » ἢν μόνον τὸ ἐπίκηρον ἡμῶν ἐπιβάλλωμεν τῇ τοῦ Θεοῦ B ἀφθαρσίᾳ. Θέλημα δὲ τοῦ Θεοῦ, ἐπίγνωσις τοῦ Θεοῦ, ἥτις ἐστὶ κοινωνία ἀφθαρσίας. Ὁ τοίνυν ἐπιγινώσκων κατὰ τὸν τῆς μετανοίας λόγον ἁμαρτωλὸν « τὴν ψυχὴν, ἀπολέσει » αὐτὴν τῆς ἁμαρτίας, ἧς ἀπέσπασται· « ἀπολέσας » δὲ, « εὑρήσει » κατὰ τὴν ὑπακοὴν, τὴν ἀναζήσασαν (59) μὲν τῇ πίστει, ἀποθανοῦσαν δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ. Τοῦτ' οὖν ἐστι τὸ εὑρεῖν τὴν ψυχὴν, τὸ « γνῶναι ἑαυτόν. » Τὴν δὲ μεταστροφὴν τὴν ἐπὶ τὰ θεῖα οἱ μὲν Στωϊκοὶ ἐκ μεταβολῆς φασι γενέσθαι, μεταβαλούσης τῆς ψυχῆς εἰς σοφίαν· Πλάτων (60) δὲ, « τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ ἀμείνω περιαγωγὴν λαβούσης, καὶ μεταστροφὴν ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας. » Αὐτίκα εὔλογον ἐξαγωγὴν τῷ σπουδαίῳ συγχωροῦσι καὶ οἱ φιλόσοφοι, εἴ τις τοῦ πράσσειν αὐτὸν οὕτως τηρήσειεν αὐτῶν, ὡς μηκέτι (61) ἀπολελεῖφθαι αὐτῷ C μηδὲ ἐλπίδα τῆς πράξεως. Ὁ δὲ ἐκβιασάμενος δικαστὴς ἀρνεῖσθαι τὸν ἠγαπημένον διελέγχειν μοι δοκεῖ τὸν φίλον τῷ Θεῷ, καὶ τὸν μή. Ἐνταῦθα οὐδὲ σύγκρισις ἔτι ἀπολείπεται, τί ἄν τις καὶ μᾶλλον ἕλοιτο, ἀπειλὴν ἀνθρωπίνην, ἢ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ· καί πως ἡ τῶν κακῶν πράξεων ἀποχὴ μείωσίς τε καὶ σβέσις τῶν κακῶν εὑρίσκεται, καθαιρουμένης τῆς ἐνεργείας αὐτῶν διὰ τῆς ἀπραξίας· καὶ τοῦτ' ἔστι, « Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς· καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι· » τουτέστιν, τοῖς ὑπὸ τοῦ Κυρίου λεγομένοις ἕπου. Ὑπάρχοντα δέ φασί τινες αὐτὸν εἰρηκέναι τὰ ἐν τῇ ψυχῇ ἀλλότρια (62)· καὶ πῶς τοῖς D πτωχοῖς ταῦτα διανέμεται, οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν· ἀλλ'

✠ P. 576 ED. POTTER, 485 ED. PARIS. [a] Joan. I, 12; Luc. X, 19. [b] Joan. XII, 25; Matth. X, 39. [c] Matth. XIX, 21.

πόθον. Sylburg. — Sed recepta lectio verior est, cujus sensum Latine expressimus.

(57) *Διὰ τοῦτο εἰληφ.* Respicit Joan. I, 12 : Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· et Luc. X, 18, 19 : Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. Ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει.

(58) *Ἐρῶν.* Φιλῶν Joan. XII, 25, hoc Christi dictum recitans : sed malim εὑρών, quod extat Matth. X, 39 : Unde sequitur, cum in Evangeliis, tum etiam hic apud Clementem : Ὁ ἀπολέσας εὑρήσει αὐτήν.

(59) *Ἀναζήσασαν.* Respicit Rom. VI, 4, 5, vel similem Apostoli locum.

(60) *Πλάτων.* Locus est ex VII *De republica*, p. 528. Vide lib. V *Strom.* Collect.—Platonis sententia sic se habet in lib. VII *De repub.*, p 696, edit. Francofurt. : Τοῦτο δὴ, ὡς ἔοικε, οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφὴ, ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγὴ, ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰούσης ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι. « Hæc, ut videtur, non erit testæ revolutio, sed animæ circumductio, a nocturno quodam die ad ejus, quod vere est, contemplationem. Quem quidem ascensum veram philosophiam esse dicemus. »

(61) *Εἴ τις τοῦ πράσσειν αὐτὸν οὕτως τηρήσειεν αὐτῶν, ὡς μ.* Rectius A. pro οὕτως τηρήσειεν, legit οὕτω στερήσειεν, « ita privarit, sic orbarit, » inquit Sylburg. Scribe, εἴ τις τοῦ πράσσειν οὕτως τηρήσειεν αὐτὸν, ὡς μ., etc., ut deleatur τὸ αὐτῶν. Heinsius.

(62) *Τὰ ἐν τῇ ψυχῇ ἀλλότρια.* Flor., τὰ ἐν τῇ ψυχῇ ἀλλοτρίᾳ, perperam. Sylburg.

ς γὰρ πάντα πᾶσι μερίζει κατ' ἀξίαν, δικαίας A ; τῆς οἰκονομίας. Καταφρονήσας οὖν, φησὶ, τῶν χόντων, ἃ ὁ Θεὸς μερίζει διὰ τῆς σῆς μεγαλειό-, ἕπου τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, σπεύδων πρὸς οῦ πνεύματος ἄνοδον (63), οὐκ ἀποχῇ κακῶν δικαιωθεὶς, πρὸς δὲ καὶ τῇ Κυριακῇ τελειω-εὐποιίᾳ (64). Αὐτίκα τὸν καυχώμενον τελείως τοῦ νόμου προστάγματα πεπληρωκέναι διή-, μὴ τὸν πλησίον ἀγαπήσαντα· εὐεργεσίαν (65) ἀπη ἐπαγγέλλεται, ἡ κυριεύουσα τοῦ Σαββάτου πανάβασιν γνωστικήν. Δεῖν δ' (66), οἶμαι, μήτε όδον κολάσεως, μήτε διά τινα ἐπαγγελίαν δό-(67), δι' αὐτὸ δὲ τὸ ἀγαθὸν, προσεληλυθέναι τῷ ρίῳ λόγῳ. Οἱ τοιοῦτοι ἐκ δεξιῶν ἵστανται (68) γιάσματος· οἱ δὲ διὰ τῆς τῶν φθαρτῶν δόσεως B καὶ ἀντικαταλλάσσεσθαι τὰ τῆς ἀφθαρσίας, ἐν τῇ δυεῖν ἀδελφῶν » παραβολῇ « μίσθιοι » κέκλην-ται μήτι γε ἐνταῦθα τὸ « καθ' ὁμοίωσιν καὶ εἰ-ἀνακύπτει; ἵν' οἱ μὲν κατὰ τὴν πρὸς τὸν Σωτῆρα σιν (69) συμπολιτεύωνται, οἱ δὲ ἐξ εὐωνύμων ἱστά-κατὰ τὴν τούτων εἰκόνα. Τρία (70) τοίνυν ἐστὶν ἧς ἀληθείας, μιᾶς ῥίζης ἀμφοῖν ὑποκειμένης, ως δὲ οὐκ ἴσης, μᾶλλον δὲ τῆς κατὰ τὴν αἵρεσιν ς οὐκ ἴσης. Διαφέρει δ', οἶμαι, τὸ κατὰ μί-ελέσθαι τοῦ κατὰ γνῶσιν ἑλομένου, ὡς τὸ πεπυ-ον καὶ τὸ πεφωτισμένον. Φῶς οὖν τῆς κατὰ τὴν ν ὁμοιότητος ὁ Ἰσραήλ· ὁ δὲ ἄλλος εἰκών. Τί δὲ αι ἡ « τοῦ Λαζάρου » παραβολὴ τῷ Κυρίῳ, ου καὶ πένητος εἰκόνα δεικνύουσα; Τί δὲ, « Οὐδεὶς ι δυσὶ δουλεύειν κυρίοις, Θεῷ καὶ μαμωνᾷ; » C ιλαργυρίαν οὕτως ὀνομάσαντος τοῦ Κυρίου. ι εἰς τὴν κλῆσιν τοῦ δείπνου οἱ φιλοκτήμονες τες οὐκ ἀπαντῶσιν· οὐ διὰ τὸ κεκλῆσθαι (71), διὰ τὸ προσπαθῶς κεκτῆσθαι. « Αἱ ἀλώπεκες ωλεοὺς ἔχουσι· » τοὺς ἀμφὶ τὸν μεταλλευόμε-αἱ γεωρυχούμενον διατρίβοντας πλοῦτον κα-ς ἀνθρώπους καὶ γηγενεῖς, ἀλώπεκας προσ-Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ Ἡρώδου· « Ὑπάγετε (72), τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ· Ἰδοὺ ἐκβάλλω δαι-, καὶ ἰάσεις ἀποτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῃ τελειοῦμαι. » — « Πετεινὰ γὰρ οὐρανοῦ, » τοὺς

A vocem ὑπάρχοντα, nonnulli dicunt intelligi ea, quæ sunt aliena in anima; sed quomodo ea distribuantur pauperibus, minime possunt dicere. Sed enim Deus omnia omnibus distribuit pro meritis, cum justa sit ejus dispensatio. Facultatibus ergo, inquit, contemptis, quas Deus distribuit per tuam magnificentiam, sequere ea, quæ a me dicuntur, contende ad ascensum spiritus; non solum justificatus per abstinentiam a malis, sed etiam Dominica consummatus beneficentia. Jam vero eum, qui gloriabatur se legis præcepta perfecte adimplesse, refellit, quod non dilexisset proximum. Beneficentiam autem profitetur charitas, quæ dominatur Sabbato per gnosticam superioritatem. Existimo autem oportere, neque propter metum supplicii, neque propter aliquam doni promissionem, sed B propter ipsum bonum accedere ad verbum salutare. Qui autem tales sunt, stant a dextris sanctuarii; qui autem pro donatione eorum, in quæ cadit corruptio et interitus, existimant se vicissim accepturos incorruptionem, in « duorum fratrum » parabola vocati sunt « mercenarii[a]. » Et nunquid hic quoque illud, « ad similitudinem et imaginem[b] » elucet? ut illi quidem secundum Servatoris similitudinem vitam instituant; qui autem stant a sinistris, ad imaginem horum. Tria ergo sunt a veritate cum ambobus sit una subjecta radix, ✠ eorum vero electio, vel potius differentia secundum electionis varietatem non sit æqualis. Differt autem, ut existimo, qui eligit ex imitatione ab eo qui eligit ex cognitione, ut id, quod est ignitum, C ab eo quod illuminatum. Lumen ergo similitudinis secundum Scripturam est Israel; alius autem, imago. Quid autem intelligit Dominus per « Lazari » parabolam[c], quæ exhibet imaginem divitis et pauperis? Quid vero, « Nemo potest duobus dominis servire, Deo et mammonæ[d]? » pecuniæ scilicet amorem sic vocat Dominus. Jam qui suarum possessionum amore tenebantur, ad cœnam vocati non veniunt[e]; non quod vocarentur, sed quod possiderent cum affectione. « Vulpes » itaque « foveas habent[f]; » eos, qui in effodiendis et infodiendis versantur divitiis, homines pravos et plane terræ filios, « vul-

P. 577 ED. POTTER, 486 ED. PARIS. [a] Luc. xv, 11. [b] Gen. I, 26. [c] Luc. xvi, 19. [d] Matth. ; Luc. xvi, 13. [e] Matth. xxii, 2; Luc. xiv, 16. [f] Matth. viii, 20; Luc. ix, 58.

Τὴν τοῦ πνεύματος ἄνοδον. Conf. Plato', iperius dicto.

Τῇ Κυριακῇ . . . εὐποιίᾳ. Intelligit « beneam, » quæ ad exemplum Domini fit, ὃς διῆλ-εργετῶν, Act. x, 38.

Εὐεργεσίαν. Respicere videtur Matth. xii, o loco, postquam Christus manum aridam bbati sanasset, dicit: Ὥστε ἔξεστι τοῖς σάβ-αλῶς ποιεῖν. Conf. Marc. iii, 4; Luc. vi, 6.

Δεῖν δ'. Perfectiores statuit eos, ac proinde præmio dignos, qui propter solum boni m, quam qui metu pœnæ, vel spe præmii, gunt. Sic infra p. 529 edit. Paris.: Κρίναν-ὅτι καλὸν τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν, ἐκτενῶς ἡ ἐνέρ-ρομένη ἐν πάσῃ πράξει ἀγαθύνεται· . . . μήτε αν ἔτι, . . . μήτε διὰ μισθὸν, εἴτε παρὰ ἀνθρώ-τε ἐκ Θεοῦ, κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν τοῦ τὸν βίον ἐκτελοίη.

Διά τινα ἐπαγγελίαν δόσεως. Forte rectius ος ἐπαγ. δ., « propter dationis alicujus pronem, » ut mox. Sylburg.

D (68) *Ἐκ δεξιῶν ἵστ*. Hoc est, priorem locum obtinent; ut posteriorem, qui stant a sinistra. Conf. superius p. 570, et ibi adnotata.

(69) *Ὁμοίωσιν*. Perfectissimos esse vult, qui vitam suam secundum Christi ὁμοίωσιν instituunt; minus perfectos, qui illos perfectiores imitantur et secundum eorum εἰκόνα vivunt. Aliis locis dicit Christum esse Θεοῦ εἰκόνα, hominem εἰκόνα Christi, ac proinde εἰκόνα εἰκόνος, « imaginem imaginis. » Conf. *Protrept.* pag. 62, *Strom.* v, p. 594, edit. Paris. Quandoque etiam Dei εἰκόνα et ὁμοίωσιν distinguit, ut imperfectius a perfectiore: qua de re conf. *Pædag.* lib. I, cap. 12.

(70) *Τρία*. Δύο legendum pro τρία, arguit sequens vocabulum ἀμφοῖν. Sylburg.

(71) *Οὐ διὰ τὸ κεκλῆσθαι*. Scribendum, οὐ διὰ τὸ μὴ κεκλῆσθαι, « non quod non sint vocati. » Vel potius, οὐ διὰ τὸ κεκτῆσθαι, « non quod possiderent, sed quod possessionibus suis nimium addicti essent. »

(72) *Ὑπάγετε*. Πορευθέντες, Luc., ubi mox ἐπιτελῶ pro ἀποτελῶ.

pes » appellavit. Similiter etiam de Herode : « Abite, dicite huic vulpi: Ecce dæmonia ejicio, et ægros curo hodie et cras, et tertio consummor [a]. » Volucres » enim « cœli [b], » eos, qui « cœlo » a reliquis avibus sunt distincti, ac vere puri, et ad cœlestis Logi seu verbi cognitionem evolare parati, vocavit. Neque solum divitiæ, gloria et matrimonium, sed etiam paupertas, ei, qui ipsam ferre nequit, innumerabiles affert sollicitudines. Atque has quidem curas significavit in parabola seminis quadripartiti, ubi dicit « semen Logi, » seu verbi, quod « cecidit in spinas » et sepes fuisse ab eis « suffocatum, » et fructum nequivisse producere [c]. Discere ergo necesse est, quomodo unoquoque eorum, quæ accidunt, utendum sit, ut per vitam bene ac gnostice actam ad habitum vitæ æternæ exerceamur. « Vidi » enim, inquit, « impium superexaltatum et elatum sicut cedros Libani: et transii, » inquit Scriptura, « et ecce non erat; et quæsivi ipsum, et non est inventus locus ejus. Custodi innocentiam, et vide rectitudinem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico [d]. » Talis autem fuerit, qui non simulate credit ex toto corde, et toto est animo tranquillus. « Alter enim populus labiis honorat, cor vero ejus longe ✠ abest a Domino [e]. Ore suo benedicunt, corde vero suo exsecrantur [f]. Dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei; cor autem eorum non erat rectum cum ipso, neque fideles fuerunt in testamento suo [g]. » Et ideo « muta fiant labia dolosa [h], et perdat Dominus labia dolosa omnia, linguam magniloquam, eos qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt; quis est noster Dominus? **209** Ab afflictione inopum et ejulatu pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus,

οὐρανῷ τῶν ἄλλων ὀρνέων διακεκριμένους, καθαροὺς τῷ ὄντι, τοὺς εἰς τὴν τοῦ οὐρανίου Λόγου γνῶσιν πτητικοὺς, προσεῖπεν· οὐ γὰρ δὴ μόνον πλούτου καὶ δόξης καὶ γάμου, ἀλλὰ καὶ πενίας, τῷ μὴ φέροντι μυρίαι φροντίδες. Καὶ μὴν ταύτας ἐν τῇ παραβολῇ τοῦ τετραμεροῦς σπόρου ᾐνίξατο τὰς μερίμνας, « τὸ σπέρμα τοῦ Λόγου » φήσας « τὸ εἰς ἀκάνθας » καὶ φραγμοὺς πεσὸν, « συμπνιγῆναι » ὑπ' αὐτῶν, καὶ μὴ καρποφορῆσαι δυνηθῆναι. Μαθεῖν οὖν ἀνάγκη ὅπως ἑκάστῳ τῶν προσπιπτόντων χρηστέον, ὡς δι' εὐζωίας γνωστικῆς εἰς ἕξιν ἀϊδίου συνασκηθῆναι ζωῆς. « Εἶδον (73) » γὰρ, φησὶ, « τὸν ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρῆλθον, » λέγει ἡ Γραφὴ, « καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν· καὶ ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ. Φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα· ὅτι ἔστιν ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ. » Οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ ἀνυποκρίτως ἐξ ὅλης καρδίας πιστεύων, καὶ πάσῃ τῇ ψυχῇ γαληνιῶν· « Ὁ γὰρ λαὸς ὁ ἕτερος (74) τοῖς χείλεσι τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτοῦ πόῤῥω ἄπεστιν ἀπὸ Κυρίου. Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλογοῦσι, τῇ δὲ καρδίᾳ αὐτῶν καταρῶνται (75). Ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτόν (76)· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ. » Διὰ τοῦτο « ἄλαλα γενηθήτω πάντα (77) τὰ χείλη τὰ δόλια· καὶ γλῶσσαν μεγαλορήμονα (78), τοὺς εἰπόντας· Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν, τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστι· τίς ἡμῶν Κύριός ἐστιν; Ἀπὸ ταλαιπωρίας (79) τῶν πτωχῶν, καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει Κύριος· θήσομαι ἐν σωτηρίῳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ. » Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. « Μὴ θησαυρίζετε » τοίνυν

✠ P. 578 ED. POTTER, 487 ED. PARIS. [a] Luc. XIII, 32. [b] Matth. VIII, 20, Luc. IX, 58. [c] Matth. XIII, 4; Luc. VIII, 5. [d] Psalm. XXXVII, 35, 36, 37. [e] Isa. XXIX, 13. [f] Psalm. LXI, 5. [g] Psalm. LVIII, 36, 37. [h] Psalm. XXX, 19.

(73) *Εἶδον*. Monuit post Junium Cl. Grabius, hæc, paucis mutatis, sumpta esse ex Clementis Romani *Epist.* I *ad Cor.*, cap. 14, 15 et 16, ubi ejus verba sic se habent: Καὶ πάλιν λέγει· Εἶδον ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ αἰρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν· καὶ ἐξεζήτησα τὸν τόπον, καὶ οὐχ εὗρον. Φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι ἐστὶν ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ. Τοίνυν κολληθῶμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας εἰρηνεύουσιν, καὶ μὴ τοῖς μεθ' ὑποκρίσεως βουλομένοις εἰρήνην. Λέγει γάρ που· Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ πάλιν· Τῷ στόματι αὐτῶν ηὐλόγουν, τῇ δὲ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. Καὶ πάλιν λέγει· Ἠγάπησαν αὐτὸν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτὸν, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ· ἄλλα (scr. ex Clemente Alex. ἄλαλα) γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια, γλῶσσαν μεγαλοῤῥήμονα· τοὺς εἰπόντας, Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνῶμεν, τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστιν· τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν; Ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ ἀπὸ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει Κύριος, θήσομαι ἐν σωτηρίᾳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ. Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ.

(74) *Ὁ ἕτερος*. Respicit Isa. XXIX, 13: Καὶ εἶπε Κύριος, Ἐγγίζει μοι λαὸς οὗτος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Illud ὁ ἕτερος a Clemente additum est, quo significaret hunc populum diversis moribus et ingenio esse ab illo *pacifico*, de quo modo locutus est. Dein adjicit Psal. LXII, 4; LVIII, 36, 37; XXXI, 18; XII, 3, 4, 5, diversa Scripturæ loca, pro more suo, in unum conjungens.

(75) *Τῷ στόματι... καταρῶνται*. Psalm. LXII, 4: Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο.

(76) *Αὐτόν*. Αὐτῷ, Psal. LVIII, 36.

(77) *Πάντα*. Abest a Psal. XXXI, 8, et Clemente Romano.

(78) *Τὰ χείλη τὰ δ. καὶ γλ. μ.* Hæc in Psal. XII integra sic exstant: Τὰ χείλη τὰ δόλια, καὶ ἐξολοθρεύσαι Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια καὶ γλῶσσαν μεγαλ. Unde manifestum est hæc verba, καὶ ἐξολοθρεύσαι Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, quæ ad sententiam complendam desunt, propter easdem voces repetitas, ut sæpe alias contigit, excidisse. Verum noluimus ea cum Sylburgio in textum auctoris recipere, quia probabile est eum, Clementem Romanum, cujus textu prius exciderant, secutum, ea omisisse.

(79) *Ἀπὸ ταλ.* Ἀπὸ τῆς ταλ. Psal. XII, ubi mox καὶ ἀπὸ τοῦ στεναγ.

ν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ζει, καὶ κλέπται (80) διορύσσουσι καὶ κλέ-τ, » τάχα μὲν τοὺς φιλοκτήμονας ὀνειδίζων, ὁ Κύριος· τάχα δὲ καὶ τοὺς ἁπλῶς μεριμνητὰς ; φροντιστάς· ἤδη δὲ καὶ τοὺς φιλοσωμάτους. :ες γὰρ, καὶ νόσοι, καὶ οἱ φαῦλοι διαλογισμοὶ, ύσσουσι » τὸν λογισμὸν καὶ τὸν ὅλον ἄνθρωπον· δὲ τῷ ὄντι « θησαυρὸς » ἡμῶν, ἔνθα ἡ συγγέ-οῦ νοῦ (81)· ἐπεὶ τὸ κοινωνικὸν τῆς δικαιοσύνης ἰδωσιν, ἐμφαίνων δεῖν ἀποδιδόναι τῇ συνηθείᾳ αλαιᾶς ἀναστροφῆς (82) τὰ ὑπ' αὐτῆς ἡμῖν τηθέντα, καὶ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀνατρέχειν, ἔλεον ιένους. Οὗτός ἐστι τῷ ὄντι « βαλάντιον (83) μὴ ούμενον, » ἐφόδιον ζωῆς ἀϊδίου, « θησαυρὸς ἀνέκ-ς ἐν οὐρανῷ, » ὅτι « Ἐλεῶν (84) ἐλεήσω, ὃν ῶ, » φησὶ Κύριος. Λέγουσι δὲ ταῦτα καὶ τοῖς θέ-διὰ τὴν δικαιοσύνην πτωχεῦσαι· ἀκηκόασι γὰρ ς ἐντολῆς, ὅτι « πλατεῖα (85) καὶ εὐρύχωρος πάγει εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοὶ οἱ διερχό-δι' αὐτῆς. » Οὐ περὶ ἄλλου τινὸς, ἀλλὰ περὶ ς καὶ φιλογυνίας, φιλοδοξίας, φιλαρχίας, ῶν ὁμοίων διαλέγεται παθῶν· « Ἄφρον » οὕτως ἔφη, « ὅτι τῇ νυκτὶ ταύτῃ (86) ἀπαι-σου τὴν ψυχήν· ἃ δὲ ἡτοίμασας αὐτῇ, τίνι ι; » Καὶ τὰ μὲν τῆς ἐντολῆς ὧδε ἔχει κατὰ « Φυλάσσεσθε (87) » τοίνυν « ἀπὸ πάσης ξίας· ὅτι οὐχ ἐν τῷ περισσεύειν (88) τινὰ τὰ οντα ἐστὶν ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Τί γὰρ ὠφελεῖται πος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, » τὴν δὲ ἣν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντ-μα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Διὰ τοῦτο λέγω· Μὴ ᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε· μηδὲ τὸ σῶμα ιβάλητε (89)· ἡ γὰρ ψυχὴ πλείων ἐστὶ τῆς ;, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος. » Καὶ πάλιν· γὰρ ὁ Πατὴρ ὑμῶν (90), ὅτι χρῄζετε τούτων ων. » Ζητεῖτε δὲ « πρῶτον τὴν βασιλείαν (91) ὐρανῶν καὶ τὴν δικαιοσύνην· » ταῦτα γὰρ λα (92)· » τὰ δὲ « μικρὰ, » καὶ περὶ τὸν αῦτα « προστεθήσεται ὑμῖν. » Ἆρ' οὐχ ἄντι-τὸν γνωστικὸν μεθέπειν ἡμᾶς παρακελεύεται ἔργῳ τε καὶ λόγῳ ζητεῖν τὴν ἀλήθειαν προτρέ-

A ponam in salutari, libere agam cum ipso [a]. » Est enim Christus eorum qui humiliter se gerunt, non eorum qui eriguntur in gregem ejus. « Ne thesaurizate ergo vobis thesauros in terra, ubi tinea et ærugo demolitur, et fures effodiunt et suffurantur [b], » fortasse quidem eos insectans qui tenentur amore possessionum, dicit Dominus; fortasse autem eos in universum, qui sollicitudini et curis se dedunt; quinetiam eos qui corporis nimium studiosi sunt. Amores enim, et morbi, et malæ cogitationes, rationem et totum hominem « perfodiunt. » Est autem verus noster « thesaurus, » ubi est mentis cognatio; proinde communicativam vim tradit justitiæ, dum indicat oportere reddere consuetudini veteris conversationis ea, quæ ab ipsa B sunt nobis acquisita, et ad Deum recurrere, petentes misericordiam. Is est revera « crumena, quæ non veterascit, » viaticum vitæ æternæ, « thesaurus in cœlo non deficiens [c], » quoniam « miserens miserebor, cujus miserebor [d], » ait Dominus. Dicunt autem hæc iis quoque, qui volunt esse pauperes propter justitiam: audierunt enim per mandatum, « latam et spatiosam esse viam, quæ ducit ad interitum; et multos, qui per eam transeunt [e]. » De nullo alio loquitur, quam de luxu et amore mulierum, cupiditate gloriæ et imperii, et similibus animi affectibus. « Stulte » enim, inquit, « hac nocte animam tuam repetunt: quæ autem ei parasti, cujus erunt [f]? » Et mandatum quidem his C verbis traditum est: « Cavete ergo ab omni avaritia, et plura habendi cupiditate: quoniam non in eo, quod alicui abundent facultates, vita ejus [g]. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ ✠ autem suæ detrimentum faciat? aut quod dabit homo pretium pro anima sua [h]? Et ideo dico: Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid comedatis; neque corpori, quid induamini. Anima enim est plus quam cibus, et corpus quam indumentum [i]. » Et rursus: « Scit enim Pater vester, quod his omnibus opus habetis. Quærite autem primum regnum cœlorum et justitiam; » ea enim « magna »

P. 579 ED. POTTER, 488 ED. PARIS. [a] Psalm. XII, 3, 4, 5. [b] Matth. VI, 19. [c] Luc. XII, 33. [d] ... IV, 15; Exod. XXXIII, 19. [e] Matth. VII, 13. [f] Luc. XII, 20. [g] Ibid. 15. [h] Matth. XVI, 26. [i] ...th. VI, 31; Luc. XII, 22, 23.

Καὶ κλέπ. Καὶ ὅπου κλέπ. Matth. VI.

Ἔνθα ἡ συγγένεια τοῦ νοῦ. Nempe in cœlo, eus et alii spiritus animabus nostris συγγε-ιbitant.

Ἀναστροφῆς. Respicere videtur Ephes. IV, Ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστρο-ν παλαιὸν ἄνθρωπον.

Βαλάντιον. Respicit Luc. XII, 33. Ποιήσατε ς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκ-ν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Ἐλεῶν. Abest ab Exod. et Rom.

Πλατεῖα. E memoria recitat Matth. XII, 13: α ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα ώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι'

Τῇ ν. τ. Luc. XII, 20: Ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι

Φυλάσσ. Luc. XII, 15: Φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς Porro in unum conjungit Luc. XII, 15; Matth. D XVI, 26; VI, 21; Luc. XII, 22, 23, 30, 31; Matth. VI, 32, 33.

(88) *Οὐκ ἐν τῷ π.* Luc. XII, 15: Οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ. Mox interpres legit διὰ τοῦτο λέγει.

(89) *Μηδὲ τὸ σῶμα τ. π.* Seu potius in dativo casu, τῷ σώματι, τί π. ut τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φ. Sic apud Lucam, τῷ σώματι, τί ἐνδύσησθε. Ibidem mox, ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τ.

(90) *Ὁ Πατὴρ ὑμῶν.* Ὁ Πατὴρ ὑμῶν οὐράνιος, Matthæus, quem Clemens in hac et sequenti sententia, ut in ea, quæ præcessit, Lucam secutus videtur.

(91) *Τὴν β.* Τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, Matth., ubi mox, ταῦτα πάντα προστεθ.

(92) *Ταῦτα γὰρ μεγ.* Respicit Christi dictum, quod superius recitavit *Strom.* I, pag. 346: Αἰτεῖσθε τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται· « Petite magna, et parva vobis adjicientur. »

sunt; « parva » autem, et quæ ad victum pertinent, ea « adjicientur vobis [a]. » Annon aperte nos jubet persequi vitam gnosticam, et verbo et facto hortatur quærere veritatem? Divitem ergo non ex donatione, sed ex proposito æstimat Christus, qui animam instituit. Proinde Zacchæum, aut, secundum alios, Matthiam, publicanorum principem, cum audiisset Dominum dignatum fuisse secum commorari, dixisse ferunt : « Domine, dimidium bonorum meorum do eleemosynam, et si alicujus aliquid habui per calumniam, reddo quadruplum. » Unde etiam respondit Servator : « Filius hominis cum venisset hodie, invenit quod perierat [b]. » Et rursus, cum vidisset « in gazophylacium » jecisse quidem « divitem » convenienter suis facultatibus, « viduam » autem duos nummos, dixit « viduam jecisse plus quam omnes : » ille enim « ex abundantia, » hæc vero « ex egestate » contulit [c]. Quoniam autem omnia reduxit ad animæ institutionem, « Beati, » inquit, « mites, quoniam ipsi possidebunt terram [d]. » Mites autem sunt, qui infidam, quæ est in anima, pugnam sedaverunt iræ et cupiditatis, ac cæterarum specierum, quæ his subjectæ sunt. Mites autem laudat eos, qui tales sunt sponte et ex animi instituto; non autem eos, qui ex necessitate. « Sunt » enim apud Dominum « complures » mercedes et « mansiones [e] » pro ratione vitæ hominum. « Qui enim, » inquit, « prophetam in nomine prophetæ susceperit, mercedem prophetæ accipiet; et qui justum in nomine justi, mercedem justi accipiet; et qui susceperit unum ex parvis his discipulis, non amittet mercedem [f]. » Et rursus, virtutis pro meritis differentias, et præclaras remunerationes, per horas numero non æquales; præterea autem et unicuique operariorum æqualiter ✠ redditæ mercedis, hoc est salutis, quam significat « denarius, » æquum jus significavit per eos, qui operati sunt horis inæqualibus [g]. Opera-

A πει; Πλούσιον τοίνυν οὐ τὴν δόσιν, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν λογίζεται ὁ παιδεύων τὴν ψυχὴν Χριστός. Ζακχαῖον τοίνυν, οἱ δὲ Ματθίαν φασὶν, ἀρχιτελώνην, ἀκηκοότα τοῦ Κυρίου καταξιώσαντος πρὸς αὐτὸν γενέσθαι, « Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου δίδωμι ἐλεημοσύνην, » φάναι, « Κύριε (93)· καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, τετραπλοῦν ἀποδίδωμι· » ἐφ' οὗ καὶ ὁ Σωτὴρ εἶπεν· « Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου (94) ἐλθὼν σήμερον, τὸ ἀπολωλὸς εὗρεν. » Πάλιν τε αὖ θεασάμενος εἰς τὸ γαζοφυλάκιον « τὸν » μὲν « πλούσιον » (95) ἀναλόγως τῇ κτήσει βεβληκότα, « τὴν » δὲ « χήραν » χαλκοῦς δύο, « πλεῖον » ἔφη « τὴν χήραν βεβληκέναι πάντων· » ὁ μὲν γὰρ « ἀπὸ τοῦ περισσεύματος, » ἡ δὲ « ἐκ τῆς ὑστερήσεως » συνεισήνεγκεν. Ὅτι δὲ πάντα ἐπὶ τὴν παίδευσιν τῆς ψυχῆς ἀνήγαγεν, « Μακάριοι, » φησὶν, « οἱ πραεῖς· ὅτι αὐ-
B τοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. » Πραεῖς δέ εἰσιν οἱ τὴν ἄπιστον μάχην τὴν ἐν τῇ ψυχῇ καταπεπαυκότες, θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας, καὶ τῶν τούτοις ὑποβεβλημένων εἰδῶν. Πραεῖς δὲ τοὺς κατὰ προαίρεσιν, οὐ κατ' ἀνάγκην ἐπαινεῖ. « Εἰσὶ » (96) γὰρ παρὰ Κυρίῳ καὶ μισθοὶ καὶ « μοναὶ πλείονες, » κατὰ ἀναλογίαν βίων. « Ὃς γὰρ ἂν δέξηται (97), » φησὶ, « προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται· καὶ ὃς ἂν δέξηται δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου, μισθὸν δικαίου λήψεται· καὶ ὃς ἂν δέξηται ἕνα τῶν μαθητῶν (98) τούτων τῶν μικρῶν, μισθὸν οὐκ ἀπολέσει. » Πάλιν τε αὖ, τὰς κατ' ἀξίαν διαφορὰς τῆς ἀρετῆς, εὐγενεῖς ἀμοιβὰς διὰ τῶν ὡρῶν τῶν οὐχ ὁμοίων τὸν ἀριθμόν· πρὸς δὲ, καὶ (99) τοῦ ἑκάστῳ τῶν ἐργατῶν ἀποδοθέντος ἴσου μισθοῦ, τουτέστι τῆς σωτηρίας, ἣν « τὸ
C δηνάριον » αἰνίσσεται, τὸ ἐπίσης δίκαιον μεμήνυκε διὰ τῶν κατὰ τὰς ἀκαταλλήλους ὥρας ἐργασαμένων. Ἐργάσονται μὲν οὖν κατὰ τὰς μονὰς τὰς ἀναλόγους, ὧν κατηξιώθησαν γερῶν, συνεργοὺς τῆς ἀῤῥήτου οἰκονομίας καὶ λειτουργίας. « Οἱ δὲ δὴ (1) ἂν δόξωσι διαφερόντως πρὸς τῷ ὁσίως (2) βιῶναι προκεκλῆσθαι (3), » φησὶν ὁ Πλάτων, « οὗτοί εἰσιν οἱ τῶνδε μὲν τῶν (4) ἐν τῇ γῇ ἐλευθερούμενοί τε καὶ ἀπαλ-

✠ P. 580 ED. POTTER, 489 ED. PARIS. [a] Matth. vi, 32; 33; Luc. xii, 30, 31. [b] Luc. xix, 8, 9, 10. [c] Luc. xxi, 1; Marc. xii, 41. [d] Matth. v, 5. [e] Joan. xiv, 2. [f] Matth. x, 41, 42. [g] Matth. xx, 1, et seq.

(93) *Δίδωμι ἐλ. . . . Κύριε.* Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς, Luc., dein, ἀποδίδωμί τε τετραπλοῦν, ibidem.

(94) *Ὁ υἱὸς τοῦ ἀν.* Luc. xix, 9, 10 : Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν· ἦλθε γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός. D

(95) *Τὸν μὲν πλούσιον.* A. ex Luc. xxi, mavult τοὺς μὲν πλουσίους . . . βεβληκότας· et mox, οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ περισσ. Pro χαλκοῦς δύο Vulg. Bibl. habent δύο λεπτὰ, et mox, ἐκ τοῦ ὑστερήματος pro ἐκ τῆς ὑστερήσεως. Sylburg.

(96) *Εἰσ.* Respicit Joan. xiv : Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν.

(97) *Ὃς γὰρ ἂν δέξηται.* Ὁ δεχόμενος, et rursus paulo post, Matth.

(98) *Καὶ ὃς ἂν δέξηται ἕνα τῶν μ.* A. ex Matth. x, legendum suspicatur, καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μ. Sylburg. — Porro hæc sententia hoc modo exstat apud Matthæum : Καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσει τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

(99) *Πρὸς δὲ κ.* Locus non uno modo corruptus. Scribe primo : Πρὸς δὲ καὶ, διὰ τοῦ ἑκάστῳ τῶν ἐργατῶν ἀποδοθέντος ἴσου μισθοῦ, etc. In sequentibus (nam manifeste mutilus est locus) : Τουτέστι τῆς σωτηρίας, ἣν τὸ δηνάριον αἰνίσσεται, τὸ ἐπίσης δίκαιον μεμήνυκεν· τὴν δὲ διαφορὰν τῶν καλουμένων, διὰ τῶν κατὰ τὰς ἀκαταλλήλους ὥρας ἐργασαμένων. Et deinde : Ἐργάσονται μὲν οὖν κατὰ τὰς μονὰς τὰς ἀναλόγους, ὧν κατηξιώθησαν γερῶν, συνεργοὶ τῆς ἀῤῥήτου οἰκονομίας καὶ λειτουργίας. Heinsius.

(1) *Οἱ δὲ δή.* Hæc occurrunt apud Platonem paulo ante finem *Phædonis*, p. 84, ut etiam apud Theodoretum Serm. 8, cui titulus *De martyribus*.

(2) *Πρὸς τῷ ὁσ.* Rectius πρὸς τὸ ὁσ. H. ms. et vulg. ed. Platonis, inquit Sylburg. Eamdem lectionem præbet etiam Theodoretus.

(3) *Προκεκλῆσθαι.* Προκεκρίσθαι, Theodor., neutrum agnoscit Plato.

(4) *Τῶνδε μὲν τ.* Τῶνδε μὲν τῶν τόπων ἐν τῇ γῇ ἐλευθερούμενοί τε καὶ ἀπ. Plat. τῶνδε μὲν τῶν ἐν γῇ ἀπαλλατ. reliquis omissis, Theodoret.

ενοι, ὥσπερ δεσμωτηρίων (5), ἄνω δὲ εἰς κα-
οἴκησιν ἀφικνούμενοι. » Διὰ σαφεστέρων τε
αὐτὸ ὧδέ πως λέγει· « Τούτων (6) δὲ αὐτῶν
ιλοσοφίᾳ (7) ἱκανῶς καθηράμενοι ἄνευ τε σω-
ζῶσι τὸ παράπαν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον· »
σχήματά τινα περιτίθησι, ταῖς μὲν ἀέρινα αὐ-
ταῖς δὲ καὶ πύρινα. Ἔτι ἐπιφέρει· « Καὶ
οἰκήσεις ἔτι τούτων καλλίους ἀφικνοῦνται, ἃς
ῥᾴδιον δηλῶσαι, οὐδὲ (9) ὁ χρόνος ἱκανὸς ἐν τῷ
ι. » Ὅθεν εἰκότως « Μακάριοι οἱ πενθοῦντες·
οἱ παρακληθήσονται (10)· » οἱ γὰρ μετανοή-
ἐφ' οἷς κακῶς προβεβιώκασιν, εἰς « τὴν κλῆ-
αρέσονται· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ « παρακληθῆ-
Τοῦ μετανοοῦντος δὲ τρόποι δύο· ὁ μὲν κοινό-
όβος ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν, ὁ δὲ ἰδιαίτερος ἡ
α ἡ πρὸς ἑαυτὴν τῆς ψυχῆς ἐκ συνειδήσεως.
ν ἐνταῦθα, εἴτε καὶ ἀλλαχῆ, (ἐπεὶ μηδεὶς τό-
ρὸς εὐποιίας Θεοῦ·) πάλιν φησίν· « Μακάριοι
μονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται (11). » Ὁ δὲ
ὀχ, ἥ τινες τῶν φιλοσόφων (12) ὑπειλήφασι,
π' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς· μᾶλλον δὲ ἀστεῖόν
ἐστι, ὡς οἱ προφῆται λέγουσιν· « Ἔλεον »
ησί, « θέλω, καὶ οὐ θυσίαν (14). » Ἐλεήμο-
εἶναι βούλεται οὐ μόνον τοὺς ἔλεον ποιοῦν-
ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐθέλοντας ἐλεεῖν, κἂν μὴ δύ-
· οἷς κατὰ προαίρεσιν τὸ ἐνεργεῖν πάρεσ-
ιότε γὰρ βουλόμεθα δι' ἀργυρίου δόσεως,
σωματικῆς σπουδῆς ἔλεον ποιῆσαι, ὡς
» ἐπαρκέσαι, ἢ νοσοῦντι ὑπουργῆσαι, ἢ
στάσει γενομένῳ παραστῆναι· καὶ οὐχ οἷοί τέ
ἤτοι διὰ πενίαν, ἢ νόσον, ἢ γῆρας (φυσικὴ
σος καὶ τοῦτο) ἐξυπηρετῆσαι τῇ προαιρέσει,
ὁρμώμεθα, μὴ δυνηθέντες ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν
λήμεθα. Τῆς αὐτῆς τιμῆς μετέχουσι τοῖς δυ-
ι οἱ βεβουλημένοι, ὧν ἡ προαίρεσις ἴση, κἂν
τῶσιν ἕτεροι τῇ περιουσίᾳ. Ἐπεὶ δὲ τῶν
των εἰς τὴν τελείωσιν τῆς σωτηρίας ὁδοὶ εὑ-
αι δύο, ἔργα καὶ γνῶσις, μακαρίους εἶπεν
καθαροὺς τὴν καρδίαν (15), ὅτι αὐτοὶ τὸν
ονται. » Κἂν τῷ ὄντι τὸ ἀληθὲς σκοπῶμεν,
ς τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς κάθαρσίς ἐστι,

A buntur ergo convenienter mansionibus, quæ proportione respondent iis, quibus dignati sunt, præmiis, ineffabilis œconomiæ et muneris adjutores. « Qui autem, » inquit Plato, « visi fuerint evocati ad hoc, ut sancte præ cæteris vivant, ii sunt, qui ex his terrenis locis, tanquam e carceribus, liberati et soluti, sursum ad puram proficiscuntur habitationem. » Et rursus apertius idem dicit : « Ex his autem, quicunque per philosophiam satis sunt purgati, sine corporibus omnino vivunt in universum tempus. » Quanquam figuras quasdam illis adjicit, aliis quidem ex ipsis, aereas, aliis vero etiam igneas. Subjungit præterea : « Et proficiscuntur in habitationes his etiam pulchriores, quarum pulchritudo neque facilis dictu est, neque præsens
B tempus ad dicendum sufficeret. » Unde merito dicit : « Beati qui lugent, quoniam ipsi advocationem accipient[a]. » Qui enim male actæ vitæ ducti sunt pœnitentia, aderunt ad « vocationem ; » hoc enim sibi vult παρακληθῆναι. Pœnitentium autem duo sunt ordines : quorum alter, qui multo frequentior est, timore pœnæ factis suis debitæ ducitur ; alter vero, qui magis est singularis, ex conscientia factorum afficitur interna animæ verecundia. Sive igitur hoc modo, sive illo pœniteat (quandoquidem nullus locus Dei misericordia vacuus est), rursus dicit : « Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. » Misericordia autem non est, ut existimarunt quidam philosophi, dolor propter alienas calamitates, 210
C sed est potius bonum quid, ut dicunt prophetæ : « Misericordiam, » inquit, « volo, et non sacrificium[b]. » Misericordes autem vocat, non solum eos qui faciunt opera misericordiæ, sed etiam qui misereri volunt, etsi non possint ; quibus scilicet adest operandi propositum. Nonnunquam enim volumus, vel dando pecuniam, vel corpoream adhibendo operam, facere misericordiam, utpote egenti opem ferre, vel ægrotanti inservire, vel ✠ ei adesse, qui est in aliqua calamitate, nec possumus, vel propter paupertatem, vel morbum,

. 581 ED. POTTER, 489-490 ED. PARIS.

[a] Matth. v, 4, 7. [b] Os. vi, 6; Matth. ix, 13; xii, 7.

σμωτηρίων. Δεσμωτηρίου, Theodoret. Mox,
καθαρ. Plato.
ούτων. Hæc ea, quæ jam laudata sunt,
tur.
ὲν φ. Ἐν a Platone abest : apud quem ἱκα-
ἱκανῶς, et εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον pro εἰς τὸν
χρόνον exstat.
αὶ εἰς. Hæc etiam loco superius dicto, tam
heodoretum quam apud Platonem occurrunt.
ὐδὲ ῥ. δ. οὐδέ. Οὔτε ῥ. δ. οὔτε, Theodoret.
Παρακληθήσονται. Hoc est, ex sententia
tis, « advocabuntur. »
Εἴτ' οὖν . . . ἐλεηθήσονται. Hæc nobis sic
ere et explicare visum est, prout jam se
quæ priores editiones hoc modo Græce ac
exhibuerunt : Εἴτ' οὖν ἐνταῦθα, εἴτε καὶ ἀλ-
εὶ μηδεὶς τόπος ἀργὸς εὐποιίας Θεοῦ · πάλιν
Μακάριοι οἱ ἐλ. « Sive ergo hic, sive alibi :
n nullus locus vacat Dei misericordia. Rur-
t : « Beati misericordes, quoniam ipsi mi-
rdiam consequentur. »
Τινὲς τῶν φιλοσόφων. Stoicos intelligit, qui

D dicebant, λύπην εἶναι συστολὴν ἄλογον, « dolorem esse irrationabilem animi contractionem : » ejus autem speciem primariam ἔλεον, « misericordiam, » εἶναι λύπην ὡς ἐπὶ ἀναξίως κακοπαθοῦντι, « dolorem tanquam super eo, qui indigne miser sit : » ut refert in *Zenone* Laertius, lib. vii, seg. 3. Cicero *Tuscul. quæst.* lib. iv : « Misericordia est ægritudo ex miseria alterius injuria laborantis. » Proinde misericordiam, ut reliquos etiam affectus omnes, sapienti viro indignam judicabant ; ut refert Laertius ejusdem libri seg. 123. Hinc illud Ciceronis in oratione « pro L. Murena, » inter cæteras, quas ibi memorat, Zenonis sententias : « Neminem misericordem esse, nisi stultum. »

(13) *Ἀστεῖόν τι.* Interpres mavult θεῖόν τι, « divinum quid. » Sed ἀστεῖον pro « eleganti » et « humano » retineri, nihil vetat. SYLBURG.

(14) *Ἔλεον . . . θέλω, καὶ οὐ θ.* Ἔλεος θέλω ἢ θυσ. Os. vi, 6. Verum Clemens, quamvis prophetam laudet, sequitur potius Matth. ix, 13 ; xii, 7.

(15) *Τὴν καρδίαν.* Τῇ καρδίᾳ, Matth.

(44) *Ὑφ' ἕνα.* Subaudiendum χρόνον, aut simile quid. SYLBURG.

(45) *Εἴρηκεν.* Nempe Heracleon in verbis jam allatis.

(46) *Ὁ Ποιμήν.* Hermæ Pastorem intelligit, lib. I, vis. 4: « Si ergo præparaveritis vos, poteritis effugere illam (sc. bestiam), si cor vestrum fuerit purum ac sine macula, et reliquos dies vestros servieritis Deo sine querela. »

(47) *Ἐξῃτήσατο.* Luc. XXII, 31, 32: Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ, ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς σῖτον· ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου.

ἀποστολικὸν πορευόμενοι γνωστικοὶ ἀναμάρτητοί γε εἶναι ὀφείλουσι, καὶ δι' ἀγάπην τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἀγαπᾷν καὶ τὸν πλησίον· ἵν', εἰ καλοίη περίστασις, ὑπὲρ Ἐκκλησίας, ἀσκανδάλιστοι τὰς θλίψεις ὑπομένοντες, « τὸ ποτήριον πίωσιν. » Ὅσοι δὲ ἔργῳ μὲν παρὰ τὸν βίον, λόγῳ δὲ ἐν δικαστηρίῳ μαρτυροῦσι, κἂν ἐλπίδα ἐκδεχόμενοι, κἂν φόβον ὑφορώμενοι, βελτίους οὗτοι τῶν στόματι μόνον ὁμολογούντων τὴν σωτηρίαν. Ἀλλ' εἰ καὶ ὑπερβαίη τις ἐπὶ τὴν ἀγάπην, τῷ ὄντι μακάριος οὗτος καὶ γνήσιος μάρτυς, τελείως ὁμολογήσας, καὶ ταῖς ἐντολαῖς, καὶ τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ Κυρίου· ὃν ἀγαπήσας, ἀδελφὸν ἐγνώρισεν, ὅλον ἑαυτὸν ἐπιδοὺς διὰ τὸν Θεὸν, οἷον παρακαταθήκην εὐγνωμόνως καὶ ἀγαπητικῶς ἀποδιδοὺς τὸν ἀπαιτούμενον ἄνθρωπον.

A sent gnostici et perfecti, pro ecclesiis quas fundarunt passi sunt. Sic ergo gnostici, qui vestigiis insistunt apostolicis, debent ita se gerere ut in eos non cadat peccatum, et propter dilectionem in Dominum diligant etiam proximum : ut si casus aliquis evocet, pro Ecclesia, citra offensionem patientes afflictiones, « bibant calicem. » Quicunque autem factis quidem in vita, verbis autem in judicio ferunt testimonium, sive spem exspectent, sive timorem reformident, ii sunt meliores iis qui ore solum confitentur salutem. Quod si quis etiam transierit ad charitatem, is revera est beatus et germanus martyr, ut qui sit perfecte confessus, et præceptis, et Deo, per Dominum : quem diligendo, significavit esse fratrem, cum totum seipsum tradiderit propter Deum, B tanquam aliquod depositum, grate et amanter reddens hominem, cum exigitur.

CAPUT X.

Graviter reprehendit illos qui se judicibus offerebant.

Ἐπὰν δ' ἔμπαλιν εἴπῃ· « Ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην· » οὐχ ὡς κακὸν τὸ διώκεσθαι παραινεῖ φεύγειν, οὐδ' ὡς θάνατον φοβουμένους, διὰ φυγῆς ἐκκλίνειν προστάττει τοῦτον, βούλεται δὲ ἡμᾶς μηδενὶ αἰτίους μηδὲ συναιτίους κακοῦ τινος γίνεσθαι, σφίσιν τε αὐτοῖς, πρὸς δὲ καὶ τῷ διώκοντι καὶ τῷ ἀναιροῦντι· τρόπον γάρ τινα προσαγγέλλει (48) ἑαυτὸν περιΐστασθαι· ὁ δὲ παρακούων, τολμηρὸς καὶ ῥιψοκίνδυνος. Εἰ δὲ ὁ ἀναιρῶν « ἄνθρωπον (49) Θεοῦ » εἰς Θεὸν ἁμαρτάνει, καὶ τοῦ ἀποκτιννύντος αὐτὸν ἔνοχος καθίσταται ὁ ἑαυτὸν προσάγων (50) τῷ δικαστηρίῳ· οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ μὴ περιστελλόμενος (51) τὸν διωγμὸν, ἁλώσιμον διὰ θράσος παρέχων ἑαυτόν· οὗτός ἐστι, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ὁ συνεργὸς γινόμενος τῇ τοῦ διώκοντος πονηρίᾳ. Εἰ δὲ καὶ προσερεθίζοι, τέλεον αἴτιος, ἐκκαλούμενος τὸ θηρίον. Ὡς δ' αὔτως, κἂν αἰτίαν μάχης παράσχῃ τινὰ,

Cum autem rursus dixerit, « Quando vos persecuti fuerint in hac civitate, fugite in aliam [a] ; « non suadet fugere, tanquam malum sit pati persecutionem ; nec ut mortem extimescentes, jubet nos eam fuga declinare ; vult autem nos nulli esse auctores neque adjutores mali, nec nobis ipsis, nec ei qui persequitur, nec ei qui interimit. Denuntiat enim quodammodo ut sibimet caveamus. Qui autem non obedit est temerarius, et inconsulte se in pericula conjicit. Si autem qui « hominem Dei » interimit, in Deum peccat, is quoque ejus cædis reus tenetur, qui se offert judicio. Talis autem erit, qui non vitat persecutionem, capiendum se præbens per audaciam. Is est qui, ✠ quantum in se C est, adjuvat improbitatem ejus qui persequitur. Quod si etiam irritet, plane causa est, ut qui provocet feram. Similiter etiam si præbeat aliquam pu-

✠ P. 598 ED. POTTER, 504, 505 ED. PARIS.

[a] Matth. x, 23.

(48) *Προσαγγέλλει.* Malet forte aliquis προαγγέλλει, « prænuntiat. » Sed προσαγγέλλει accipi potest pro « defert : » quod mox dicit προσάγει ἑαυτὸν δικαστηρίῳ. SYLBURG.

(49) *Ἄνθρωπον Θεοῦ.* Phrasis e D. Paulo sumpta, qui I Tim. VI, 11, ait : Σὺ δὲ, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ· et II Tim. III, 17 : Ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος. Utroque loco episcopum, qui nimirum, Deo jubente, in his, quæ Dei sunt, populo præest, « hominem Dei » vocat. In Veteri Testamento, « homines Dei, » aut « viri Dei » appellantur prophetæ, velut Deo familiares ; ut « Moyses, Samuel, David, Elias, atque alii. » Clemens latiori sensu hac phrasi usus est pro quovis homine, qui Deo se addixit, seu quovis fideli Christiano.

(50) *Ὁ ἑαυτὸν προσάγων.* Eusebius *Ecclesiasticæ historiæ* lib. IV, cap. 15 : Καὶ δὴ πλείστης ἐπὶ ταῖς βοαῖς γενομένης ταραχῆς, Φρύγα τινὰ τὸ γένος Κόϊντον τοὔνομα, νεωστὶ ἐκ τῆς Φρυγίας ἐπιστάντα, ἰδόντα τοὺς θῆρας καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις ἀπειλὰς, καταπτῆξαι τὴν ψυχὴν μαλακισθέντα, καὶ τέλος τῆς σωτηρίας ἐνδοῦναι. Ἐδήλου δὲ τοῦτον ὁ τῆς προειρημένης γραφῆς λόγος, προπετέστερον, ἀλλ' οὐ κατ' εὐλάβειαν ἐπιπηδῆσαι τῷ δικαστηρίῳ σὺν ἑτέροις· ἁλόντα δ' οὖν ὅμως, καταφανὲς ὑπόδειγμα τοῖς πᾶσι παρασχεῖν, ὅτι μὴ δέοι τοῖς τοιούτοις ῥιψοκινδύνως καὶ ἀνευλαβῶς κατατολμᾷν. « Secuto dehinc post hujusmodi (in Christianos et præsertim Polycarpum) acclamationes gravissimo motu, Quintus quidam natione Phryx, qui nuper ex Phrygia advenerat, cum feras, et quæ præterea intentabantur tormenta vidisset, fracto animo expavit, tandemque D vitæ retinendæ studio cessit. Hic porro Quintus, ut in eadem epistola docetur, temeritate quadam ac levitate ductus, non cum pio ac religioso metu, una cum aliquot aliis ad tribunal prosilueral : sed continuo captus, illustre documentum omnibus præbuit, ne præcipiti audacia sine ullo infirmitatis suæ respectu hujusmodi periculis sese objicerent. » Conf. Smyrnensis ecclesiæ epistola de martyrio Polycarpi cap. 4, e quo loco Eusebius hæc didicit.

(51) *Περιστελλόμενος.* Eodem sensu hanc vocem adhibet infra, *Strom.* VII, p. 738 edit. Paris. : Ὁ δὲ τῷ ὄντι ἀνδρεῖος, προφανῆ τὸν κίνδυνον διὰ τὸν τῶν πολλῶν ζῆλον ἔχων, εὐθαρσῶς πᾶν τὸ προσιὸν ἀναδέχεται· ταύτῃ τῶν ἄλλων λεγομένων μαρτύρων χωριζόμενος, ᾗ οἱ μὲν, ἀφορμὰς παρέχοντες σφίσιν αὐτοῖς, ἐπιῤῥιπτοῦντες αὐτοῖς (scr. αὐτοὺς) τοῖς κινδύνοις οὐκ οἶδ' ὅπως· εὐστομεῖν γὰρ δίκαιον· οἱ δὲ περιστελλόμενοι κατὰ λόγον τὸν ὀρθὸν, ἔπειτα τῷ ὄντι καλέσαντος τοῦ Θεοῦ προθύμως ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες, etc.

gnæ causam, vel damni, vel judicii, vel inimicitiarum, is occasionem peperit persecutionis. Et ideo jussi sumus nihil retinere ex iis quæ ad hanc vitam pertinent : sed « ei, qui tollit pallium, præterea etiam dare tunicam [a] ; » non solum ut permaneamus nimio affectu immunes, sed ne ea vendicantes, eos, qui in judicio contendunt, in nos reddamus efferatos, et per nos eos commoveamus, ut nomen Christianum maledictis appetant.

A ἢ ζημίας, ἢ δίκης, ἢ ἔχθρας, ἀφορμὴν ἐγέννησε διωγμοῦ. Διὰ τοῦτ' οὖν μηδενὸς ἀντέχεσθαι τῶν ἐν τῷ βίῳ προστέτακται ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ « τῷ αἴροντι (52) τὸ ἱμάτιον καὶ τὸν χιτῶνα προσδιδόναι· » οὐχ ἵνα ἀπροσπαθεῖς διαμένωμεν μόνον, ἀλλ' ὡς μὴ, ἀντιποιούμενοι, τοὺς ἐπιδικαζομένους ἐφ' ἑαυτοὺς ἀγριαίνωμεν, καὶ δι' ἡμῶν ἐπὶ τὴν τοῦ ὀνόματος διακινῶμεν βλασφημίαν.

CAPUT XI.

Respondet objectioni : Si Deus vestri curam gerat, cur patimini ?

At inquiunt : Si Deus vestri curam gerit, cur patimini persecutionem et morte afficimini ? an ipse vos eis tradit ? Nos autem non sic existimamus, velle Dominum ut in calamitates incidamus, sed prophetice prædixisse ea quæ essent eventura : fore scilicet, ut propter nomen ejus pateremur persecutionem, ut occideremur, et ut suspenderemur. Quamobrem noluit nos pati persecutionem, sed ea, quæ passuri sumus, prius significavit per eam, quod sint eventura, prædictionem, nos exercens ad tolerantiam, cui promisit hæreditatem. Quanquam non soli, sed cum multis supplicio afficimur. At illi, inquiunt, cum sint malefici, jure luunt pœnas ; ergo vel inviti nobis justitiam suo testimonio tribuunt, qui injuste propter justitiam punimur. Sed neque injustitia judicis attingit Dei providentiam ; oportet enim judicem in sua potestate habere suam sententiam, nec, veluti organa inanima, nervis quodammodo trahi, et ab externa solum causa vim agendi capere. Unde et ille, perinde ac nos, in quæstionem venit de suo judicio, deque electione rerum eligibilium et patientia. Quamvis autem non faciamus injuriam, tanquam tamen injuriam facientes, nos intuetur judex. Neque enim nostra novit, neque vult scire ; sed quodam inani præoccupatus abripitur præjudicio ; unde etiam ipse judicio fit obnoxius. Nos ergo persequuntur, non quod injustos esse deprehenderint, sed quod nos vitæ humanæ injuriam facere existiment, eo quod simus Christiani, et cum ipsi sic vitam instituimus, tum alios hortamur ut vitam degant similem. Cur autem, inquiunt, cum vos persequuntur, nihil vobis affertur auxilii ? ✠ Quid enim, quod ad nos quidem attinet, nobis fit injuriæ, cum morte soluti tendimus ad Dominum ; nec aliter vitæ mutatione afficimur, quam qui

Ναί φασιν· Εἰ κήδεται (53) ὑμῶν ὁ Θεὸς, τί δήποτε διώκεσθε καὶ φονεύεσθε; ἢ αὐτὸς ὑμᾶς εἰς τοῦτο ἐκδίδωσιν; Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ὑπολαμβάνομεν τοῖς B περιστατικοῖς περιπίπτειν ἡμᾶς τὸν Κύριον βουληθῆναι, ἀλλὰ προφητικῶς τὰ συμβήσεσθαι μέλλοντα προειρηκέναι, ὡς διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ διωχθησόμεθα, φονευθησόμεθα, ἀνασκινδυλευθησόμεθα (54)· ὥστ' οὐ διώκεσθαι ἠθέλησεν ἡμᾶς, ἀλλ' ἃ πεισόμεθα προεμήνυσεν διὰ τῆς τοῦ συμβήσεσθαι προαγορεύσεως, εἰς καρτερίαν γυμνασίας (55), ἣ τὴν κληρονομίαν ἐπηγγείλατο· καίτοι οὐ μόνοι, ἀλλὰ μετὰ πολλῶν κολαζόμεθα. Ἀλλ' ἐκεῖνοι, φασὶ, κακοῦργοι τυγχάνοντες, δικαίως ὑπίσχουσι τὴν τιμωρίαν. Ἄκοντες οὖν μαρτυροῦσιν ἡμῖν τὴν δικαιοσύνην τοῖς διὰ δικαιοσύνην ἀδίκως κολαζομένοις. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἄδικον τοῦ δικαστοῦ τῆς προνοίας ἅπτεται· δεῖ γὰρ κύριον εἶναι τὸν κριτὴν τῆς ἑαυτοῦ γνώμης· μὴ νευροσπαστούμενον ἀψύχων δίκην ὀργάνων, C ἀφορμὰς ἴσως μόνον παρὰ τῆς ἔξωθεν αἰτίας λαμβάνοντα. Δοκιμάζεται γοῦν ἐν ᾧ κρίνει, καθάπερ καὶ ἡμεῖς, κατά τε τὴν τῶν αἱρετῶν ἐκλογὴν, κατά τε τὴν ὑπομονήν. Κἂν μὴ ἀδικῶμεν, ἀλλ' ὡς ἀδικοῦσιν ἡμῖν ὁ δικαστὴς ἀφορᾷ (56)· οὐ γὰρ οἶδε τὰ καθ' ἡμᾶς, οὐδὲ θέλει μαθεῖν (57)· προλήψει δὲ συναπάγεται κενῇ· διὸ καὶ κρίνεται. Διώκουσι τοίνυν ἡμᾶς, οὐχ ἀδίκους εἶναι καταλαβόντες, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ τῷ Χριστιανοὺς εἶναι τὸν βίον ἀδικεῖν ὑπολαμβάνοντες, αὐτούς τε οὕτω πολιτευομένους, καὶ τοὺς ἄλλους τὸν ὅμοιον αἱρεῖσθαι βίον προτρεπομένους. Διὰ τί δὲ οὐ βοηθεῖσθε διωκόμενοι; φασί. Τί γὰρ καὶ ἀδικούμεθα ὡς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, θανάτῳ ἀπολυόμενοι πρὸς τὸν Κύριον, καὶ καθάπερ ἡλικίας μεταβολὴν, οὕτω δὲ καὶ βίου ἐναλλαγὴν ὑπο- D μένοντες; Εἰ δὲ εὖ φρονοῖμεν, χάριν εἰσόμεθα (58) τοῖς τὴν ἀφορμὴν τῆς ταχείας ἀποδημίας παρεσχημένοις, εἰ δι' ἀγάπην μαρτυροῖμεν· εἰ δὲ μὴ, φαῦλοί τινες ἄνδρες εἶναι τοῖς πολλοῖς ἐδοκοῦμεν ἡμεῖς. Εἰ

✠ P. 599 ED. POTTER. [a] Luc. vi, 29.

(52) *Τῷ αἴροντι.* Lucam secutus videtur, cap. vi, nam ex Matthæo legendum foret, ordine inverso, αἴροντι τὸν χιτῶνα καὶ τὸ ἱμάτιον προσδιδόναι. SYLBURG.

(53) *Εἰ κήδεται.* Conf. cum hoc loco libellum Senecæ *De Providentia*, seu, *Cur bonis accidant mala, cum sit Providentia.* ID.

(54) *Ἀνασκινδυλευθησόμεθα.* Hac voce superius usus est *Strom.* ii, pag. 414, et infra pag. 601 edit. Paris. Est autem e Platone sumpta, lib. ii *De repub.*, p. 594, cujus verba superius a nobis allata sunt ad p. 495 edit. Paris.

(55) *Γυμνασίας.* Legi potest etiam γυμνάσας· et mox, ἧ, « cui, » pro ἣ, « quæ. » SYLBURG.

(56) *Ἡμῖν ὁ δικαστὴς ἀφορᾷ.* Legi potest ἐφορᾷ, « inspicit, intuetur : » inquit Sylburg. Verum ἐφορᾷ accusativum regit, ac proinde si vera esset lectio, scriptum fuisset ἡμᾶς ὁ δικαστὴς ἐφορᾷ. Malim igitur, una littera addita, ἐφορμᾷ, ut sensus sit ; « in nos judex impetum facit. »

(57) *Οὐδὲ θέλει μ.* Hoc argumentum copiose persequitur Tertullianus in principio *Apologetici*.

(58) *Χάριν εἰσόμεθα.* Legi potest χάριν ἂν εἰσοίμεθα, vel in præcedenti membro φρονοῦμεν, indic. modo. SYLBURG.

ἤδεσαν (59) δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀλήθειαν, πάντες μὲν A ἂν ἐπεπήδων τῇ ὁδῷ (60)· ἐκλογὴ δὲ οὐκ ἂν ἦν. Ἀλλὰ γὰρ ἡ ἡμετέρα πίστις, « φῶς » οὖσα « τοῦ κόσμου, » ἐλέγχει τὴν ἀπιστίαν. « Ἐμὲ μὲν γὰρ (61) Ἄνυτός τε καὶ Μέλιτος ἀποκτείνειεν μέντ' ἄν, βλάψειε δ' ἂν οὐδ' ὁπωστιοῦν· οὐ γὰρ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι τὸ ἄμεινον πρὸς τοῦ χείρονος βλάπτεσθαι. » Ὥστε θαῤῥοῦντα ἡμῶν ἕκαστον λέγειν· « Κύριος ἐμοὶ βοηθός· οὐ φοβηθήσομαι (62) τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Δικαίων γὰρ ψυχαὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ· καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος. »

ex una ætate ad aliam transeunt? Si autem sapiamus, iis gratias habebimus, qui nobis præbuerint occasionem celeris migrationis, si propter dilectionem martyres fiamus. Si non, mali homines nos multis esse visi essemus. Si ipsi autem quoque novissent veritatem, omnes quidem in viam insiliissent, non fuisset autem electio. Sed enim nostra fides, cum sit « lux mundi [a], » arguit infidelitatem. « Nam me Anytus quidem et Melitus interficient, nullo autem modo me lædent. Neque enim fas esse existimo ut id, quod est melius, lædatur ab eo quod est deterius. » Ideo unusquisque ex nobis secure dicit et confidenter: « Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo [b]. Justorum enim animæ in manu Dei sunt, et non tanget eas tormentum [c]. »

CAPUT XII.

Basilidis sententiam, martyrium genus supplicii existimantis, refutat.

Βασιλείδης δὲ ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ τῶν « Ἐξηγη- B τικῶν » περὶ τῶν κατὰ τὸ μαρτύριον κολαζομένων, αὐταῖς λέξεσι τάδε φησί· « Φημὶ γὰρ (63) τὸ, ὁπόσοι

Basilides autem in vicesimo tertio *Exegeticorum*, de iis qui in martyrio puniuntur, ipsis verbis hæc dicit: « Dico enim, quicunque incidunt in eas, quæ

[a] Matth. v, 14. [b] Psal. cxvii, 6. [c] Sap. iii, 1.

(59) *Εἰ δὲ μὴ, . . . ἡμεῖς. Εἰ ᾔδ.* Sublata distinctionis nota post μὴ et ἡμεῖς, hæc sic explicari poterunt: « Quod si nos non essemus a vulgo hominum pro improbis habiti, sed ipsi quoque veritatem agnoscerent, universi quidem in viam « Christianæ religionis » insiliissent, et jam nulla foret electio. Atqui nostra fides est ad hoc comparata, cum sit lux mundi, ut infidelitatem argueret. »

(60) *Τῇ ὁδῷ.* Christianorum institutum Lucas in *Actis apostolorum* aliquoties τὴν ὁδὸν vocavit. Sic Act. ix, 2: Ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλήμ. xix, 9: Κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους. Ibid., 23: Ἐγένετο . . . τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ. xxiv. 22: Ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ. Alibi id vocat τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, Act. xviii, 25; Τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν, Ibid., 26; Ταύτην τὴν ὁδόν, Act. xxii, 4.

(61) *Ἐμὲ μὲν γάρ.* Post hæc verba H. ms. interserit φησὶ Σωκράτης. Sylburg — Hæc ex Platone in *Apologia Socratis* laudantur, et a Theodoreto lib. viii *De curat. Græc.* Ea sic habent tom. I, pag. 30: Ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν βλάψει, οὔτε Μέλιτος, οὔτε Ἄνυτος· οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιντο· οὐ γὰρ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι· ἀποκτείνειε μέντ' ἂν ἴσως, ἢ ἐξελάσειεν. « Nihil enim mihi nocuerit, aut Melitus, aut Anytus; non enim possent. Quod quidem nefas esse arbitror, virum meliorem a deteriore violari. Interfecerit me fortasse, aut expulerit. » Tertullianus, *De anima* lib. i: « Nihil mirandum, si et in carcere lemniscatas Anyti et Meliti palmas gestiens infringere, ipsa D morte coram, immortalitatem vindicat animæ, necessaria præsumptione ad injuriæ frustrationem. Collect. — Justinus M. *Apol.* i, p. 4: Ὑμεῖς δ' ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὔ. « Vos autem occidere quidem potestis, nocere vero minime. » Grab.

(62) *Οὐ φ.* Καὶ οὐ φ., Psalm.

(63) *Φημὶ γάρ.* Cl. Grabius *Spicilegii* sæc. ii, pag. 41 et seq. ad Basilidæ verba hæc adnotat: « Ita hæc in editionibus Parisiensibus excusa exstant, Græco textu passim male diviso, et pejus Latine translato. Primo quidem ἤτοι hic non est disjunctivum, sed διασαφητικόν, ideoque pro « sive » in Latina versione pone « videlicet, » ne frustra aliud disjunctionis membrum exspectes. Ast hoc leve est: magis autem observa, pro ἄλλα ἐξ ἄλλων legi debere ἀλλ' ἐξ ἄλλων· indeque loco illorum, « cum revera alia ex aliis crimina intententur, » hæc, « sed alia prorsus de causa in jus vocati. » Neque expressa est in versione vox κατάδικοι, qua significantur « damnati in judicio, » oppositi iis qui tantum sunt λοιδορούμενοι, « probris affecti: » male neglectum quoque verbum πεφυκότες, indeque simpliciter positum, « quod sint Christiani; » cum verti debuerit, « quod sint Christiani natura tales. » Hæc enim erat Basilidis hypothesis, de qua Irenæus quidem nihil dixit, sed Clemens aliis pluribus locis testatur. Ita sub finem hujus lib. iv *Stromat.*, pag. 540, Basilides ἐκλογήν, id est Christianos « electos, » dicit ὑπερκόσμιον φύσει οὖσαν, « natura esse supramundana. » Et sub initium lib. v *Stro-* C *mat.*, p. 545: Φύσει τις τὸν Θεὸν ἐπίσταται, ὡς Βασιλείδης οἴεται. « Natura aliquis Deum scit, ut Basilides opinatur. » Ac mox: Φύσιν καὶ ὑπόστασιν. . . οὐχὶ δὲ ψυχῆς αὐτεξουσίου λογικὴν συγκατάθεσιν λέγει τὴν πίστιν. « Naturam et substantiam, ... non autem animæ libero arbitrio utentis rationalem assensionem dicit fidem. » De sectatoribus quoque Basilidis idem refert lib. ii *Strom.*, p. 363, et lib. iii, p. 427. Sed adhuc aliud ad fragmenti recitati emendationem addo: nimirum pro ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἁμαρτηκὸς οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ, τῷ δὲ τὸ ἁμαρτῆσαι ἔχον· « qui actu quidem in se nihil peccavit, sed quod habeat id, quod peccavit, » lege, ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἁμαρτηκὸς οὐδὲν, ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸ ἁμαρτῆσαι ἔχον· « qui actu quidem nihil quidquam peccavit, in se vero peccatum (id est, peccandi facultatem) habet: » nam et paulo post in apodosi, quæ huic protasi respondet, eodem modo ait: ἔχων μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἁμαρτητικόν, etc., « in se quidem habens peccandi facultatem. »

D Cæterum recitata hactenus verba certe referenda sunt inter illos quos Origenes tract. 28 in Matthæum leviter perstringit: « Basilidis sermones detrahentes iis, qui usque ad mortem certant pro veritate, ut confiteantur coram hominibus Jesum. » Docet enim iis, omne martyrium esse pœnam peccatorum ante commissorum, si non actu, saltem voluntate. Quod merito, tanquam absurdum, refutat Clemens p. 507, inter alia scribens: Εἰ δὲ τὸ μαρτύριον ἀνταπόδοσις διὰ κολάσεως, καὶ ἡ πίστις, καὶ ἡ διδασκαλία, δι' ἃς τὸ μαρτύριον. Συνεργοὶ ἄρα αὗται κολάσεως, ἧς τίς ἂν ἄλλη μείζων ἀπέμφασις γένοιτο; « Si autem martyrium est retributio per supplicium, et fides pariter, ac doctrina, propter quas martyrium subitur, erit talis. Sunt ergo hæ quoque adjutrices supplicii, quo quidnam aliud possit esse absurdius? » Vide plura ibidem. Per peccata autem ante commissa et martyrio punienda

217 dicuntur, afflictiones, sive cum imprudentes peccaverint in aliis lapsi, ad hoc bonum ✠ deducuntur, benignitate ejus, qui adducit, cum revera alia ex aliis crimina intententur, ne patiantur ob ea, quæ mala esse certum est, neque maledictis appetiti, ut adulter, vel occisor; sed accusati, quod sint Christiani; quod quidem eos consolabitur, ut ne videantur quidem pati. Et si quis, qui omnino non peccaverit, accesserit ad patiendum, quod quidem est rarum, tamen ne is quidem aliquid patietur ex paratis a potestate insidiis, sed patietur ut pateretur infans, qui videbatur nihil peccasse. » Deinde paulo inferius subjungit: « Sicut ergo infans, qui prius non peccavit, aut actu quidem in se nihil peccavit, sed quod habeat id quod peccavit, postquam conjectus fuerit ad patiendum, afficitur beneficio, ut qui lucretur multa difficilia: ita etiam, si perfectus quoque, qui actu nihil peccaverit, patiatur, et passus fuerit, passus est similiter atque infans; in se quidem habens peccandi voluntatem, et tamen, non accepta occasione ad peccandum, non peccavit: quare non est ipsi imputandum quod non peccaverit. Quemadmodum enim qui vult adulterium admittere est adulter, etiamsi non consequatur effectus; et qui vult cædem facere est homicida, etiamsi non possit occidere: ita etiam eum, quem dico non peccasse, si videro patientem, etiamsi nihil mali fecerit, malum dicam, eo quod velit peccare. Quidvis enim dicam potius, quam malum id, quod providet. » Deinde inferius, aperte quoque de Domino dicit, tanquam de homine: « Sin autem his omnibus prætermissis accesseris ad hoc, ut me exempla adducendo redarguas, verbi causa: Hic ergo peccavit; hic enim est passus: si permittas quidem, dicam: Non peccavit quidem, sed erat similis infanti qui patiebatur. Sed si vehementius urgeas, dicam, quemcunque hominem nominaveris, esse hominem, justum autem Deum. « Nullus enim « est mundus, » ut dixit quispiam, « a sorde [a]. » Sed Basilidis hypothesis dicit animam, quæ prius peccaverat in alia vita, hic pati supplicium; electam

A ὑποπίπτουσι ταῖς λεγομέναις θλίψεσιν, ἤτοι ἡμαρτηκότες ἐν ἄλλοις λανθάνοντες πταίσμασιν, εἰς τοῦτο ἄγονται τὸ ἀγαθὸν χρηστότητι τοῦ περιάγοντος, ἄλλα ἐξ ἄλλων ὄντως ἐγκαλούμενοι, ἵνα μὴ ὡς κατάδικοι ἐπὶ κακοῖς ὁμολογουμένοις πάθωσι, μηδὲ λοιδορούμενοι ὡς ὁ μοιχὸς, ἢ ὁ φονεὺς, ἀλλ' ὅτι Χριστιανοὶ πεφυκότες· ὅπερ αὐτοὺς παρηγορήσει μηδὲ πάσχειν δοκεῖν. Κἂν μὴ ἡμαρτηκὼς δ' ὅλως τις ἐπὶ τὸ παθεῖν γένηται, σπάνιον μὲν, ἀλλ' οὐδὲ οὗτος κατ' ἐπιβουλὴν δυνάμεώς τι πείσεται, ἀλλὰ πείσεται ὡς ἔπασχε καὶ τὸ νήπιον τὸ δοκοῦν οὐχ ἡμαρτηκέναι. » Εἶθ' ὑποβὰς, πάλιν ἐπιφέρει· « Ὡς οὖν τὸ νήπιον οὐ προημαρτηκὸς, ἢ ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἡμαρτηκὸς οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ, τῷ δὲ τὸ ἡμαρτῆσαι ἔχον (64), ἐπὰν ὑποβληθῇ τῷ παθεῖν, εὐεργετεῖταί τε, πολλὰ κερδαῖνον δύσκολα· B οὕτωσὶ δὴ, κἂν τέλειος μηδὲν ἡμαρτηκὼς ἔργῳ τύχῃ, πάσχῃ δὲ καὶ πάθῃ, ταὐτὸ ἔπαθεν ἐμφερῶς τῷ νηπίῳ· ἔχων μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἁμαρτητικὸν, ἀφορμὴν δὲ πρὸς τὸ ἡμαρτηκέναι μὴ λαβὼν, οὐχ ἡμάρτανεν. Ὥστ' οὐκ αὐτῷ τὸ μὴ ἁμαρτῆσαι λογιστέον. Ὡς γὰρ ὁ μοιχεῦσαι θέλων μοιχός ἐστι, κἂν τοῦ μοιχεῦσαι μὴ ἐπιτύχῃ· καὶ ὁ ποιῆσαι φόνον θέλων ἀνδροφόνος ἐστὶ, κἂν μὴ δύνηται φονεῦσαι· οὑτωσὶ δὲ καὶ τὸν ἀναμάρτητον, ὃν λέγω, ἐὰν ἴδω πάσχοντα, κἂν μηδὲν ᾖ κακὸν πεπραχὼς, κακὸν ἐρῶ τὸ θέλειν (65) ἁμαρτάνειν. Πάντ' ἐρῶ γὰρ μᾶλλον, ἢ κακὸν τὸ προνοοῦν ἐρῶ. » Εἶθ' ὑποβὰς, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου ἄντικρυς, ὡς περὶ ἀνθρώπου, λέγει· « Ἐὰν μέντοι παραλιπὼν τούτους ἅπαντας τοὺς λόγους, ἔλθῃς ἐπὶ τὸ δυσωπεῖν με, διὰ προσώ- C πων τινῶν, εἰ τύχοι, λέγων, Ὁ δεῖνα οὖν ἥμαρτεν· ἔπαθεν γὰρ ὁ δεῖνα· ἐὰν μὲν ἐπιτρέπῃς, ἐρῶ· Οὐχ ἥμαρτεν μὲν, ὅμοιος δὲ ἦν τῷ πάσχοντι νηπίῳ· εἰ μέντοι σφοδρότερον ἐκβιάσαιο τὸν λόγον, ἐρῶ, Ἄνθρωπον, ὅντιν' ἂν ὀνομάσῃς, ἄνθρωπον εἶναι, δίκαιον δὲ τὸν Θεόν· « Καθαρὸς γὰρ οὐδεὶς, » ὥσπερ εἶπέ τις (66), « ἀπὸ ῥύπου. » Ἀλλὰ τῷ Βασιλείδῃ ἡ ὑπόθεσις προαμαρτήσασάν φησι τὴν ψυχὴν ἐν ἑτέρῳ βίῳ, τὴν κόλασιν ὑπομένειν ἐνταῦθα, τὴν μὲν ἐκλεκτὴν ἐπιτίμως διὰ μαρτυρίου, τὴν ἄλλην δὲ καθαιρομένην οἰκείᾳ κολάσει. Καὶ πῶς τοῦτο ἀληθὲς, ἐφ' ἡμῖν κειμένου τοῦ ὁμολογῆσαι καὶ κολασθῆναι, ἢ μή;

✠ P. 600 ED. POTTER, 506 ED. PARIS. [a] Job xiv, 4.

intellexit Basilides delicta, non in eodem solum, sed et alio corpore perpetrata: siquidem μετεμψύχωσιν defendit, ut ibidem animadvertit Clemens his verbis: Ἀλλὰ τῷ Βασιλείδῃ ἡ ὑπόθεσις προαμαρτήσασάν φησι τὴν ψυχὴν ἐν ἑτέρῳ βίῳ, τὴν κόλασιν ὑπομένειν ἐνταῦθα. « Sed Basilidi hypothesis dictat, « animam, quæ prius peccaverat in alia vita, hic pati « supplicium. » Jam ad prius citata verba revertor, e « quibus Clemens colligit, quod Basilides « Christum « Dominum ausus fuerit dicere hominem peccato ob- « noxium, » uti p. 507 notavit. Jam ea quidem hoc haud clare eloquuntur, imo ne quidem disertam Servatoris mentionem faciunt; verum ex integro forte contextu Clementi patuit, per ἄνθρωπον, ὅντιν' ἂν ὀνομάσῃς, ipsum Christum Dominum a Basilide esse indigitatum.

(64) *Ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἡμαρτηκὸς οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ, τῷ δὲ τὸ ἁμαρτῆσαι ἔχον.* Corruptus est hic locus, nec penitus mihi placet Cl. Grabii conjectura. Malim, ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἡμαρτηκὸς οὐδὲν, ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸ ἁμαρτῆσαν ἔχον· « quod actu quidem non D peccavit, sed in se id, quod peccavit, habet: scilicet animam. Nam ex Basilidæ sententia, animæ quæ prius in alia vita peccassent, hic pœnas sustinent. Unde Clemens paulo post ait: Ἀλλὰ τῷ Βασιλείδῃ ἡ ὑπόθεσις προαμαρτήσασάν φησι τὴν ψυχὴν ἐν ἑτέρῳ βίῳ, τὴν κόλασιν ὑπομένειν ἐνταῦθα. « Sed secundum Basilidæ hypothesin, anima quæ prius in altera vita peccaverat, hic supplicium patitur. » Similiter superius de Julio Cassiano Valentiniano dixit, *Strom.* III, pag. 553: Ἡγεῖται δὲ ὁ γενναῖος οὗτος Πλατωνικώτερον, θείαν οὖσαν τὴν ψυχὴν ἄνωθεν, ἐπιθυμίᾳ θηλυνθεῖσαν δεῦρο ἥκειν εἰς γένεσιν καὶ φθοράν. « Existimat autem hic vir præclarus plus, quam par sit, Platonice, animam, cum principio divina esset, cupiditate effeminatam, huc ad generationem et interitum venire. »

(65) *Τὸ θέλειν.* Rectius dativo casu, τῷ θέλειν, « volendo, » i. e. si velit. SYLBURG.

(66) *Εἶπέ τις.* Job, c. XIV. H. SYLBURG. — Vide quæ adnotata sunt in lib. II. COLLECT.

λύεται γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀρνησομένου ἡ κατὰ τὸν Βασιλείδην πρόνοια. Ἐρῶ (67) τοίνυν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ κρατηθέντος ὁμολογητοῦ, πότερον μαρτυρήσει καὶ κολασθήσεται κατὰ τὴν πρόνοιαν, ἢ οὔ; Ἀρνούμενος γὰρ, οὐ κολασθήσεται· εἰ δὲ καὶ τῆς ἀποβάσεως καὶ τοῦ μὴ δεῖν κολασθῆναι τοῦτον φήσει τὴν ἀπώλειαν τῶν ἀρνησομένων ἐκ προνοίας, ἄκων προσμαρτυρήσει (68). Πῶς δὲ ἔτι μισθὸς ὁ ἐνδοξότατος ἐν οὐρανῷ ἀπόκειται τῷ μαρτυρήσαντι διὰ τὸ μαρτυρῆσαι; Εἰ δὲ τὸν ἁμαρτητικὸν οὐκ εἴασεν ἡ πρόνοια ἐπὶ τὸ ἁμαρτεῖν ἐλθεῖν, ἄδικος γίνεται κατ' ἄμφω· καὶ τὸν διὰ δικαιοσύνην εἰς κόλασιν ἑλκόμενον μὴ ῥυομένη, καὶ τὸν ἀδικεῖν ἐθελήσαντα ῥυσαμένη· τοῦ μὲν ποιήσαντος δι' ὧν ἐβουλήθη, τῆς δὲ κωλυσάσης τὸ ἔργον, καὶ μὴ δικαίως περιέποντος (69) τὸν ἁμαρτητικόν. Πῶς δὲ οὐκ ἄθεος, θειάζων μὲν τὸν διάβολον, ἄνθρωπον δὲ ἁμαρτητικὸν τολμήσας εἰπεῖν τὸν Κύριον; Πειράζων γὰρ ἡμᾶς ὁ διάβολος, εἰδὼς μὲν ὅ ἐσμεν, οὐκ εἰδὼς δὲ εἰ ὑπομενοῦμεν, ἀλλὰ ἀποσεῖσαι τῆς πίστεως ἡμᾶς βουλόμενος, καὶ ὑπάγεσθαι ἑαυτῷ πειράζει· ὅπερ καὶ μόνον ἐπιτέτραπται αὐτῷ, διά τε τὸ ἡμᾶς ἐξ ἑαυτῶν σώζεσθαι δεῖν, ἀφορμὰς παρὰ τῆς ἐντολῆς εἰληφότας, διά τε τὸν καταισχυμμὸν τοῦ πειράσαντος καὶ ἀποτυχόντος, διά τε τὴν ἰσχυροποίησιν τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν, διά τε τὴν συνείδησιν τῶν θαυμασάντων τὴν ὑπομονήν. Εἰ δὲ τὸ μαρτύριον ἀνταπόδοσις διὰ κολάσεως, καὶ ἡ πίστις καὶ ἡ διδασκαλία, δι' ἃς τὸ μαρτύριον· συνεργοὶ ἄρα αὗται κολάσεως, ἧς τίς ἂν ἄλλη μείζων ἀπέμφασις γένοιτο; Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὰ δόγματα ἐκεῖνα, εἰ μετενσωματοῦται ἡ ψυχὴ, καὶ περὶ τοῦ διαβόλου κατὰ τοὺς οἰκείους λεχθήσεται καιρούς· νυνὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα προσθῶμεν· Ποῦ ἔτι (70) ἡ πίστις, κατὰ ἀνταπόδοσιν τῶν προημαρτημένων τοῦ μαρτυρίου γινομένου; Ποῦ δὲ ἡ ἀγάπη ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, διὰ τὴν ἀλήθειαν διωκομένη καὶ ὑπομένουσα; Ποῦ δὲ ἔπαινος ὁμολογήσαντος, ἢ ψόγος ἀρνησαμένου; Εἰς τί δὲ ἔτι χρησίμη ἡ πολιτεία ἡ ὀρθὴ, τὸ νεκρῶσαι τὰς ἐπιθυμίας, καὶ μηδὲν τῶν κτισμάτων μισεῖν; Εἰ δὲ, ὡς αὐτός φησιν ὁ Βασιλείδης, ἓν μέρος ἐκ τοῦ λεγομένου θελήματος τοῦ Θεοῦ ὑπειλήφαμεν, « τὸ ἠγαπηκέναι ἅπαντα, » ὅτι λόγον ἀποσώζουσι πρὸς τὸ πᾶν ἅπαντα· ἕτερον δὲ, « τὸ μηδενὸς ἐπιθυμεῖν· » καὶ τρίτον, « μισεῖν μηδὲ ἕν, » θελήματι τοῦ Θεοῦ καὶ κολάσεις ἔσονται· ὅπερ ἀσεβὲς ἐννοεῖν. Οὔτε γὰρ ὁ Κύριος θελήματι ἔπαθε τοῦ Πατρὸς, οὔθ' οἱ διωκόμενοι βουλήσει τοῦ Θεοῦ διώκονται· ἐπεὶ δυεῖν θάτερον, ἢ καλόν τι ἔσται διωγμὸς διὰ τὴν βούλησιν τοῦ Θεοῦ, ἢ ἀθῶοι οἱ διατιθέντες καὶ θλίβοντες. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲν ἄνευ θελήματος τοῦ Κυρίου τῶν ὅλων. Λείπεται δὴ συντόμως φάναι τὰ τοιαῦτα συμβαίνειν μὴ κωλύσαντος (71) τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ μόνον σώζει καὶ τὴν πρόνοιαν καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ. Οὐ τὸ

A quidem, ut puniatur honorifice per martyrium; aliam autem, ut debito purgetur supplicio. Quomodo autem hoc verum est, cum in nostra potestate situm sit confiteri et puniri, aut non? ✠ Nam si quis negaverit, quoad eum perit ea, quæ est ex Basilidis sententia, providentia. Rogabo ergo eum de confessore in custodia manente, utrum martyrium patietur, et punietur ex providentia, an non? Nam si neget, non punietur; sin autem et exitus, et quod non oporteat eum puniri, dicet esse interitum eorum, qui sunt negaturi, ex providentia, invitus martyrium patietur. Quomodo autem adhuc in cœlis reponetur gloriosissima merces ei, qui martyrium passus fuerit, propterea quod fuerit martyr? Sin autem eum, qui peccare voluit, non
B sivit providentia venire ad peccandum, in utroque est injusta; et quod eum non liberet, qui propter justitiam trahitur ad supplicium; et quod eum, qui volebat injuriam facere, liberaverit; cum ille quidem fecerit, propterea quod voluit; hæc vero opus prohibuerit, et non jure ei faveat, qui peccare volebat. Quomodo autem non est vere impius et a Deo alienus, qui diabolum quidem in deos referat; hominem autem peccato obnoxium ausus est dicere Dominum? Nos enim tentat diabolus, sciens quidem quales sumus, nesciens autem utrum perseveraturi simus: verum nos a fide excutere cupit, et in suam potestatem redigere tentat. Quod quidem solum est ei permissum, partim quod nos ex nobis
C ipsis salvos esse oporteat, occasiones ex præceptis accipientes: partim ut tentator, spe sua frustratus, pudore suffundatur; et partim propter eorum confirmationem, qui sunt in Ecclesia; et denique propter eorum conscientiam, qui martyrum constantiam admirati sunt. Si autem martyrium est retributio per supplicium, et fides quoque et doctrina, per quas est martyrium. Sunt ergo hæ quoque adjutrices supplicii, quo quidnam aliud possit esse absurdius? sed ad illa quidem dogmata, an a corporibus in corpora migret anima, et de diabolo, dicetur suo tempore. Nunc autem iis, quæ dicta sunt, hæc quoque adjiciamus: Ubi est adhuc fides, si pro luendis pœnis eorum, quæ prius peccata sunt, subeatur martyrium? Ubi est autem charitas in
D Deum, quæ propter veritatem persecutionem patitur et sustinet? Ubi est autem laus ejus qui confessus est, aut vituperatio ejus qui abnegavit? Ad quid autem est adhuc utilis recta vitæ institutio, morte afficere cupiditates, et nullam odisse creaturam? Si autem, ut ipse dicit Basilides, unam partem ex Dei, quæ dicitur, voluntate existimamus « omnia diligere, » quod omnia rationem ac proportionem conservent ad universum; alteram autem, ✠ « nihil

✠ P. 601 ED. POTTER, 507 ED. PARIS. ✠ P. 602 ED. POTTER, 508 ED. PARIS.

(67) *Ἐρῶ*. Hoc ferri potest, ut paulo supra. Si quis tamen ἐρωτήσει malit, per me licet. SYLBURG.

(68) *Εἰ δὲ καὶ . . . προσμαρτυρήσει*. Ad hanc sententiam complendam aliquid desiderari videtur.

(69) *Περιέποντος*. Περιεπούσης, ut κωλυσάσης, ad προνοίας melius referri posset.

(70) *Ἔτι*. Ἔτι ea vi ac potestate usurpatum, qua mox, εἰς τί δὲ ἔτι χρησίμη ἡ πολιτεία ἡ ὀρθ. SYLBURG.

(71) *Μὴ κωλύσαντος*. Conf. quæ superius dixit auctor *Strom.* I, p. 367, 368

concupiscere; » et tertiam, « nihil odisse; » voluntate Dei erunt etiam supplicia: quod quidem impium est cogitare. Neque enim Dominus passus est voluntate Patris, nec qui patiuntur persecutionem, eam Dei voluntate patiuntur. Nam ex duobus alterum: aut bonum quid erit persecutio, propter Dei voluntatem, aut erunt insontes qui decernunt et affligunt. Sed tamen nihil fit sine voluntate Domini universorum. Restat itaque, ut breviter dicamus, ea, quæ sunt hujusmodi, evenire, Deo non prohibente. Hoc enim solum servat et providentiam et bonitatem Dei. Non est ergo existimandum, eum operando efficere afflictiones (absit enim, ut hoc vel cogitemus), sed non prohibere eos, qui eas efficiunt, persuasum habere convenit, quodque adversariorum facinoribus utatur ad bonum ex iis eliciendum: « Destruam, inquit, murum, et erit in conculcationem [a]: » **218** solet enim hac arte nos erudire providentia: in aliis quidem propter sua uniuscujusque peccata; in Domino autem et apostolis propter nostra. Jam vero divinus Apostolus: « Hæc enim est, inquit, Dei voluntas, sanctificatio vestra, ut vos abstineatis a fornicatione, et sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore, non in affectione cupiditatis, sicut gentes, quæ non norunt Dominum; et non exsuperet, et per avaritiam circumscribat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est Dominus horum omnium; sicut etiam vobis prædiximus et testificati sumus. Non enim vocavit nos Deus propter immunditiam, sed in sanctificatione. Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit vobis Spiritum suum sanctum [b]. » Propter hanc ergo sanctificationem nostram non prohibitus fuit pati Dominus. Si quis autem ex eis respondens, dicat puniri quidem martyrem propter peccata quæ sunt admissa ante hanc in corpus migrationem; fructum autem posthac esse percepturum vitæ, quæ hic acta fuerit: sic enim constitutam esse administrationem: eum rogabimus an retributio fiat ex providentia. Nam si quidem non fuerit ex divina administratione, perit consilium et dispensatio expiationis, et eis sua excidit hypothesis. Si autem a providentia sunt expiationes, sunt punitiones quoque ex providentia. Providentia autem, etsi a principe, ut ita dicam, moveri incipit, immista tamen est et insita in substantiis, una cum ipsarum generatione, per Deum universorum. Quæ cum ita habeant, necesse est ut ipsi fateantur, vel non esse injustam punitionem; et tum recte justeque ✠ se gerunt, qui condemnant et persequuntur martyres; aut ex Dei voluntate exerceri persecutiones. Non utique ergo labor et metus rebus accidit, ut ipsi dicunt, tanquam rubigo ferro, sed ex propria voluntate accedit ad animam. Sed de his quidem multa reservantur dicenda, quæ posthac suo tempore tractabuntur.

A ἐνεργεῖν τοίνυν αὐτὸν τὰς θλίψεις οἴεσθαι χρή· (μὴ γὰρ εἴη τοῦτο ἐννοεῖν!) ἀλλὰ μὴ κωλύειν τοὺς ἐνεργοῦντας, πεπεῖσθαι προσῆκεν, καταχρῆσθαί τε εἰς καλὸν τοῖς τῶν ἐναντίων τολμήμασιν· « Καθελῶ γοῦν, φησὶ, τὸν τοῖχον (72), καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα· » παιδευτικῆς τέχνης τῆς τοιάδε αὐτῆς οὔσης προνοίας (73)· ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων διὰ τὰς οἰκείας ἑκάστου ἁμαρτίας, ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων διὰ τὰς ἡμῶν. Αὐτίκα ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ (74) θέλημα τοῦ Θεοῦ, » φησὶν, « ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν, ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας, εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη, τὰ μὴ εἰδότα τὸν Κύριον (75)· τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι B τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, διότι ἔκδικος ὁ Κύριος περὶ πάντων τούτων· καθὼς καὶ προείπομεν ὑμῖν, καὶ διεμαρτυράμεθα. Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν, τὸν καὶ δόντα τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ὑμᾶς (76). » Διὰ τοῦτο οὖν τὸν ἁγιασμὸν (77) ἡμῶν οὐκ ἐκωλύθη παθεῖν ὁ Κύριος. Εἰ τοίνυν, ἀπολογούμενός τις αὐτῶν, λέγοι κολάζεσθαι μὲν τὸν μάρτυρα διὰ τὰς πρὸ τῆσδε τῆς ἐνσωματώσεως ἁμαρτίας, τὸν καρπὸν δὲ τῆς κατὰ τόνδε τὸν βίον πολιτείας αὖθις ἀπολήψεσθαι· οὕτω γὰρ διατετάχθαι τὴν διοίκησιν· πευσόμεθα αὐτοῦ, εἰ ἐκ προνοίας γίνεται ἡ ἀνταπόδοσις. Εἰ μὲν γὰρ μὴ εἴη τῆς θείας διοικήσεως, οἴχεται ἡ οἰκονομία τῶν καθαρσίων, καὶ πέπτωκεν ἡ ὑπόθεσις αὐτοῖς· εἰ δὲ C ἐκ προνοίας τὰ καθάρσια, ἐκ προνοίας καὶ αἱ κολάσεις. Ἡ πρόνοια δὲ, εἰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος, ὡς φάναι, κινεῖσθαι ἄρχεται, ἀλλ' ἐγκατεσπάρη ταῖς οὐσίαις σὺν καὶ τῇ τῶν οὐσιῶν γενέσει πρὸς τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ. Ὧν οὕτως ἐχόντων, ἀνάγκη ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἢ τὴν κόλασιν μὴ εἶναι ἄδικον, καὶ δικαιοπραγοῦσιν οἱ καταδικάζοντες καὶ διώκοντες τοὺς μάρτυρας· ἢ ἐκ θελήματος ἐνεργεῖσθαι τοῦ Θεοῦ καὶ τοὺς διωγμούς. Οὐκ ἔτι οὖν ὁ πόνος καὶ ὁ φόβος, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, ἐπισυμβαίνει τοῖς πράγμασιν ὡς ὁ ἰὸς τῷ σιδήρῳ, ἀλλ' ἐκ βουλήσεως ἰδίας προσέρχεται τῇ ψυχῇ. Καὶ περὶ μὲν τούτων πολὺς ὁ λόγος, ὅσον ἐν ὑστέρῳ σκοπεῖν ἀποκείσεται κατὰ καιρὸν διαλαμβάνουσιν.

CAPUT XIII.

Valentini nænias de mortis abolitione redarguit.

Valentinus autem in quadam homilia scribit his

Οὐαλεντῖνος δὲ ἔν τινι ὁμιλίᾳ κατὰ λέξιν γράφει·

✠ P. 603 ED. POTTER, 509 ED. PARIS. [a] Isa. v, 5. [b] I Thess. IV, 3, 4, 5, 6, 7, 8.

(72) *Τοῖχον*. Isa. v, τοῖχον αὐτοῦ. A. SYLBURG.
(73) *Τῆς τοιάδε αὐτῆς οὔσης πρ.* Forte τῆς τοιᾶσδε αὐτῷ οὔσης προνοίας, « cum talis ea providentia sit ars institutoria. » SYLBURG.
(74) *Τό*. Abest e Thess. IV.
(75) *Κύριον*. Θεόν, Thess. IV.
(76) *Εἰς ὑμᾶς*. Εἰς ἡμᾶς, ibid.
(77) *Διὰ τοῦτο οὖν τὸν ἁγ.* A. διὰ τοῦτον οὖν τὸν ἁγ. SYLBURG.

« Ἀπ' ἀρχῆς ἀθάνατοί ἐστε, καὶ τέκνα ζωῆς αἰωνίας· καὶ τὸν θάνατον ἠθέλετε μερίσασθαι εἰς ἑαυτοὺς, ἵνα δαπανήσητε αὐτὸν καὶ ἀναλώσητε, καὶ ἀποθάνῃ ὁ θάνατος ἐν ὑμῖν, καὶ δι' ὑμῶν. Ὅταν γὰρ τὸν μὲν κόσμον λύητε, ὑμεῖς δὲ μὴ καταλύησθε, κυριεύετε τῆς κτίσεως καὶ τῆς φθορᾶς ἁπάσης. » Φύσει γὰρ σωζόμενον γένος ὑποτίθεται καὶ αὐτὸς ἐμφερῶς τῷ Βασιλείδῃ· ἄνωθεν δὲ ἡμῖν δεῦρο τοῦτο δὴ τὸ διάφορον γένος, ἐπὶ τὴν τοῦ θανάτου καθαίρεσιν ἥκειν· θανάτου δὲ γένεσιν ἔργον εἶναι τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον. Διὸ καὶ τὴν Γραφὴν ἐκείνην οὕτως ἐκδέχεται· « Οὐδεὶς ὄψεται (78) τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ, καὶ ζήσεται· » ὡς θανάτου αἰτίου. Περὶ τούτου τοῦ Θεοῦ ἐκεῖνα αἰνίττεται, γράφων αὐταῖς λέξεσιν· « Ὁπόσον ἐλάττων ἡ εἰκὼν τοῦ ζῶντος προσώπου, τοσοῦτον ἥσσων ὁ κόσμος τοῦ ζῶντος Αἰῶνος. Τίς οὖν αἰτία τῆς εἰκόνος; Μεγαλωσύνη τοῦ προσώπου, παρεσχημένου τῷ ζωγράφῳ τὸν τύπον, ἵνα τιμηθῇ δι' ὀνόματος αὐτοῦ· οὐ γὰρ αὐθεντικῶς εὑρέθη (79) μορφὴ, ἀλλὰ τὸ ὄνομα ἐπλήρωσαν (80) τὸ ὑστερῆσαν ἐν πλάσει. Συνεργεῖ δὲ καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ἀόρατον εἰς πίστιν τοῦ πεπλασμένου· » τὸν μὲν γὰρ δημιουργὸν ὡς Θεὸν καὶ Πατέρα κληθέντα, « εἰκόνα τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ, » καὶ « Προφήτην » προσεῖπεν· « ζωγράφον » δὲ τὴν Σοφίαν, ἧς τὸ πλάσμα ἡ εἰκὼν, εἰς δόξαν τοῦ ἀοράτου· ἐπεὶ ὅσα ἐκ συζυγίας προέρχεται, πληρώματά ἐστιν· ὅσα δὲ ἀπὸ ἑνὸς, εἰκόνες. Ἐπεὶ δὲ τὸ φαινόμενον αὐτοῦ οὐκ ἔστιν, ἡ ἐκ μεσότητος ψυχὴ ἔρχεται, τὸ διαφέρον (81)· καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ ἐμφύσημα τοῦ διαφέροντος πνεύματος, καὶ καθ' ὅλου ὃ ἐμπνεῖται τῇ ψυχῇ τῇ εἰκόνι τοῦ πνεύματος· καὶ καθόλου τὰ ἐπὶ τοῦ Δημιουργοῦ λεγόμενα τοῦ κατ' εἰκόνα γενομένου, ταῦτ' ἐν εἰκόνος αἰσθητῆς μοίρᾳ ἐν τῇ γενέσει (82) περὶ ἀνθρωπογονίαν προπεφητεῦσθαι λέγουσι· καὶ δὴ μετάγουσι τὴν ὁμοιότητα καὶ ἐφ' ἑαυτοὺς, ἄγνωστον τῷ Δημιουργῷ τὴν τοῦ διαφέροντος ἐπένθεσιν πνεύματος γεγενῆσθαι παραδιδόντες. Ὅταν μὲν οὖν περὶ τοῦ ἕνα εἶναι τὸν Θεὸν, τὸν διὰ νόμου καὶ προφητῶν καὶ Εὐαγγελίου κηρυσσόμενον, διαλαμβάνωμεν, καὶ πρὸς τοῦτο διαλεξόμεθα· ἀρχικὸς γὰρ ὁ λόγος· πρὸς δὲ τὸ κατεπεῖγον ἀπαντητέον. Εἰ ἐπὶ τὸ (83) καταλῦσαι θάνατον ἀφικνεῖται τὸ διαφέρον γένος (84), οὐχ ὁ Χριστὸς τὸν θάνατον κατήρ-

A verbis : « Ab initio estis immortales, et filii estis vitæ æternæ, et mortem voluistis inter vos ipsos dispertiri ut eam consumeretis, et mors in vobis moreretur, et per vos. Quando enim mundum quidem solvitis, vos autem non dissolvimini, estis domini creaturæ et cujusvis interitus. » Genus enim, quod natura servatur, ponit ipse quoque similiter atque Basilides; ad nos autem desuper huc venire hoc diversum genus, ad mortem de medio tollendam; mortis autem generationem esse opus ejus, qui creavit mundum. Quamobrem sic etiam accipit illam Scripturam : « Nemo videbit faciem Dei, et vivet [a]; » quasi ille sit auctor mortis. De hoc Deo ita innuit, scribens his verbis : « Quanto imago minor est viva facie, tanto mundus est minor vivo
B Æone. Quænam est ergo causa imaginis? Faciei majestas, quæ pictori exhibuit figuram, ut per ejus nomen honoraretur. Non enim ex se et sua auctoritate fuit forma inventa, sed implevit nomen quod in creatione erat imperfectum. Adjuvat autem, quod Dei quoque est inaspectabile, ad fidem ejus, quod effictum est. » Creatorem enim, ut qui Deus et Pater sit vocatus, « veri Dei imaginem, » et « prophetam » appellavit; « pictorem » autem Sapientiam, cujus figmentum est imago, ad gloriam ejus qui est inaspectabilis. Nam quæcunque procedunt ex conjugatione, ea sunt pleromata; quæcunque autem ab uno, imagines. Quoniam autem non est ejus id, quod apparet : quæ est ex medietate anima venit,
C nempe id, quod est differens, et hoc est insufflatio differentis spiritus, et in summa id, quod inspiratur in animam, quæ est imago spiritus. Et, ut in summa dicam, quæ dicuntur de Creatore, qui factus est ad imaginem, ea in imagine sensili in generatione dicunt fuisse ✠ prædicta de generatione hominis. Nam ad seipsos quoque transferunt similitudinem ejus, qui differt, spiritus interjectionem Creatori fuisse ignotam tradentes. Cum ergo de eo, quod unus Deus sit, qui prædicatur per legem et prophetas et Evangelium, tractabimus, adversus hoc quoque disseremus; est enim locus primarius. Nunc adversus id, quo in præsens urgemur, est occurrendum. Si ad dissolvendam mortem venit genus

✠ P. 604 ED. POTTER, 510 ED. PARIS. [a] Exod. xxxiii, 20.

(78) *Οὐδεὶς ὄψ*. Exod. xxxiii, 20 : Οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται.

(79) *Εὑρέθη*. Haud scio an verius ἐῤῥέθη, « dicta est. » Sylburg.

(80) *Ἐπλήρωσαν*. Interpres sing. numero ἐπλήρωσεν, « implevit : » inquit Sylburg. Cl. Grabius *Spicilegii* sæc. ii, p. 54, hæc adnotat : « Ego ἐπλήρωσαν in ἐπλήρωσεν muto; et verba ista, οὐ γὰρ αὐθεντικ. ita interpretor : « Non enim exacte ad vivum forma « aliqua reperitur (in imagine expressa), sed nomen « (ejus scil. cujus imago est) supplet id, quod efformationi deest. » Moris enim olim fuisse pictoribus, ut nomina imaginibus ascriberent, quo facilius dignoscerentur, ex Aristotelis lib. vi *Topicorum*, cap. 2, colligitur. Ad eumdem itaque modum Valentinus docebat supremum invisibilem Deum fidem conciliare suæ imagini, id est, ad imaginem ejus a matre Sophia formato mundi Creatori, dum nomen « Dei » ipsi communicavit; uti Clemens paulo post
D Valentini sententiam explicat (de qua cf. Irenæum lib. i, sect. 9); quanquam ex *Orientali Valentinianorum Didascalia* apud Clementem, pag. 801, edit. Paris., verba Valentini in meliorem explicari possint sensum. Quod vero reliquæ in mundo creaturæ sint imagines cæterorum a summo Deo descendentium Æonum, post Valentinum loco citato, sectatores ejus docuisse, ex Irenæo constat. »

(81) *Τὸ διαφέρον*. Interpres appositive accipit, hoc sensu : « Venit anima, quæ ex dimidio est, nempe id quod est differens. » Sylburg.

(82) *Ἐν τῇ γενέσει*. Perperam interpres, « in generatione. » Vertendum fuit « in libro Geneseos. » Sensus est, « ea in illo Geneseos loco, quo de hominis creatione sermo factus est, per sensibilem imaginem olim prædicta fuisse. »

(83) *Ἐπὶ τό*. Etiam dativo casu legi potest ἐπὶ τῷ. Sylburg.

(84) *Διαφέρον γένος*. Nempe genus hominum

differens, Christus mortem non abolevit, nisi ipse quoque dicatur ejusdem cum eis essentiæ; sin autem in hoc eam abolevit, ut genus non attingeret differens, non isti mortem abolent, qui sunt æmuli Creatoris, qui imagini suæ istius animæ, quæ est ex medietate, supernam vitam inspirant secundum dogma ab eis susceptum. Sin vero hoc dicant evenire per matrem, vel si dicant se una cum Christo adversus mortem belligerare, aperte fatentur id occultum dogma, siquidem non timeant Creatoris divinam insectari potentiam, sed ejus creaturam, tanquam ipsi meliores essent, emendant, et animalem imaginem, quam ille non potuit liberare ab interitu, servare nituntur. Fuerit autem Dominus quoque Deo creatore melior ac præstantior : nunquam enim filius cum patre contenderit, idque inter deos. Quod autem hic sit pater filii, Creator universorum, Dominus omnipotens, ad illam distulimus disputationem, in qua adversus
219 hæreses disserere promisimus, ostendentes eum esse solum, qui est ab ipso prædicatus. Sed nobis quidem scribens Apostolus de tolerandis afflictionibus : « Et hoc, inquit, ex Deo, quod vobis donatum est pro Christo, ut non solum in ipsum credatis, sed etiam pro eo patiamini; idem habentes certamen, quale vidistis in me, et nunc auditis in me. Si qua est ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera et miserationes, implete meum gaudium, ut idem sentiatis, eamdem habentes charitatem, unanimes, idem sentientes. Si autem immolatur super sacrificio et ministerio fidei gaudens et congratulans[a], » eos, ad quos loquitur Apostolus, Philippenses vocans « gratiæ consortes[b], » quomodo ipsos dicit « unanimes » et animales? Similiter etiam de Timotheo quoque scribens et seipso, « Neminem enim, inquit, habeo tam unanimem, qui germane de vobis futurus sit sollicitus. Omnes enim, quæ sua sunt, quærunt, non quæ Jesu Christi[c]. » Ne ergo probri loco nos « animales » dicant aut prius memorati homines, aut ✠ etiam Phryges : jam enim ii quoque illos, qui novæ non attendunt prophetiæ, « animales » appellant, adversus quos disseremus, cum agemus de prophetis. Eum ergo, qui est perfectus, oportet exercere charitatem, et hinc ad Dei tendere amicitiam, per charitatem ejus mandata exsequens. Cum vero jubet diligere inimicos, non diligere quidem malum jubemur, neque impietatem, vel adulterium, vel furtum; sed furem, et impium, et adulterum, non quidem quatenus peccat, et

A γησεν, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς αὐτοῖς ὁμοούσιος λεχθείη· εἰ δ' εἰς τοῦτο κατήργησεν, ὡς μὴ τοῦ διαφέροντος ἅπτεσθαι γένους, οὐχ οὗτοι τὸν θάνατον καταργοῦσιν οἱ ἀντίμιμοι τοῦ Δημιουργοῦ, οἱ τῆς ἐκ μεσότητος ψυχῆς τῇ σφετέρᾳ εἰκόνι ἐμφυσῶντες τὴν ζωὴν τὴν ἄνωθεν, κατὰ τὴν τοῦ δόγματος αἵρεσιν· κἂν διὰ τῆς μητρὸς τοῦτο συμβαίνειν λέγωσιν, ἀλλὰ κἂν εἰ σὺν Χριστῷ καταστρατεύεσθαι τοῦ θανάτου λέγοιεν, ὁμολογούντων τὸ δόγμα τὸ κεκρυμμένον, ὡς τῆς θείας τοῦ Δημιουργοῦ κατατρέχειν τολμῶσι δυνάμεως, τὴν κτίσιν τὴν αὐτοῦ, ὡς κρείττους ἐπανορθούμενοι, πειρώμενοι σώζειν τὴν ψυχικὴν εἰκόνα, ἣν αὐτὸς ῥύσασθαι τῆς φθορᾶς οὐ κατίσχυσεν. Εἴη δ' ἂν καὶ ὁ Κύριος ἀμείνων τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ ἄν ποτε ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ διαφιλονεικοίη, καὶ ταῦτα ἐν θεοῖς. B Ὅτι δὲ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ υἱοῦ πατὴρ, ὁ Δημιουργὸς τῶν συμπάντων, ὁ παντοκράτωρ Κύριος, εἰς ἐκείνων ἀνεβαλόμεθα τὴν σκέψιν, καθ' ἣν πρὸς τὰς αἱρέσεις ὑπεσχήμεθα διαλέξασθαι, τοῦτον εἶναι μόνον δεικνύντες τὸν ὑπ' αὐτοῦ κεκηρυγμένον. Ἀλλ' ἡμῖν γε ὁ Ἀπόστολος εἰς τὴν τῶν θλίψεων ὑπομονὴν γράφων· « Καὶ τοῦτο, φησὶν, ἀπὸ Θεοῦ, ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν· τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες, οἷον ἴδετε ἐν ἐμοὶ, καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί. Εἴ τις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ, εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία πνεύματος, εἴ τινα σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοὶ, πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες. C Εἰ δὲ σπένδεται ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ τῇ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως χαίρων καὶ συγχαίρων, » πρὸς οὓς ὁ λόγος τῷ Ἀποστόλῳ, τοὺς Φιλιππησίους « συμμετόχους τῆς χάριτος (85) » καλῶν, πῶς αὐτοὺς « συμψύχους » καὶ ψυχικοὺς (86) λέγει; Ὁμοίως καὶ περὶ Τιμοθέου καὶ ἑαυτοῦ γράφων, « οὐδένα γὰρ ἔχω, φησὶν, ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει· οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ (87). » Μὴ τοίνυν « ψυχικοὺς » ἐν ὀνείδους μέρει λεγόντων ἡμᾶς οἱ προειρημένοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Φρύγες· ἤδη γὰρ καὶ οὗτοι τοὺς τῇ νέᾳ προφητείᾳ μὴ προσέχοντας « ψυχικοὺς » καλοῦσιν, πρὸς οὓς ἐν τοῖς « Περὶ προφητείας » διαλεξόμεθα. Ἀγάπην οὖν ἀσκεῖν τὸν τέλειον χρὴ, κἀνθένδε ἐπὶ τὴν θείαν φιλίαν σπεύδειν, δι' ἀγάπην ἐκτελοῦντα τὰς ἐντολάς. D Τὸ δὲ ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθροὺς οὐκ ἀγαπᾷν τὸ κακὸν λέγει, οὐδὲ ἀσέβειαν, ἢ μοιχείαν, ἢ κλοπὴν, ἀλλὰ τὸν κλέπτην, καὶ τὸν ἀσεβῆ, καὶ τὸν μοιχὸν, οὐ καθὸ ἁμαρτάνει, καὶ τῇ ποιᾷ ἐνεργείᾳ μολύνει τὴν ἀνθρώπου προσηγορίαν, καθ' ὃ δὲ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ἔργον Θεοῦ. Ἀμέλει τὸ ἁμαρτάνειν ἐνεργείᾳ κεῖται, οὐκ οὐσίᾳ· διὸ οὐδὲ ἔργον Θεοῦ. Ἐχθροὶ δὲ οἱ ἁμαρτά-

✠ P. 605 ED. POTTER, 511 ED. PARIS. [a] Philip. I, 29, 30; II, 1, 2, 17. [b] Philip. I, 7. [c] Philip. II, 20, 21.

spirituale, quod hæretici affirmabant, e cœlo ad abolendam mortem descendisse : ut paulo superius dixit auctor.

(85) *Συμμετόχους τῆς χάριτος*. Respicit Philip. I, 7, ubi Apostolus ait : Συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας.

(86) *Συμψύχους καὶ ψυχικούς*. Vox posterior a priori ab auctore infertur : nam σύμψυχοι esse nequeunt, qui non habent τὴν ψυχήν, ac proinde ψυχικοί sunt. Vox ipsa ψυχικοί in hac epistola non occurrit.

(87) *Τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, Philip.

νοντες εἴρηνται Θεοῦ, οἱ ἐχθροὶ δὴ τῶν ἐντολῶν, αἷς μηδὲ ὑπακηκόασι, γενόμενοι ὥσπερ φίλοι οἱ ὑπακηκοότες, οἱ μὲν διὰ τὴν οἰκείωσιν, οἱ δὲ διὰ τὴν ἀπαλλοτρίωσιν τὴν ἐκ προαιρέσεως προσαγορευθέντες· οὐθὲν γὰρ ἡ ἔχθρα οὐδ' ἡ ἁμαρτία ἄνευ τοῦ ἐχθροῦ καὶ τοῦ ἁμαρτάνοντος· καὶ « τὸ μηδενὸς ἐπιθυμεῖν, » οὐχ ὡς ἀλλοτρίων τῶν ἐπιθυμητῶν ὄντων, πόθον μὴ ἔχειν διδάσκει, καθάπερ ὑπειλήφασιν οἱ τὸν Κτίστην ἄλλον εἶναι παρὰ τὸν πρῶτον Θεὸν δογματίζοντες· οὐθ' ὡς ἐβδελυγμένης καὶ κακῆς οὔσης τῆς γενέσεως (ἄθεοι γὰρ αἱ δόξαι αὗται)· « ἀλλότρια » δὲ ἡμεῖς φαμεν τὰ τοῦ κόσμου, οὐχ ὡς ἄτοπα, οὐδ' ὡς οὐχὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντων Κυρίου, ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ καταμένομεν ἐν αὐτοῖς τὸν πάντα αἰῶνα· κτήσει ὄντα ἀλλότρια, καὶ τῶν κατὰ διαδοχὴν ὑπάρχοντα· χρήσει δὲ ἑκάστου ἡμῶν ἴδια, δι' οὓς καὶ ἐγένετο· πλὴν ἐφ' ὅσον (88) γε αὐτοῖς ἀναγκαῖον συμπαρεῖναι. Κατὰ φυσικὴν τοίνυν ὄρεξιν χρηστέον τοῖς κεκωλυμένοις καλῶς, πᾶσαν ὑπερέκπτωσιν καὶ συμπάθειαν παραιτουμένους.

A quadam actione humano nomini dedecus infert, sed quatenus est homo et opus Dei. Peccare certe inter actiones ponitur, non inter substantias, quamobrem nec Dei est opus. Dei autem inimici dicti sunt peccatores, qui sunt inimici mandatorum, quibus non obediunt, sicut amici sunt, qui obediunt; hi quidem propter conjunctionem, illi vero propter alienationem, ex libero animi arbitrio profectam, appellati. Nihil enim sunt inimicitiæ neque peccatum, absque inimico et peccatore. Illud autem præceptum, quo jubemur « nil concupiscere, » non vetat nos qualicunque desiderio affici, ac si aliena essent quæcunque sunt desiderabilia, ut existimarunt qui Creatorem alium esse a primo Deo statuunt; neque tanquam ipsa generatio sit mala et exsecranda B (sunt enim impiæ hujusmodi opiniones) ; sed nos res hujus mundi « alienas » esse dicimus, non quod sint absurdæ ac turpes, aut quod ad Deum Dominum universorum non pertineant, sed quoniam in eis non permanemus in omne sæculum, cum quoad possessionem sint aliena, et successoribus nostris tradenda, quoad usum vero sint uniuscujusque nostrum propria, propter quos etiam facta sunt; sed tamen eatenus, quatenus una cum eis esse nobis necesse est. Igitur convenienter naturali appetitioni recte utendum est iis, quæ sunt prohibita, caventes ne modum excedamus, et supra quam par est in ea afficiamur.

CAPUT XIV.

De dilectione omnium, etiam inimicorum.

Ὅση καὶ χρηστότης; « Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, » λέγει· « εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς (89)· καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμῖν, » καὶ τὰ ὅμοια· οἷς προστίθησιν· « Ἵνα γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » τὴν ἐξομοίωσιν τὴν πρὸς Θεὸν αἰνισσόμενος. Πάλιν δ' αὖ φησιν· « Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ. Ἀντίδικος » δὲ οὐ τὸ σῶμα, ὥς τινες βούλονται, ἀλλ' ὁ διάβολος καὶ οἱ τούτῳ ἐξομοιούμενοι, ὁ « συνοδεύων » ἡμῖν δι' ἀνθρώπων τῶν ζηλούντων τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν τῷ ἐπιγείῳ τῷδε βίῳ. Οὐχ οἷόν τε οὖν μὴ παθεῖν τὰ ἔχθιστα τοὺς ὁμολογοῦντας μὲν ἑαυτοὺς εἶναι τοῖς τοῦ Χριστοῦ (90), ἐν δὲ τοῖς τοῦ διαβόλου καταγινομένους ἔργοις· γέγραπται γάρ· « Μή ποτε παραδῷ σε τῷ κριτῇ, » ὁ κριτὴς δὲ (91) τῷ ὑπηρέτῃ τῆς ἀρχῆς τοῦ διαβόλου. « Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, » ὁ κατ' ἐπιφορὰν τῶν διωκόντων· « οὔτε ζωὴ, » ἡ κατὰ τὸν βίον τοῦτον· « οὔτε ἄγγελοι, » οἱ ἀποστάται· « οὔτε ἀρχαί· » ἀρχὴ δὲ τῷ Σατανᾷ, ὁ βίος ὃν εἵλετο· τοιαῦται (92) γὰρ αἱ κατ' αὐτὸν ἀρχαί τε καὶ

Porro autem quanta est etiam benignitas? « Diligite, » inquit, « inimicos vestros. Benedicite iis qui vos exsecrantur, et orate pro eis, qui vos afficiunt C contumeliis [a], » et similia. Quibus adjicit : « Ut sitis similes Patris vestri, qui est in cœlis [b]; » significans eam, quæ Deum refert, assimilationem. Rursus autem inquit : « Sis cito benevolus adversario tuo, donec es in via cum ipso. » — « Adversarius » autem non est corpus, ut quidam volunt, sed diabolus, et qui ei assimilantur ; qui una nobiscum « in via » ingreditur, per homines, qui ejus facta imitantur in hac vita terrena. Fieri ergo non potest, ut non patiantur ✠ inimicissima, qui se in Christi quidem esse confitentur, in diaboli autem versantur operibus. Scriptum est enim : « Ne forte te tradat judici, judex autem ministro » imperii diaboli. « Persuasum enim habeo, quod neque mors, » quam afferunt ii qui persequuntur ; « neque vita, » quæ hic agitur ; « neque angeli, » qui D defecerunt, « neque principatus » (Satanæ autem principatus est vita, quam eligit : tales enim sunt,

✠ P. 606 ED. POTTER, 512 ED. PARIS. [a] Matth. v, 44, 45. [b] Ibid. 24.

(88) *Ἐφ' ὅσον*. Hoc est, « quantisper versari nos in hac vita contingit, » non vero, ut paulo ante dictum, εἰς πάντα αἰῶνα.

(89) *Ὑμᾶς*. Addit Matthæus, καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, quæ fortasse propter ὑμᾶς repetitum, per librariorum negligentiam exciderunt. Mox, ἐπηρεαζόντων ὑμῖν, Matth. v; dein, ὅπως γένησθε· et mox, τοῦ ἐν οὐρανοῖς, absque articulo.

(90) *Τοῖς τοῦ Χριστοῦ*. Rectius ἐν τοῖς τοῦ Χριστοῦ cum præposit. ut in seq. membro. SYLBURG.

(91) *Ὁ κριτὴς δέ*. Καὶ ὁ κριτής, Matth.

(92) *Τοιαῦται*. Ante hanc vocem A. inserendum putat, οὔτε δυνάμεις· deinde ante ὡς τοῦ μὲν στρατ. interserendum, οὔτε τὰ μέλλοντα· ut singulis membris sua respondeat ratio. Primæ tamen insertioni obstat relativum αὐτόν, quod a suo antecedente discludi non potest. Nec altera usque adeo necessaria est; cum militi spem, et mercatori lucrum, in hac vita, tanquam præsentia, proposita esse ipse Clemens indicet. Gnostico sane jam præsens esse id, quod futurum est, idem infra declarat. SYLBURG.

qui sunt ex eo principatus, et potestates tenebrarum); « neque præsentia, » in quibus sumus tempore hujus vitæ, ut spes quidem militis, lucrum vero mercatoris; « neque altitudo, neque profunditas, neque aliqua alia creatura, » per propriam homini resistit operationem fidei ejus, qui suo agit arbitrio. « Creaturæ » autem nomen tribuitur univoce operationibus, ut quæ sit nostrum opus: talis ergo operatio « non poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro [a]. » Habes summam martyris gnostici.

A ἐξουσίαι τοῦ σκότους· « οὔτε τὰ ἐνεστῶτα, » ἐν οἷς ἐσμεν κατὰ τὸν τοῦ βίου χρόνον, ὡς τοῦ μὲν στρατιώτου ἡ ἐλπὶς, τοῦ ἐμπόρου δὲ τὸ κέρδος· « οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα, » κατ' ἐνέργειαν τὴν οἰκείαν ἀνθρώπῳ, ἀντιπράττει τῇ πίστει τοῦ προαιρουμένου· « κτίσις » δὲ συνωνύμως καὶ ἐνέργεια λέγεται, ἔργον ἡμέτερον οὖσα· ἡ τοιάδε ἐνέργεια, « οὐ δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. » Ἔχεις συγκεφαλαίωσιν γνωστικοῦ μάρτυρος.

CAPUT XV.

De vitando scandalo.

« Scimus autem, quod omnes habemus cognitionem » communem, quæ est in communibus, et quod unus sit Deus. Scribebat enim ad fideles, unde infert: « Sed non est in omnibus cognitio, » quæ traditur in paucis. Sunt autem qui dicunt eam, quæ est de iis, quæ simulacris immolata sunt, cognitionem non efferre inter omnes, « ne forte potestas nostra fiat offendiculum infirmis: perit enim infirmus tua cognitione [b]. » Quod si dicant, « oportere emere quidquid venditur in macello, » per interrogationem subjungentes illud « Nihil interrogantes, » æque ac interrogantes, ridiculam afferunt interpretationem. Dicit enim Apostolus: «Omnia» alia «ex macello emite, nihil interrogantes [c], » iis tamen exceptis, quæ notantur in catholica omnium apostolorum epistola, quæ, quod ita « visum sit Spiritui sancto, » scripta quidem est in Actis apostolorum; lata autem fuit ad fideles per ipsius Pauli ministerium. Significa**220**unt enim oportere « necessario abstinere ab immolatis, et sanguine, et suffocatis, et fornicatione; a quibus se conservantes, recte esse facturos [d]. » Aliud ergo est, quod dictum est ab Apostolo. « Nunquid non habemus potestatem comedendi ✠ et bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem uxorem circumducendi, ut etiam reliqui apostoli, et fratres Domini, et Cephas? Sed non usi sumus, inquit, hac potestate, sed omnia sustinemus, ne demus offensionem Evangelio Chri-

« Οἴδαμεν δὲ ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν, » τὴν κοινὴν ἐν τοῖς κοινοῖς, καὶ τὴν ὅτι εἷς Θεός· πρὸς B πιστοὺς γὰρ ἐπέστελλεν· ὅθεν ἐπιφέρει· « Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις, » ἐν ὀλίγοις παραδιδομένη (93). Εἰσὶ δὲ, οἵ φασι τὴν περὶ τῶν εἰδωλοθύτων γνῶσιν οὐκ ἐν πᾶσι φέρειν, « μήπως ἡ ἐξουσία ἡμῶν πρόσκομμα τοῖς ἀσθενέσι γένηται· ἀπόλλυται γὰρ ὁ ἀσθενῶν τῇ σῇ γνώσει. » Κἂν φάσκωσι, « Πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἀγοράζειν δεῖ, » κατὰ πεῦσιν ἐπάγοντες, τὸ, « Μηδὲν ἀνακρίνοντες, » ἐπίσης τῷ ἀνακρίνοντες, γελοίαν ἐξήγησιν παραθήσονται (94)· ὁ γὰρ Ἀπόστολος, « Πάντα, φησὶ, τὰ ἄλλα ὠνεῖσθε ἐκ μακέλλου, μηδὲν ἀνακρίνοντες, » καθ' ὑπεξαίρεσιν τῶν δηλουμένων κατὰ τὴν ἐπιστολὴν τὴν καθολικὴν τῶν ἀποστόλων ἁπάντων, « σὺν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, » τῇ γεγραμμένῃ μὲν ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, διακομισθείσῃ δὲ εἰς τοὺς C πιστοὺς δι' αὐτοῦ διακονοῦντος τοῦ Παύλου· ἐμήνυσαν γὰρ « ἐπάναγκες ἀπέχεσθαι δεῖν εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτῶν (95), καὶ πορνείας· ἐξ ὧν διατηροῦντας ἑαυτοὺς, εὖ πράξειν. » Ἕτερον (96) οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον πρὸς τοῦ Ἀποστόλου· « Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν; μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ Κηφᾶς; Ἀλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ, φησὶν, ἀλλὰ πάντα στέγομεν, ἵνα μὴ ἐγκοπὴν (97) δῶμεν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ· » ἤτοι φορτία περιάγοντες, δέον εὐλύτους (98) εἰς πάντας (99)

✠ P. 607 ED. POTTER, 513 ED. PARIS. [a] Rom. VIII, 38, 39. [b] I Cor. VIII 1, 7, 9, 11. [c] I Cor. X, 25. [d] Act. XV, 24, seq.

(93) *Ὀλίγοις παραδιδ.* Arcanam γνῶσιν paucis tantum traditam fuisse, superius memoratum est *Stromat.* I, pag. 322, not. 10; pag. 323, not. 7.

(94) *Κἂν φάσκ. . . παραθήσονται.* Ex his verbis, prout jam se habent, sanus aliquis sensus elici haud posse videtur. Nec satis apparet quid sibi voluerit interpres hæc vertens. Interea, dum aliquid certius ac melius reperiatur, sic scribi et explicari non incommode posse videntur: Κἂν φάσκωσι· Πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἀγοράζειν δεῖ; κατὰ πεῦσιν· ἐπάγοντες τὸ, Μηδὲν ἀνακρίνοντες, ἐπίσης τῷ Μὴ ἀνακρίνοντες, γ. ἐξ. π, « Quod si dicant: « Quidquid in macello venditur, emere oportet? » per interrogationem: subjungentes: « Nihil inter« rogantes, » quod perinde est, ac non interrogantes, « id facite, » ridiculam interpretationem afferent. »

(95) *Πνικτῶν.* Πνικτοῦ singul. num. in Vulg. Bibl. ubique legi adnotat A. SYLBURG.

D (96) *Ἕτερον.* Aliud nempe a præcedentibus. Putavit enim auctor abstinentiam ab immolatis et reliquis, quorum esum prohibuerunt in Actis apostoli, esse rem in se necessariam; abstinentiam vero ab iis, quæ jam sequuntur, solummodo ad vitandum scandalum esse præceptam.

(97) *Ἐγκοπήν.* Ἐγκοπήν τινα. I Cor. IX.

(98) *Δέον εὐλύτους*, Sic superius *Strom.* III, p. 535 cum memorasset, Petrum et Philippum matrimonio junctos fuisse et liberos procreasse, addit: Καὶ ὅ γε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιστολῇ τὴν αὐτοῦ προσαγορεύειν σύζυγον, ἣν οὐ περιεκόμιζε διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές. « Et Paulus non cunctatur in quadam Epistola suam salutare conjugem, quam non circumferebat, quod non magno uti voluit ministerio. »

(99) *Εἰς πάντας.* Haud scio an rectius εἰς πάντα, « ad omnia. » SYLBURG.

εἶναι· ἢ ὑπόδειγμα τοῖς θέλουσιν ἐγκρατεύεσθαι γινόμενοι, μὴ οἰκοδομούμενοι εἰς τὸ ἀηδῶς τὰ παρατιθέμενα (1) ἐσθίειν, καὶ ὡς ἔτυχεν ὁμιλεῖν τῇ γυναικί· μάλιστα δὲ τοὺς τηλικαύτην οἰκονομίαν πεπεισμένους (2) ὑπόδειγμα τοῖς μανθάνουσιν ἄχραντον ἐκκεῖσθαι προσήκει. « Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, φησὶν, ἵνα τοὺς πάντας κερδήσω. Καὶ πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. Ἀλλὰ τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Διὰ τὴν συνείδησιν » οὖν ἀφεκτέον, ὧν ἀφεκτέον. « Συνείδησιν δὲ λέγω, οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ· » γνωστικὴ γάρ· ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου, ἵνα μὴ κακῶς οἰκοδομηθῇ, ἀμαθίᾳ μιμούμενος ὃ μὴ γινώσκει, καταφρονητὴς ἀντὶ μεγαλόφρονος (3) γινόμενος. « Ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως; Εἰ ἐγὼ (4) χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; πάντα (5) οὖν ὅσα ποιεῖτε, εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε· » ὅσα ὑπὸ τὸν κανόνα (6) τῆς πίστεως ποιεῖν ἐπιτέτραπται.

A sti [a]; » scilicet onera circumferentes, cum oporteat esse expeditos ad omnes; aut effecti exemplum iis, qui volunt continentes esse, ut qui non ita instructi simus, ut quæ nobis apponuntur non libenter comedamus, et temere cum muliere habeamus consuetudinem. Maxime autem eos, quibus est credita tanta dispensatio, convenit præbere purum et nulla labe pollutum exemplar discentibus. « Nam cum liber, inquit, essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut omnes lucrifacerem. Omnis autem, qui in certamine contendit, est continens in omnibus [b]. Sed Domini est terra, et plenitudo ejus. Propter conscientiam » ergo abstinendum est ab iis, a quibus est abstinendum; « conscientiam autem dico, non suam; » est enim cognitione præ- B dita; sed alterius, ne male ædificetur, per ignorationem imitando id, quod non cognoscit, et pro excelsi animi viro fiat contemptor. « Cur enim mea libertas judicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia participo, cur maledictis appetor pro eo, pro quo gratias ago? Omnia ergo, quæ facitis, in gloriam Dei facite [c]; » quæ scilicet a regula fidei permissum est facere.

CAPUT XVI.

Quædam Scripturæ loca de constantia, patientia et charitate martyrum illustrat.

« Καρδίᾳ μὲν πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. Λέγει γοῦν (7) ἡ Γραφή· Πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται· τουτέστι (8) τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν· ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς τὸ ῥῆμα ἐν τῷ στόματί σου ὅτι Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ Θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. » Ἄντικρυς τελείαν δικαιοσύνην ὑπογράφει, ἔργῳ τε καὶ θεωρίᾳ πεπληρωμένην. « Εὐλογητέον οὖν τοὺς διώκοντας. Εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε· ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, ὅτι ἐν ἁγιότητι (9) καὶ εἰλικρινείᾳ Θεὸν ἔγνωμεν· » δι' ὀλίγης ταύτης προφάσεως τὸ τῆς ἀγάπης ἔργον ἐνδεικνύμενοι, ὅτι « οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ. » Ταῦτα μὲν περὶ τῆς γνώσεως ὁ Ἀπόστολος· τὴν δὲ κοινὴν διδασκαλίαν (10) τῆς πίστεως « ὀσμὴν γνώσεως » εἴρηκεν ἐν τῇ δευτέρᾳ (11) πρὸς Κορινθίους. « Ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τὸ αὐτὸ κάλυμμα τοῖς πολλοῖς ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς Διαθήκης μένει, » μὴ

« Corde » quidem « creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Dicit itaque Scriptura: Quisquis credit in ipsum, pudore non afficietur. Hoc est verbum fidei, quod prædicamus: quod si confessus fueris verbum in ore tuo, quod Dominus Jesus, et credideris in corde tuo, quod Deus eum suscitavit a mortuis, salvus eris [d]. » C Evidenter perfectam describit justitiam, quæ et opere et contemplatione completur. « Benedicere » ergo oportet « iis, qui persequuntur. Benedicite, et nolite exsecrari [e]. Gloriatio enim nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in sanctitate et sinceritate Deum cognovimus; » per hanc parvam occasionem opus ostendentes charitatis, quod « non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in mundo [f]. » Hæc Apostolus quidem de cognitione. Communem autem fidei doctrinam, ✠ dixit « odorem cognitionis [g], » in secunda Epistola ad Corinthios. « Nam in hodiernum usque diem idem velum multis in lectione Veteris Testa-

✠ P. 608 ED. POTTER, 514 ED. PARIS. [a] I Cor. IX, 4, 5, 12. [b] Ibid. 19, 25. [c] I Cor. X, 28, 29, 30, 31. [d] Rom. X, 10, 11, 8, 9. [e] Rom. XII, 14. [f] II Cor. I 12. [g] II Cor. II, 14.

(1) *Μὴ οἰκ. εἰς τὸ ἀηδῶς τὰ π.* Videtur legendum οἰκοδομούμενοι εἰς τὸ μὴ ἀηδῶς τὰ π. Vox οἰκοδομούμενοι sumpta est e I Cor. VIII, 10. LOWTH.

(2) *Οἰκονομίαν πεπεισμένους.* Non solet dici οἰκονομίαν πείθεσθαι, sed πιστεύεσθαι. Quamobrem scribendum, οἰκονομίαν πεπιστευμένους. Qua phrasi usus est Apostolus in hoc ipso capite, quod jam explicat auctor, nempe I Cor. IX, 17: Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι.

(3) *Μεγαλόφρονος.* Μεγαλόφρονας opponit iis quos Apostolus ἀσθενεῖς vocat.

(4) *Εἰ ἐγώ.* Εἰ δὲ ἐγώ, I Cor. X.

(5) *Πάντα.* Abbreviat. I Cor. X, 31: Εἴτε οὖν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε.

(6) *Ὑπὸ τὸν κανόνα.* A. mavult κατὰ τὸν κανόνα, D « secundum regulam. » Vulgatæ lectionis sensus est, quæcunque regulæ fidei subjicere permissum est. SYLBURG.

(7) *Γοῦν.* Γάρ Rom.

(8) *Τουτέστι.* A. divise τοῦτ' ἔστι. SYLBURG. — Mox, Ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστ. Rom. X, 9.

(9) *Ἁγιότητι.* Ἁπλότητι, II Cor. I, 12.

(10) *Τὴν δὲ κοινὴν διδ.* Τὴν κοινὴν διδασκαλίαν opponit τῇ ὀλίγοις παραδιδομένῃ, arcanæ scientiæ.

(11) *Ἐν τῇ δευτέρᾳ.* A. legendum censet ἐν τῇ αὐτῇ, quoniam superior quoque sententia ex eadem epistola desumpta est. Ἡμέρας, et τοῖς πολλοῖς, quæ sequuntur, absunt a vulgatis Pauli editt. ut idem A. adnotat. SYLBURG. — Sunt autem interpretamenti loco a Clemente inserta.

menti manet [a], » non revelatum per conversionem ad Dominum. Propterea ostendit etiam resurrectionem iis, qui possunt perspicere, eam, quæ est adhuc in carne, vitæ serpentis super ventrem. Unde etiam eos, qui sunt ejusmodi, vocavit « fœtus viperarum [b], » libidinosos ac voluptarios, ventrique et peni servientes, et propter mundanas cupiditates sua invicem capita abscindentes. « Filioli, ne diligamus sermone, nec lingua, » ait Joannes, perfectos esse docens, « sed opere et veritate. In hoc cognoscemus quod ex veritate sumus [c]. » Si autem « Deus est charitas, » charitas quoque est pietas in Deum, « timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras ejicit timorem [d]. Hæc est charitas Dei, ut ejus præcepta servemus [e]. » Et rursus ei, qui cupit fieri gnosticus, scriptum est: « Sed sis forma fidelium, in sermone, in conversatione, in charitate, in fide et castitate [f]. » Fidei enim, ut arbitror, perfectio distinguitur a communi fide. Porro autem divinus quoque Apostolus per hæc tradit regulam gnostici, sic scribens: « Ego enim didici, in iis, in quibus sum, esse contentus. Scio et esse humilis, scio et abundare. Ubique et in omnibus sum instit utus, et satiari et esurire, et abundare et penuriam pati; omnia possum in eo, qui mihi dat vires [g]. » Jam vero cum aliis quoque disserens, ut iis verecundiam incutiat, non veretur dicere: « Recordemini autem priorum dierum, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, partim quidem opprobriis et afflictionibus facti spectaculum, partim autem socii ita conversantium effecti. Nam et vincula mea commiserati estis, et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis; cognoscentes vos habere meliores et manentes facultates. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem: opus enim habetis patientia, ut cum Dei voluntatem feceritis, reportetis promissionem. Adhuc enim parumper qui venit veniet, et non tardabit. Justus autem meus ex fide vivet. Quod si subtraxerit ✠ se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis ad perditionem, sed

A ἀναχαλυπτόμενον κατὰ τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἐπιστροφήν. Διὰ τοῦτο καὶ ἀνάστασιν ἔδειξε τοῖς διορᾷν δυναμένοις, τὴν ἔτι ἐν σαρκὶ τοῦ βίου ἕρποντος ἐπὶ κοιλίαν (12). Ἔνθεν καὶ « γεννήματα ἐχιδνῶν » τοὺς τοιούτους ἐκάλεσε, τοὺς φιληδόνους, τοὺς γαστρὶ καὶ αἰδοίοις δουλεύοντας, καὶ τὰς ἀλλήλων διὰ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας ἀποτέμνοντας κεφαλάς (13). « Τεκνία, μὴ ἀγαπῶμεν λόγῳ, μηδὲ γλώσσῃ, » Ἰωάννης (14) τελείους εἶναι διδάσκων, « ἀλλ' ἐν ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ· ἐν τούτῳ γνωσόμεθα, ὅτι ἐκ τῆς ἀληθείας ἐσμέν. » Εἰ δὲ « ἀγάπη ὁ Θεὸς, » ἀγάπη καὶ ἡ θεοσέβεια, « φόβος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀγάπῃ· ἀλλ' ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν. » Πάλιν τε αὖ τῷ γνωστικῷ ποθοῦντι γενέσθαι γέγραπται, « Ἀλλὰ
B τύπος γίνου τῶν πιστῶν, ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν ἀγάπῃ (15), ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ. » Πίστεως γὰρ, οἶμαι, τελειότης πρὸς τὴν κοινὴν διαστέλλεται πίστιν. Καὶ δὴ γνωστικοῦ κανόνα ὁ θεῖος Ἀπόστολος διὰ τοσῶνδε (16) παρίστησιν, τοῦτο μὲν γράφων· « Ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι· οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ (17) περισσεύειν. Ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι, καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινῇν, καὶ περισσεύειν καὶ ὑστερεῖσθαι· πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με (18). » Τοῦτο δὲ καὶ πρὸς ἐντροπὴν (19) ἄλλοις διαλεγόμενος, οὐκ ὀκνεῖ λέγειν· « Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων, τοῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι,
C τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες. Καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε· γινώσκοντες ἔχειν ἑαυτοὺς κρείττονα ὕπαρξιν καὶ μένουσαν (20). Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μεγάλην μισθαποδοσίαν· ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα, τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες, κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν· ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. Ὁ δὲ δίκαιός μου (21) ἐκ πίστεως ζήσεται· καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως εἰς « περιποίησιν » ψυχῆς. Εἶτά σοι σμῆνος ὑποδειγμά-

✠ P. 609 ED. POTTER, 515 ED. PARIS. [a] II Cor. III, 14. [b] Matth. III, 7. [c] I Joan. III, 18, 19. [d] I Joan. IV, 16, 18. [e] I Joan. V, 3. [f] I Tim. IV, 12. [g] Philip. IV, 11, 12, 13.

(12) *Ἐπὶ κοιλίαν*. Rectius ἐπὶ κοιλίας, super ventre. SYLBURG.

(13) *Κεφαλάς*. Plinius *Nat. hist.*, lib. X, cap. 62.: « Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. » Horus *Hieroglyph.* lib. II, de vipera refert, quod ὅταν συγγένηται τῷ ἄῤῥενι, στόμα στόματι ἐμβάλλει, καὶ μετὰ τὸ ἀποζευχθῆναι, ἀποδακοῦσα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἄῤῥενος, ἀναιρεῖ. Unde mulierem per coitum viro insidias struentem designare cupientes, viperam pingebant hieroglyphicarum litterarum periti. Conf. Tzetzæ scholia in Lycophronis *Cassand.* v. 1114, itemque noster in ejusdem poematis v. 1112 Commentarius.

(14) *Ἰωάννης*. Constructionis lex postulat, φησὶν Ἰωάννης, seu Ἰωάννης λέγει. In eo autem loco, I Joann. III, Vulg. Bibl. habent τεκνία μου· et mox, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ· καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν. A. SYLBURG.

D (15) *Ἐν ἀγάπῃ*. Ἐν πνεύματι addunt Vulg. Bibl. I Tim. IV.

(16) *Διὰ τοσῶνδε*. Διὰ τῶνδε. Sylburg.

(17) *Καί*. Δέ, Philip.

(18) *Ἐνδυναμοῦντί με*. Χριστῷ addunt Vulg. Bibl. Philip. IV, quanquam a vetere quoque interprete Christi nomen abest. SYLBURG.

(19) *Πρὸς ἐντροπήν*. Phrasis e D. Paulo sumpta, I Cor. VI, 5; XV, 34.

(20) *Γινώσκοντες... καὶ μένουσαν*. Vulg. Bibl. Hebr. X: Γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ μέν. Sed ex interpretatione alicujus in contextum irrepsisse ista exegemata adnotat noviss. doctissimusque interpres. SYLBURG. — Mox, τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην. Hebr. X.

(21) *Ὁ δὲ δίκαιός μου*. Ὁ δὲ δίκαιος absque μου legitur in Vulg. Bibl. SYLB.

των θείων παρίστησιν. « Ἡ γὰρ οὐ πίστει, » φησὶ, A « δι' ὑπομονῆς κατώρθωσαν (22) οἱ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν λαβόντες (23), ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς; Ἐλιθάσθησαν, ἐπειράσθησαν (24), ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον· περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος· ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. Καὶ πάντες (25) μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ· » ἀπολείπεται νοεῖν τὸ κατὰ παρασιώπησιν εἰρημένον, « μόνοι. » Ἐπιφέρει γοῦν· « Περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προειδομένου τοῦ Θεοῦ, » (ἀγαθὸς γὰρ ἦν (26)·) « ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι. Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς, τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος » ἅγιον καὶ διειδὲς (27) « μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ B τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν. » Ὅτι μὲν οὖν μίαν σωτηρίαν λέγει ἐν Χριστῷ τῶν δικαίων καὶ ἡμῶν (28), σαφῶς μὲν εἴρηκεν πρότερον· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ περὶ Μωϋσέως λέγων, ἐπιφέρει· « Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν Αἰγύπτου (29) θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ· ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν· πίστει κατέλιπεν Αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως· τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησεν. » Ἡ θεία Σοφία περὶ τῶν μαρτύρων λέγει· « ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι, καὶ ἐλογίσθη κάκωσις ἡ ἔξοδος αὐτῶν, καὶ ἡ ἀφ' ἡμῶν πορεία σύντριμμα· οἱ δέ εἰσιν ἐν εἰρήνῃ· C καὶ γὰρ ἐν ὄψει ἀνθρώπων ἐὰν κολασθῶσιν, ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης. » Εἶτα ἐπάγει, κάθαρσιν ἔνδοξον τὸ μαρτύριον διδάσκουσα· « Καὶ ὀλίγα παιδευθέντες, μεγάλα εὐεργετηθήσονται· ὅτι ὁ Θεὸς ἐπείρασεν αὐτούς· » τουτέστιν, εἰς δοκίμιον καὶ δυσωπίαν τοῦ πειράζοντος εἴασεν αὐτοὺς πειρασθῆναι· « καὶ εὗρεν αὐτοὺς ἀξίους ἑαυτοῦ, υἱοὺς κληθῆναι » δηλονότι. « Ὡς χρυσὸν ἐν χωνευτηρίῳ ἐδοκίμασεν αὐτοὺς, καὶ ὡς ὁλοκάρπωμα θυσίας προσεδέξατο αὐτούς· καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσι, καὶ ὡς σπινθῆρες ἐν καλάμῃ διαδραμοῦνται· κρινοῦσιν ἔθνη, καὶ κρατήσουσι λαῶν, καὶ βασιλεύσει αὐτῶν Κύριος εἰς τοὺς αἰῶνας. »

A fidei ad acquisitionem » animæ[a]. Deinde adducit tibi examen exemplorum divinorum. « Annon, inquit, fide per patientiam se præclare gesserunt, qui ludibria et flagella, et vincula præterea, et carcerem experti sunt? Lapidati fuerunt, tentati sunt, in cæde gladii mortui sunt, circuierunt in ovinis et caprinis pellibus, egentes, afflicti, vexati, quibus dignus non erat mundus; in solitudinibus errantes, et montibus, et speluncis, et foraminibus terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt promissionem; » restat subintelligendum, quod tacite dictum est, « soli. » Subjungit itaque: « Cum de nobis melius aliquid Deus prævidisset (bonus enim erat) ut non sine nobis **221** consummarentur. Itaque cum et nos circa B nos habeamus tantam nubem » sanctam et pellucidam « testium, deponentes omne pondus, et nos facile circumstans peccatum, per patientiam curramus ad nobis propositum certamen, respicientes ad fidei auctorem et consummatorem Jesum[b]. » Et quod unam eamdemque intelligat salutem in Christo, cum justorum, tum etiam nostram, prius quidem dixit aperte, nihilo tamen secius de Moyse quoque dicens, subjungit: « Majores existimans divitias quam thesauros Ægypti, Christi improperium; respiciebat enim remunerationem. Fide reliquit Ægyptum, non veritus iram regis. Invisibilem enim tanquam qui videret, sustinuit[c]. » Divina Sapientia dicit de martyribus: « Visi sunt in oculis C insipientium mori, et reputata est vexatio eorum exitus, et a nobis discessus, contritio: illi vero sunt in pace. Etenim si in oculis hominum suppliciis affecti fuerint, spes eorum plena est immortalitatis[d]. » Deinde subjungit, gloriosam expurgationem docens esse martyrium: « Et in paucis castigati, magnis afficientur beneficiis, quoniam Deus tentavit eos, » hoc est, ad eorum probationem, et ut pudore afficiatur tentator, sivit eos tentari; « et invenit eos se dignos, » ut scilicet vocentur filii. « Tanquam aurum in fornace probavit eos, et tanquam solidam sacrificii oblationem excepit eos, et in tempore inspectionis eorum fulgebunt, et tanquam scintillæ in stipula percurrent. Judicabunt gentes, et dominabuntur populis, et rex D eorum erit Dominus in sæcula[e]. »

[a] Hebr. X, 32-39. [b] Hebr. XI, 36, 37, 38, 39, 40; XII, 1, 2. [c] Hebr. XI, 26, 27. [d] Sap. III, 2, 3, 4. [e] Ibid. 5, 6, 7, 8.

(22) *Ἡ γὰρ . . . κατώρθωσαν*. Clementis verba sunt hæc ad ea, quæ sequuntur, transitum facientis.

(23) *Πεῖραν λαβόντες*. Hebr. XI, πεῖραν ἔλαβον.

(24) *Ἐλιθάσθησαν, ἐπειράσθησαν*. Vulg. Bibl. Hebr. XI, 37: Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν. Ubi conf. quæ adnotavit Cl. Millius.

(25) *Πάντες*. Vulg. Bibl. οὗτοι πάντες· et mox, τὴν ἐπαγγελίαν, absque genit. τοῦ Θεοῦ· dein. τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου.

(26) *Ἀγαθὸς γὰρ ἦν*. Commation hoc a Clemente insertum videtur propter hæreticos qui Deum negabant bonum esse.

(27) *Ἅγιον καὶ διειδές*. Commation illud Clementis est, non Apostoli Hebr. XII. Sylburg.

(28) *Τῶν δικαίων καὶ ἡμῶν*. Nempe « justorum » qui ante Christum vixerunt, et Christianorum, quibus eadem est per Christum ad salutem via: nam αὐτὸς ἂν θύρα τοῦ Πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἡ Ἐκκλησία. « Ille (Christus) est janua Patris; per quam ingrediuntur Abraham et Isaac et Jacob, et prophetæ, et apostoli, et Ecclesia, » ut ait Ignatius *Epist. ad Philadelphenos*, cap. 9.

(29) *Αἰγύπτου*. Ἐν Αἰγύπτῳ, Hebr.

CAPUT XVII.

Citationem ex epistola S. Clementis ad Corinthios ad argumentum præcedentis capitis spectantem refert.

Porro autem Clemens quoque apostolus in epistola ad Corinthios, ipse ✠ quoque nobis quamdam gnostici imaginem describens, dicit: « Quis enim apud vos diversatus, omni virtute perfectam firmamque fidem vestram non probavit? modestam ac decentem in Christo pietatem non est admiratus? et magnificentiam hospitalitatis vestræ non prædicavit? et perfectam ac stabilem cognitionem non beatam esse censuit? nam citra personarum acceptionem omnia faciebatis, et in Dei legitimis ambulabatis. » Deinde apertius: « Fixis ergo oculis eos intueamur, qui magnificæ ejus gloriæ perfecte ser-

A Καὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῇ ὁ ἀπόστολος (30) Κλήμης, καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τοῦ γνωστικοῦ ὑπογράφων, λέγει· « Τίς (31) γὰρ, παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν πίστιν ὑμῶν (32) οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ ἐν τοῖς νομίμοις (33) τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε· » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτ' ἐμφανέστερον, « Ἀτενίσωμεν (34) οὖν εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας αὐτοῦ τῇ με-

✠ P. 610 ED. POTTER, 516 ED. PARIS.

(30) *Ἀπόστολος*. Superius dictum est, viros apostolicos nonnunquam apostolos ab antiquis Patribus appellatos fuisse. Conf. *Strom.* III, pag. 535, not.

(31) *Τίς*. Hæc occurrunt statim a principio prioris ad Corinthios Epistolæ, p. 145 edit. Antuerp.

(32) *Πίστιν ὑμῶν*. Ὑμῶν πίστιν, Clem. Rom.

(33) *Νομίμοις*. Clemens Rom. νόμοις hodie exhibet: sed νομίμοις eum cum Alexandrino nostro scripsisse, inde probat Colomesius, quod alias fere ea voce usus sit, ut cap. 40: Τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ Δεσπότου ἀκολουθοῦντες. « Leges enim Domini sequentes. »

(34) *Ἀτενίσωμεν*. In his, quæ sequuntur, Clemens noster Romani Clementis capp. 9, 10, 11, 12, 17, 18, 21, 22, 36, 38, 40, 41, 48, 49, 50 et seq. pro more suo abbreviavit, interpolavit, mutata denique ad suum institutum accommodavit, quod suis locis ostendetur. Sunt porro, ut id obiter moneam, in editione jam dicta editæ ignoti cujusdam hominis, quem proinde cl. editor littera B designat, notulæ: in quibus a capite ad calcem nil aliud agit, quicunque fuerit, auctor, quam ut persuadeat, venerandam hanc Clementis Romani epistolam interpolatam, ubique fere corruptam, et jam penitus mutatam esse ab illa quæ Eusebii tempore exstabat. Quibus vero argumentis id probat? Mihi profecto notulas ejus legenti ac relegenti, præter inanes quasdam conjecturas, nil aliud occurrit, quod vel tenuem argumenti umbram præ se ferre videatur, nisi quod observarit nonnulla eorum quæ in Clementis Romani epistola occurrunt, ab Alexandrino nostro hic omitti. Quamobrem ad principium cap. 17 ait: « Hæc junxit Clemens Alexandrinus p. 516, cum cap. 9 hujus epistolæ, et rectissime. Quanta interpolator addidit? Sed hoc facinus Hieronymum ipsum latuit, in Com. ad Isaiam. » Tum ad med. cap. 18: « Recte hic abrumpit sacrum carmen Clemens Alexandrinus p. 517. » Dein ad med. cap. 21: « Interpolatoris hæc sunt, » etc., p. 159. Tum cap. 22 adnotat: « A capite sequente ad cap. 40, adulterina omnia, post Clementem Alexandrinum addita. » Iterum ad medium cap. 40: « Est, qui velit hæc omnia esse mali commatis, ad finem usque capitis, et lectorem amandet ad Clementem Alexandrinum p. 518. » Rursus ad finem cap. 41: « Hinc usque ad cap. 48 omnia omisit Clemens Alexandrinus, nec agnovit. » Vide p. 518. Dein ad medium cap. 49: « Hæc absunt a Clemente Alexandrino, suntque interpolatoris. » Porro satis apparet, non sequi hæc a Clemente Romano scripta non fuisse, eo quod ab Alexandrino nostro absint: primo, quod Clemens Alexandrinus non semper integra auctorum verba recitet, sed sæpe alia omittat, alia variis modis mutata, nonnunquam suis etiam insertis, suo instituto

B accommodet. Exemplo esse poterunt, quæ ex Irenæo sumpsit *Strom.* I, p. 410, quæque ex Philone, ejusdem libri pag. 411, 412, 413, 414, 415, 416. Quæ si quis vel cum ipsorum auctorum libris conferre, vel quæ ibi a nobis adnotata sunt percurrere dignabitur, facile percipiet quam fallaci argumento nitantur, qui Clementi Romano, vel alii cuiquam auctori integras sententias adimunt, eo quod in Alexandrino nostro non appareant. Secundo, quod eorum nonnulla, quæ Alexandrinus noster hoc loco præteriit, alibi palam recitaverit. Qualia sunt illa, quæ superius e Clemente Romano sunt, *Strom.* I, p. 339: Ἤτω τις πιστός· ἤτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν· ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων· ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις. Hæc occurrunt in Clementis Romani cap. 40, sed ab Alexandrino nostro hic omissa sunt, quamvis ea, quæ hæc præcedant, quæque eadem sequantur, recitaverit. Satis igitur hinc apparet, eum nonnulla, quæ suo scilicet instituto minus conve-

C nire videbantur, de industria præteriisse: ac proinde non licere nobis Clementi Romano quidquam hac sola causa detrahere, quod in Alexandrino non exstet. Reliqua eorum, quibus Clementinæ epistolæ auctoritatem elevare conatus est hic adnotator, hujusmodi fere sunt: « Ex glossa hæc esse suspicatur vir doctus, p. 148. Vir doctus suspicatur ex Clemente Alexandrino hæc huc traducta, p. 149. Simplicius Clemens Alexandrinus, a quo hæc petita sunt, ὁ Κύριος λέγει, p. 160. Clemens Alexandrinus, p. 536, ἄνομε, ex quo corruptor litterarum sumpsit, ubi Clemens præfatur τούτῳ φησὶν ἡ Γραφή, p. 166. Hæc quidem Clemens Alexandrinus dixerit, at non Romanus, p. 168. Hæc ex Clemente Alexandrino immutata efficlaque. Nam et male hærent, vix quidem Græca, et falsissimum dicunt; scilicet fuisse summi et cæterorum sacerdotum et levitarum esse μωμοσκόπους, p. 170. Qui ausus est, tot ineptias Clementis nomine vendere, etiam sacris Litteris hanc clausulam adjecit, ut assumentum hoc præce-

D dentibus responderet, p. 171. Hoc nullus unquam dixerit Clemens. » Ibid.: « Adi Clementem Alexandrinum, p. 472, et videbis illinc hæc esse interpolata, p. 174. Hæc ad μακροθυμεῖ esse ex Clemente Alexandrino scies, si legas p. 518, p. 175. Hæc sunt interpolatoris. » Ibid.: « Hæc... exscripta sunt ex Clemente Alexandrino. » Ibid.: « Hæc efficta sunt ex his Clementis Alexandrini, etc. Hanc ad ἐξομολ. τῷ K. cap. 52 omnia finxit interpolator, et intempestive de confessione tot verba ingessit. » Ibid.: « Vide Clementem Alex. unde interpolator hæc habet, p. 178. » Quæ restant ex hujusce viri adnotatis, et pauca sunt, et his similia, ut quæ levibus tantum suspicionibus, nullo autem stabili fundamento nitantur, ac proinde contenta negari, accuratam refutationem non mereantur,

γαλοπρεπεῖ δόξῃ (35). Λάβωμεν Ἐνὼχ, ὃς, ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὑρεθεὶς, μετετέθη· καὶ Νῶε, ὃς πιστεύσας διεσώθη· καὶ Ἀβραὰμ, ὃς διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν (36) « φίλος Θεοῦ (37), » πατὴρ δὲ τοῦ Ἰσαὰκ προσηγορεύθη. Διὰ φιλοξενίαν (38) καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων· διὰ πίστιν (39) καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ πόρνη· δι' ὑπομονὴν (40) καὶ πίστιν ἐν δέρμασιν αἰγείοις καὶ μηλωταῖς καὶ τριχῶν καμηλείων πλέγμασιν περιεπάτησαν, κηρύσσοντες τὴν βασιλείαν (41) τοῦ Χριστοῦ. Λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισσαῖον, Ἰεζεκιήλ τε καὶ Ἰωάννην (42), τοὺς προφήτας. Ὁ γάρ τοι « φίλος Θεοῦ διὰ πίστιν ἐλευθέραν κληθεὶς Ἀβραὰμ οὐκ ἐπήρθη τῇ δόξῃ· μετριοπαθῶν δὲ ἔλεγεν· « Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός. » Περί τε τοῦ Ἰὼβ οὕτως γέγραπται (43)· « Ἰὼβ δὲ ἦν δίκαιος καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινὸς καὶ θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ. » Οὗτος ὁ νικήσας δι' ὑπομονῆς τὸν πειράσαντα, καὶ μαρτυρήσας ἅμα καὶ μαρτυρηθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ὃς ταπεινοφροσύνης ἀντέχεται (44), « καὶ λέγει· Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' εἰ μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ. » Μωϋσῆς, « ὁ πιστὸς θεράπων (45) ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, » πρὸς τὸν χρηματίζοντα ἐκ τῆς βάτου εἶπεν· « Τίς εἰμι ἐγὼ, ὅτι με πέμπεις; Ἐγὼ δέ εἰμι ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος, » φωνὴν Κυρίου διὰ γλώσσης ἀνθρωπίνης διακονῆσαι (46). Καὶ πάλιν· « Ἐγὼ (47) δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας. Θεὸς γὰρ ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. » « Ναὶ μὴν (48) καὶ Δαβὶδ, ἐφ' οὗ μαρτυρῶν ὁ Κύριος λέγει· « Εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβὶδ, τὸν τοῦ Ἰεσσαί· ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ (49) ἔχρισα αὐτόν· » ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν· « Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου· καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου· ἐπιπλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με· ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ « ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστι διαπαντός. » Ἔπειτα τὴν οὐχ ὑποπίπτουσαν Νόμῳ αἰνιττόμενος ἁμαρτίαν, γνωστικῶς μετριοπαθῶν, ἐπιφέρει (50)· « Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πο-

A vierunt. Accipiamus Enoch, qui in obedientia justus inventus, fuit translatus; et Noe, qui cum credidisset, fuit servatus; et Abraham, qui propter fidem et hospitalitatem « Dei amicus [a], » pater autem Isaac est appellatus. Propter hospitalitatem et pietatem Loth fuit servatus ex Sodomis; propter fidem et hospitalitatem servata est Raab meretrix; propter patientiam et fidem, in pellibus caprinis et ovinis, et ex camelorum pilis contextis vestibus ambularunt, prædicantes regnum Christi. Dicimus autem Eliam et Elisæum, Ezechielem et ✠ Joannem, prophetas. Qui enim « Dei amicus » propter fidem liberam vocatus est Abraham, non fuit gloria elatus, sed modeste dixit: « Ego autem sum terra et cinis [b]. » Et de Job sic scriptum est:

B « Job autem erat justus, reprehensioni non obnoxius, Deum rite colens, abstinens ab omni malo [c]. » Is est, qui sua patientia superavit tentatorem, et simul fuit martyr seu testis, et a Deo accepit testimonium; qui humilitatem amplexus, dicit: « Nullus est mundus a sorde, ne si sit quidem unius diei vita ejus [d]. » Moyses, « fidelis servus in toto domo ejus [e], » dixit ad eum, qui ex rubo dabat responsa: « Quis ego sum, quod me mittis? Ego autem sum et voce tenui, et lingua tardiori [f], » ut Domini vocem ministrem per linguam humanam. Et rursus: « Ego autem sum vapor ex olla. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam [g]. » Jam vero David quoque,

C de quo testimonium ferens dicit Dominus: « Inveni hominem secundum cor meum, David Jessæi filium, in oleo sancto unxi eum [h]: » sed ipse quoque dicit ad Deum: « Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam; et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum in conspectu meo est semper [i]. » Deinde innuens peccatum, quod legi non subjicitur, gnostice suam ostendens modestiam,

✠ P. 611 ED. POTTER. [a] Jac. II, 23. [b] Genes. XVIII, 27. [c] Job I, 1. [d] Job XIV, 4, 5. [e] Hebr. III, 5. [f] Exod. III, 11; IV, 10. [g] Jac. IV, 6; I Petr. IV, 5. [h] Psal. LXXXVIII, 21. [i] Psal. L, 1, 2, 3, 4.

(35) *Αὐτοῦ τῇ μεγ. δ.* Τῇ μεγ. δ. αὐτοῦ, Clem. Rom.

(36) *Καὶ φιλοξενίαν.* Hæc in Romano non exstant; ut nec illud, quod sequitur, πατὴρ δὲ τοῦ Ἰσαὰκ προσηγορεύθη.

(37) *Φίλος Θεοῦ.* Vox Θεοῦ a Clemente Rom. hodierno abest, cui tamen ex hoc loco restituenda videtur. Respicit enim Jacob. II, 23: Καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη.

(38) *Διὰ φιλοξ.* Hæc e Romani Clementis cap. 11 petita sunt.

(39) *Διὰ πίστ.* Hæc ex ejusdem cap. 12 sumpta sunt.

(40) *Δι' ὑπομονήν.* Jam transit ad Clementis Romani cap. 17.

(41) *Τὴν βασιλείαν.* Τὴν ἔλευσιν, Clemens R.

(42) *Ἰωάννην.* Baptistam intelligit; ad quem spectat, quod de τριχῶν καμηλείων πλέγμασιν jam dictum est. Neutrum agnoscit Clemens R.

(43) *Γέγραπται.* Quæ sequuntur ex Veteri Testa-

D mento, non ex versione τῶν Ο', qualis hodie exstat, sed ex Clemente Rom. citata sunt.

(44) *Οὗτος ὁ νικ. . . ἀντέχεται.* Hæc Alexandrini verba sunt ad martyrium, de quo superius egerat, Clementis Romani dictum accommodantis.

(45) *Θεράπων.* Hoc etiam a Clemente Rom. abest. Additum videtur ex Hebr. III, 5: Καὶ Μωϋσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ὡς θεράπων.

(46) *Φωνὴν . . . διακονῆσαι.* Hæc ab Alexandrino nostro inserta non agnoscit Romanus; ut nec quæ mox ex Jac. IV, 6, sequuntur.

(47) *Ἐγώ.* De his verbis, quæ non exstant in S. Scripturis, conf. quæ adnotata sunt sub finem cap. 17 Clementis Rom., p. 156.

(48) *Ναὶ μήν.* Quæ sequuntur petita sunt ex Clementis R. c. 18.

(49) *Ἁγίῳ.* Clemens R., αἰωνίῳ. Sed ἁγίῳ apud τοὺς Ο' exstat.

(50) *Ἔπειτα. . . μετρ. ἐπιφέρει.* Hoc ab Alexandrino nostro insertum est.

subjungit : « Tibi soli peccavi, et malum coram te A feci [a]. » Dicit enim alicubi Scriptura : « Spiritus Domini lucerna, scrutans ventris penetralia [b]. » Et quo quis se juste gerendo evadit magis gnosticus, eo est ei propinquior Spiritus illuminans. « Sic justis appropinquat Dominus, et nihil eum latet ex nostris cogitationibus, et ratiocinationibus, quas facimus : Dominum Jesum dico, » qui ex omnipotenti voluntate corda nostra intuetur, « cujus sanguis fuit pro nobis sanctificatus. Observemus ✠ ergo eos, qui nobis præsunt, et revereamur seniores, honoremus juvenes, Dei doceamus disciplinam. » Beatus enim qui docuerit et fecerit quæ sunt Domini prout decet ; est autem id præclari magnificique animi, et qui contemplandæ veritati deditus est. « Uxores nostras ad id, quod B bonum est, corrigamus ; amabiles, inquit, **222** mores castitatis ostendant : simplicem suæ mansuetudinis demonstrent voluntatem : linguæ suæ moderationem silentio efficiant manifestam ; charitatem suam non secundum animi propensiones, sed omnibus, qui sancte timent Dominum, præbeant æqualem. Liberi nostri sint disciplinæ Domini participes, discant quid valeat apud Deum humilitas, quid possit casta apud Deum dilectio, quomodo timor Domini bonus et magnus, servans omnes qui in ipso sanctæ versantur in puro corde. Est enim scrutator cogitationum et mentis consiliorum ; cujus spiritus est in nobis, et cum voluerit, eum aufert. » Hæc autem omnia confirmat fides, quæ est in Christo. « Adeste, filii, audite me, » C

A νηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα. « Λέγει (51) γάρ που ἡ Γραφή· « Πνεῦμα Κυρίου, λύχνος, ἐρευνῶν τὰ ταμιεῖα τῆς γαστρός. » Καὶ ὅσῳ τις δικαιοπραγῶν γνωστικώτερος γίνεται, προσεχέστερον τούτῳ τὸ Πνεῦμα τὸ φωτεινόν (52). « Οὕτως ἐγγίζει τοῖς δικαίοις ὁ Κύριος, καὶ οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν καὶ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα· τὸν Κύριον Ἰησοῦν λέγω, » τὸν τῷ παντοκρατορικῷ θελήματι ἐπίσκοπον τῆς καρδίας ἡμῶν (53)· « οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἡγιάσθη (54). Ἐντραπῶμεν οὖν τοὺς προηγουμένους ἡμῶν, καὶ αἰδεσθῶμεν τοὺς πρεσβυτέρους· τιμήσωμεν τοὺς νέους, παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ Θεοῦ. » Μακάριος γάρ, ὃς ἂν διδάσκῃ καὶ ποιῇ τὰ τοῦ Κυρίου κατ' ἀξίαν· μεγαλόφρονος δὲ ἐννοίας ἐστὶν, καὶ θεωρητικῆς τῆς ἀληθείας (55). Τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ B ἀγαθὸν διορθωσώμεθα· τὸ ἀξιαγάπητον ἦθος τῆς ἁγνείας (56), φησὶν, ἐνδειξάσθωσαν· τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βούλημα ἀποδειξάτωσαν· τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν, διὰ τῆς σιγῆς (57) φανερὸν ποιησάτωσαν· τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις (58), ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν. Τὰ τέκνα ἡμῶν (59) τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαβέτωσαν (60), μαθέτωσαν τί ταπεινοφροσύνη παρὰ Θεῷ ἰσχύει, τί ἀγάπη ἁγνὴ παρὰ Θεῷ δύναται, πῶς ὁ φόβος τοῦ Κυρίου καλὸς καὶ μέγας, σώζων πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀναστρεφομένους ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ (61)· ἐρευνητὴς γὰρ ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμημάτων (62)· οὗ ἡ πνοὴ αὐτοῦ ἐν ἡμῖν ἐστι, καὶ ὅταν θέλῃ, ἀνέλει (63) αὐτήν. Ταῦτα (64) δὲ C πάντα βεβαιοῖ ἡ ἐν Χριστῷ πίστις. « Δεῦτε, τέκνα, » ὁ Κύριος λέγει (65)· « ἀκούσατέ μου· φόβον Κυρίου

✠ P. 612 ED. POTTER, 517 ED. PARIS. [a] Psal. L, 6. [b] Prov. xx, 27.

(51) *Λέγει*. Transit Alexandrinus ad Romani cap. 21. Porro quæ sequuntur ex Proverb. xx, 27, indiligentius et e memoria a Clemente R. prolata, putat Cotelerius. Sic autem in vulg. Bibl. se habent : Φῶς Κυρίου πνοὴ ἀνθρώπων, ὃς ἐρευνᾷ ταμιεῖα κοιλίας. Ubi adnotat Flaminius Nobilius, πνεῦμα pro πνοή a scholiasta quodam adnotatum esse : et pro φῶς, Aquilam, Symmachum ac Theodotionem λύχνος, alios λαμπτήρ exhibere.

(52) *Καὶ ὅσῳ... τὸ φωτεινόν*. Hæc etiam ab Alexandrino interpolata sunt.

(53) *Τὸν τῷ παντ... καρ. ἡμῶν*. Sunt etiam hæc ab Alexandrino addita.

(54) *Ἡγιάσθη*. Clemens R., ἐδόθη. Junius mavult ἐξεχύθη. Sed nil mutandum. Quod Lowthio etiam visum est. Nam ἁγιάζειν est « sacrificare. » D Joan. xvii, 19 : Ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν. Eodem sensu apud τοὺς Ο' non semel occurrit. Hinc Suidas, Ἁγιάσαι, καρπῶσαι, καῦσαι ἁγίως, « Deo sacrificare, et sancte adolere. » Porro apud Clementem Romanum hæc sic distinguuntur : Τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη, ἐντραπῶμεν· τοὺς προηγουμένους ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους ἡμῶν τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. « Dominum Jesum, cujus sanguis pro nobis datus est, veneremur ; præpositos nostros revereamur, seniores nostros honoremus, juvenes doceamus disciplinam timoris Dei. » Nec probabile videtur, eum jussisse νέους τιμᾶν, ut est apud Alexandrinum, cum potius « seniores honorandi » sint, « juniores » vero, ut sequitur, « erudiendi. » Putarim Romani verba ab Alexandrino, ea ad suum institutum accommodante, mutata fuisse, sequentia vero sic distinguenda esse : Ἐντραπῶμεν οὖν τοὺς πρ. ἡμῶν, καὶ αἰδεσθῶμεν· τοὺς πρεσβυτέρους τιμήσωμεν· τοὺς νέους παιδεύσωμεν τ. π. « Præpositos nostros veneremur et revereamur, seniores honoremus, juvenes doceamus Dei disciplinam.

(55) *Μακάριος... τῆς ἀληθείας*. Hoc ab Alexandrino additum est. Respicit autem Matth. : Ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

(56) *Ἦθος τῆς ἁγνείας*. Clem. Rom., τῆς ἁγνείας ἦθος.

(57) *Σιγῆς*. Clem. Rom., φωνῆς. Sed Alexandrini lectionem meliorem esse, pridem observavit Junius. Nam, ut ait Sophocles in Ajace,

... *γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει*.

(58) *Κατὰ προσκλίσεις*. Sic I Tim. v, 21 : Μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. « Nihil faciens in alteram partem declinando. » Suidæ πρόσκλισις est ἑτερομέρεια.

(59) *Τέκνα ἡμῶν*. Sic superius ἐντραπῶμεν... αἰδεσθῶμεν... τιμήσωμεν... τὰς γυναῖκας ἡμῶν διορθωσώμεθα, in prima persona. Perperam igitur Clemens Rom. hodiernus, τέκνα ὑμῶν.

(60) *Μεταλαβέτωσαν*. Clemens Rom., μεταλαμβανέτωσαν. Mox, παρὰ τῷ Θεῷ δ. πῶς ὁ φόβος αὐτοῦ καλὸς καὶ μέγας, καὶ σώζ. Ibid.

(61) *Καρδίᾳ*. Clem. Rom., διανοίᾳ. Dein, ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐν. Ibid.

(62) *Ἐνθυμημάτων*. Clemens Rom., ἐνθυμήσεων qua voce usus est Apostolus, Hebr. iv, 12 : Κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας.

(63) *Ἀνέλει*. Scribendum ex Clem. Rom., ἀνελεῖ.

(64) *Ταῦτα*. Hoc loco incipit Clem. Rom. c. 22.

(65) *Δεῦτε, τέκνα, ὁ Κύριος λ*. Abbreviat illa Cle-

διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; » Εἶτα ἑβδομάδος καὶ ὀγδοάδος μυστήριον γνωστικὸν ἐπιφέρει (66)· « Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου (67) τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον· ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. » Γνῶσιν γὰρ αἰνίττεται διὰ τούτων μετά τε ἀποχῆς κακῶν, μετά τε ἐνεργείας ἀγαθῶν, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ τελειοῦσθαι διδάσκων (68). « Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς (69) δέησιν αὐτῶν· πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. Ἐκέκραξε δὲ ὁ Κύριος καὶ εἰσήκουσε (70), καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων ἐῤῥύσατο αὐτόν. Πολλαὶ μὲν (71) γὰρ μάστιγες τῶν ἁμαρτωλῶν· τοὺς δὲ ἐλπίζοντας ἐπὶ Κύριον ἔλεος κυκλώσει. » Πλήθους ἐλέου (72) περιέχεσθαι B τὸν ἐλπίζοντα γνησίως λέγει· ὅτι, ὃ ἐν τῇ « πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ » γέγραπται, « διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ (73) ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτισμένη διάνοια ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ φῶς (74). Διὰ τούτου ἠθέλησεν ὁ Δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι. » Ῥητότερον καὶ (75) τὸ τῆς γνώσεως ἰδίωμα ἐμφαίνων, ἐπήγαγεν· « Προδήλων (76) οὖν ὄντων ἡμῖν τούτων, καὶ ἐκκεκυφότες (77) εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως, πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ Δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσε, κατὰ καιροὺς τεταγμένους (78). Ὁ σοφὸς (79) τοίνυν ἐνδεικνύσθω τὴν σο-

A ait Dominus, « timorem Domini docebo vos. Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? » Deinde septenarii et octonarii numeri gnosticum mysterium subjungit : « Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum ; declina a malo, et fac bonum ; quære pacem, et persequere eam. » Per hæc enim significat cognitionem, cum abstinentia a malis, et cum operatione bonorum, docens eam perfici et opere et sermone. « Oculi Domini super justos, et aures ejus ad preces eorum ; vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamavit autem Dominus, et exaudiit, et ex omnibus afflictionibus liberavit eum [a]. Nam multa quidem flagella peccatorum : ✠ sperantes autem in Dominum misericordia circumdabit [b]. » A multitudine misericordiæ contineri dicit eum, qui germane et sincere sperat : quoniam scriptum est in *Epistola ad Corinthios* : « Per Jesum Christum insipiens et obscurata mens nostra in lucem pullulat. Per eum voluit Dominus, ut nos immortalem gustaremus cognitionem. » Unde etiam evidentius ostendens proprietatem cognitionis, subjunxit : « Cum hæc ergo sint manifesta, in profundum divinæ cognitionis introspicientes, debemus omnia rite et ordine facere, quæ nos jussit Dominus peragere, ordinatis temporibus. Sapiens ergo suam ostendat sapientiam, non

✠ P. 613 ED. POTTER, 518 ED. PARIS. [a] Psal. xxxiii, 12-19. [b] Psal. xxxi, 10.

mentis Rom.: Καὶ γὰρ αὐτὸς διὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς· Δεῦτε, τέκνα.

(66) *Εἶτα ἑβδομάδος καὶ ὀγδοάδος μυστήριον γνωστ. ἐπ.* Hæc ab Alexandrino inserta sunt. Porro dies septimus apud Judæos quieti, octavus reversioni ad labores destinatus fuit. Proinde per priorem auctor significari vult, « quiescendum » esse a malo : per posterius, « faciendum » bonum, ut sequitur in ps. xxxiv. Et hoc est, quod vocat « hebdomadis et ogdoadis mysterium. » Hinc explicandum, quod dictum est *Strom.* vi, pag. 668, edit. Paris. : Οἱ μὴ καταμείναντες ἐν ἑβδομάδι ἀναπαύσεως, ἀγαθοεργίᾳ δὲ θείας ἐξομοιώσεως εἰς ὀγδοαδικῆς εὐεργεσίας κληρονομίαν ὑπερκύψαντες. « Qui non permanserunt in hebdomade quietis, sed bonorum operum effectione divinæ assimilationis (quia Deus scilicet totus est in bene agendo) ad octonariæ beneficentiæ hæreditatem sublati sunt. » Rursus pag. 682 : Ἡ ἑβδόμη τοίνυν ἡμέρα ἀνάπαυσις κηρύσσεται, ἀποχὴ κακῶν. « Septimus ergo dies dicitur quies, abstinentia a malis, » etc. Conf. *Strom.* iv, p. 538 ; *Strom.* v, p. 600.

(67) *Σοῦ.* Abest a Clemente Rom., sed id agnoscunt Bibl. Vulg.

(68) *Γνῶσιν... διδάσκων.* Hæc Alexandrini verba sunt.

(69) *Εἰς.* Clem. Rom., πρός· sed εἰς Vulg. Bibl. habent.

(70) *Ἐκέκραξε δὲ ὁ Κύριος καὶ εἰσήκουσε.* Scribendum, Ἐκέκραξε δὲ ὁ δίκαιος καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσε. « Clamavit justus, et Dominus exaudivit. » Nam Clemens Rom. ait : Ἐκέκραξεν ὁ δίκαιος, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ· et Vulg. Bibl. : Ἐκέκραξαν οἱ δίκαιοι, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσε, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων ἐῤῥύσατο αὐτούς.

(71) *Πολλαὶ μέν.* Clemens Rom. : Πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ· τοὺς δὲ ἐλπίζοντας ἐπὶ Κ. Vulg. Bibl. : Πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ· τὸν δὲ ἐλπίζοντα ἐπὶ Κ.

(72) *Πλήθους ἐλέου.* Congruentius, πλῆθος ἐλέου.

C Sequens commation, ὃ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ γέγραπται, nostri potius, quam apostolici Clementis, esse videtur : alioqui ex ejus ad Corinthios epistola hæc excerpta esse non possent. Sylb. — Quæ sequuntur, e Clementis R. cap. 36 petita sunt.

(73) *Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Clemens Rom., τούτου, quia præcessit Jesu Christi nomen.

(74) *Ἀναθάλλει εἰς τὸ φῶς.* Clemens R., ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. Est autem ἀναθάλλειν εἰς φῶς, « pullulare in lucem » metaphora sumpta a plantis, quæ e terra ἄνω βλαστάνουσιν· id enim significat ἀναθάλλειν, et Homericum ἀναθηλεῖν, *Iliad.* A, v. 236 :

Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
Φύλλα τε καὶ φλοιόν....

Neque repullulabit, circum enim ferrum delibravit
Foliaque et corticem....

Ubi scholiastes vetus ait : Οὐδ' ἀναθηλήσει, οὐδ' ἀναβλαστήσει. Hesych., Ἀναθηλάσαν, ἀναβλαστῆσαν· D Ἀναθηλήσει, ἄνω βλαστήσει. Frustra igitur hanc lectionem sollicitavit Cl. Junius.

